BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
A
41 (2
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

598444

Digitized by Google

CHRISTOPHORI CRUSII JC.

TRACTATUS

DE INDICIIS DELICTORUM SPECIALIBUS,

CUM PRÆMISSA MALEFICIORUM, EORUMQUE POENÆ COMPENDIOSA RELAtione, declaratione, & quorumcunq; incidentium dubiorum explicatione, à crimine læſæ Majeſtatis uſq; ad furtorum ſpecies, juxta ordinem Juſtiniani Imp. in titulo de publicis judiciis, *præſcriptum*,

COEPTA, CONSCRIPTA ET CUM DEO EXPEDITA.

PARS SECUNDA.

FRANCOFURTI,
Typis WOLFGANGI HOFFMANNI.
M DC XXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI & Domino,

DN. AUGUSTO,

POSTULATO EPISCOPO RATZEBURGICO, DUCI BRUNSVICENSI & Lüneburgenſi,

Domino ſuo Clementiſſimo.

REVERENDISSIME, Illuſtriſſime, Celſiſſime Princeps, Domine Clementiſſime, plures ex noſtris ſunt, qui de indiciis conſcripſere fragmenta, at quo ordine, qua methodo, nõ meum eſt indicare, regulis triginta vel quadraginta totam hanc maſſam tantamq; meſſem faſcibus totidem involutã reperio, quibus reponi nequit vulgata at rudis idiotarum inſtantia, creſcere ſcilicet ex multiplici laxâq; ſcribendi materiâ litigiorum ſcandala, abbreviandam eſſe jus ſcriptum, libros multifarios abrogandos, &c. Sanè quæ rerum neceſſitas minimum me, invitumq; pridẽ in vaſtum hoc, & proceloſum conjecerit oceanum, labo-

Digitized by Google

rioſo huic fluctuum generi me ſubmittendo, non eſt, quod divinare debeo, nedum referre operæ pretium. Sebaſtianus Vantius profitetur, ſe genio ſuaſore conſcripſiſſe tractatum de nullitatibus, eumq; 30. dierum ſpacio abſolviſſe: Aliqui ne ſcriberent ulterius, admonitos, & ſubinde omni memoria, licet retrò plura in reipublicæ uſum, eaq; doctiora divulgaſſent ſcripta, privatos conſtat.

Plures temporum injuriam hominumq; ingenitam pravitatem & calumniam ſubverentes defoſſum potius talentum eſſe, quam cenſuræ calumniatrici id committere voluerunt.

Plurimi, neſcio quæ recoxêre ſcripta, repetẽtes jam olim divulgata ad faſtidium uſq;, additionalia, marginalia, notabilia, obſervationes, quæſtiones, hinc inde & paſſim crepitantes.

Non commemorare refert, quo pacto indicia generalia cum ſpecialibus hactenus confuſa? quo ſilentio prætermiſſa applicatio & demonſtratio juſta? quænam ſufficiant quæſtioni, quæ valeant, quæ fallant: quænam admittenda, quæ rejicienda indicia? quæ cuique maleficio, rei & cauſæ probè concinnanda argumenta?

Paginæ præſentes, quæ divina præmonſtrante gratiâ libros conficient quatuor, ſi quid lucis, com-

commodi & boni, bono publico adferre videbuntur, ſoli id lucis authori, omnis boni datori & conſervatori acceptum referam, cui, qui ſolus ſanctus eſt, ſanctus, fortis, ſanctusq; immortalis, ſit gloria in infinita ſecula.

Conſtitui autem, Princeps Reverendiſſime, Illuſtriſſime, Celſitud. V. Illuſtr. Celſiſſ. hoſce meos ſtudiorum fructus offerre, eosq; ſub Auguſto nomine V. R. Illuſt. Celſ. in publicum tranſmittere. Verecundiam mihi excuſſit, cùm modeſta & benevola V. Ill. Celſ. in Muſarum cultores propenſio, quam uti commune ſtudiorum aſylum omnes boni paſſim concelebrant, tùm quod mei parentes p.m. ab utriuſque domus & B. & L. ſervitiis, Curiæ ſupremæ præſidiis, à conſiliis & legationibus extiterint ſine omni ambitu.

Unicum contendo precibus, ut Veſtra R. & Illuſtriſſ. Celſit. hoc qualecunque munus manu clementi ſuſcipiat, vultuq; ſereno & benigno reſpiciat, meq; adverſus invidos tueri, & ad omnem gratiam & clementiam addictum & commendatum me habere velit, denuo & devotè exorans, obſecrans, quod ſi viderim, immenſum lucrum magnumq; ſtudii mei brabeon me penitus obtinuiſſe exiſtimabo. V. R. & Ill. Celſ. unà cum totâ

domo Illuſtriſſima incolumem vitaq; tranquillio-ri & longæva feliciſſimam, & poſthac æternalem perennemq; ſalutem ex animo exopto, voto pre-cor, prece devoveo. Dabam Hannoveræ, die 6. Maji, Anno 1634.

V. R. & Celſ.

Devotiſsimus

CHRISTOPHORUS
CRUSIUS D.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITUM SIVE TITULORUM CUIQUE HUJUS VOLUMINIS præfixorum.

DE INDICIIS SPECIALIBUS.

CAPUT I.
De definitione & diſtributione indiciorum. Pag. 1.
CAP. II.
De crimine læſæ Majeſtatis. 5.
CAP. III.
De indiciis blaſphemiæ. 81.
CAP. IV.
De crimine læſæ Majeſtatis humanæ.
CAP. V. 48.
De indiciis læſæ Majeſt. humanæ. 65.
CAP. VI.
De adulterio. 84.
CAP. VII.
De indiciis adulterii. 95.
CAP. VIII.
De polygamia ejusq; pœna. 107.
CAP. IX.
De indiciis polygamiæ. 111.
CAP. X.
De ſtupro ejusq; pœna. 131.
CAP. XI.
De indiciis ſtupri & fornicationis. 118.
CAP. XII.
De crimine inceſtus ejusq; pœna. 125.
CAP. XIII.
De indiciis inceſtus. 127.
CAP. XIV.
De raptu ejusq; pœna. 131.
CAP. XV.
De indiciis raptus. 136.
CAP. XVI.
De lenocinio ejusq; pœna. 139.
CAP. XVII.
De indiciis lenocinii. 144.
CAP. XVIII.
De Sodomia, ejusq; pœna. 147.
CAP. XIX.
De indiciis ſodomiæ. 151.
CAP. XX.
De homicidio voluntario & neceſſario. 157.
CAP. XXI.
De homicidio occulto & clandeſtino. 164.
CAP. XXII.
De homicidio non violento. 167.
CAP. XXIII.
De homicidio neceſſario. 185.
CAP. XXIV.
De homicidio caſuali, culpâ proxima caſui, in perſona delinquentis conſideratâ. 200.

CAP.

INDEX CAPITUM.

CAP. XXV.

De homicidio, ubi culpa caſui proxima ex qualitate ipſius facti, cooperante homine, explicatur. 213

CAP. XXVI.

De culpa remota caſum homicidii præcedente. 220.

CAP. XXVII.

De indiciis homicidii voluntarii. 248.

CAP. XXIIX.

De indiciis homicidii non voluntarii. 259.

CAP. XXIX.

De indiciis homicidii quod mandato commiſſum dicitur. 264.

CAP. XXX.

De indiciis homicidii ſui ipſius. 268.

CAP. XXXI.

De veneficio ejusq; indiciis. 276.

CAP. XXXII.

De indiciis magiæ & ſortilegiæ. 284.

CAP. XXXIII.

De indiciis parricidii ejusq; ſpeciebus. 321.

CAP. XXXIV.

De indiciis parricidii, infanticidii & abacti partus. 331.

CAP. XXXV.

De falſo ejusq; ſpeciebus. 338.

CAP. XXXVI.

De indiciis falſi ex Cornelia. 355.

CAP. XXXVII.

Ad legem Juliam de vi publica. 392.

CAP. XXXIIX.

De indiciis ad legem Juliam de vi publica, incendiis, vi illatâ, litigantibus in judicio, ne proſequantur cauſam, vectigalibus, &c. 410.

CAP. XXXIX.

Ad legem Juliam de vi privata. 425.

CAP. XL.

De indiciis vis privatæ. 444.

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM
DE DEFINITIONE ET Diſtributione Indiciorum.

SUMMARIA.

1. *Definitio traditur indiciorum.*
2. *Indicia ſcelerum argumenta.*
3. *Argumentis cauſas examinare quid?*
4. *Argumentum quid in jure dicatur.*
5. *Præſumptio juris & de jure quæ dicatur?*
6. *Præſumptio juris dicitur neceſſitas legitima.*
7. *Præſumptio legis non admittit probationem contrariam.*
8. *Præſumptio hominis quæ?*
9. *Etymologia indiciorum ſubjicitur.*
10. *Qualiter indicia diſtribuantur?*
11. *Indicia generalia definiuntur.*
12. *Specialium definitio traditur.*
13. *Omne indicium duobus ad minimum teſtibus debet ſeorſim luculentiſſimè probari.*
14. *Qualiter indicia nondum probata, dicantur indicia populariter.*
15. *Omnia indicia habent caudas colligatas.*
16. *Indicia generalia uti ſola non concludunt ad quæſtionem, ita nec ſpècialia ſine generalibus.*
17. *Quomodo indicia ſpecialia ſubdividantur?*
18. *Vt fœtorem cadaver, ita delictum indicia olent.*
19. *Rei cujusq; pars potiſſima eſt principiũ.*
20. *De delicto in genere conſtare debet, priuſquam de indiciis quæritur.*
21. *Iudicis ignorantia miſerorum calamitas.*
22. *Non creditur referenti, niſi de relato conſtet.*
23. *Ordo eſt figura ſubſtantiæ cujusq; rei.*
24. *Ordo res divina in natura & entiũ modus eſt.*
25. *Ordo vinculum artis, & quæ alia de utilitate ordinis proferuntur ibidem.*
26. *An ordines equitum & fratrum Teutonicorum ſint religioſi?*

De Indiciis delictorum ſpecialioribus σὺν θεῷ dicturi, Deum ſanctũ, ſanctum fortem, ſanctumq; immortalem precamur, ut ſua nobis adſit bonitate. Amen.

SED ne χερσὶν ἀνίπτοις, ut in proverbio eſt, materiam hanc juris prænobilem, attingamus, in veſtibulo † definiemus, indicia ſigna & ar- 1
gumenta non obſcura, quibus magiſtratus imperium merum exercens, vel ad inquiſitionem vel quæſtionem jure poteſt pervenire,

2 *l.1.§.4.ff.de quæſt.* aliter Bald. *in l.4.C.unde legit.* Cic. 3. *orat.* indicia † ſceleris argumenta dictitat, quæ verba Ulpian. inde mutuatur haud dubiè *in d.l.1.ibi.*
3 ſed argumentis † cauſam examinandam, &c. Calliſtratus ex Ulpiano *in l.3.ff. de probat. ibi: vel propter cauſam, &c.* Papinian. *in l.1. 26.ff.de probat.ibi: cum*
4 *variis ex cauſis.&c.* Argumentum † autem juxta Baldum, propoſitio dicitur ex præexiſtentibus ſignis reſultans ad propoſitum oſtendendum, ſeu concludendum, *in l.7.§.9.C.de his qui accuſ.non poſſ.* vel ſecundum Quint. 5. *inſt.orat.* 10. oratio per ea, quæ certa ſunt, fidem dubiis aſſerens.

Porrò, quæ in ſpecie definitioni ſubjiciuntur verba, (quibus magiſtratus. &c.) indicia hæc, à præſumptionibus juris & de jure, ut loquuntur, mani-
5 feſtè ſegregant. Juris & de jure † præſumptio vulgariter dici autem ſolet, probatio à principiis humanis decerpta, eaq; lege expreſſa ſic ſancita, ne contrarium probari queat, Bald. *in rub. ext. de præſ.n.*1. Innoc. *in c. quia ext. eod.n.* 2. Alexand. *in l.83.§.1.de V. O. n.* 3. vel ut alii docent, ab indiciis & conjecturis humana lege & ratione repertis, ſuborta. Idem Bald. *in rub.C. de probat.n.6.*
6 *& ſeqq.* ubi neceſſitatem † legitimam, ejuſmodi præſumtiones appellitat. Spec. *in tit.de præſ.§.ſpecies.n.5.* de quibus (ut plura paucis comprehendam) commune ſonat brocardicum: Quod adverſus præſumptionem legis, nul-
7 lam admittat judex prudens & legalis † præſumptionem directam vel indirectam, Menoch. *de præſ.*1.*q.*2.*n.*11. ſequitur ergò, indicia, de quibus quæſtio in præſentiarum, non niſi hominis præſumptiones præ ſe ferre. Idem *d. loc. q.* 5.*n.*7. *ibi:* non præſumptiones has, quas facit homo, potuit lex approbare, cum variæ multiplicesq; ſint, & ex cauſis variis profluere ſoleant. Quamob-
8 rem hominis † præſumptio conceptus dicitur mentis à probabili quadam conjectura formatus, vel ut Abb. Panor. cenſet, præſumptio hæc nihil eſt aliud, præterquam ſuſpicio aliqua cauſata in animo jus dicentis, ex variis con-
9 jecturis, argumentis vel indiciis. Hinc ipſa vocis notatio & † etymologia, ab indico, indicas, &c. veritatis habendæ demum deſignans argumentum, ut ait Socin. *in l.admonendi. ff. de jurejur. n.*290. vel, ſi mavis, notam vel demonſtrationem rei geſtæ arguens. Cicer. *pro Cluent.* ibi: omnia, quæ ſolent eſſe indicia & veneni veſtigia, in illius corpore ſunt reperta, &c.

10 Diſtribuuntur verò hæc indicia † in generalia & ſpecialia. Illa dicuntur notæ & demonſtrationes genericæ, quæ πάντως delictis paſſim omnibus ſunt communes, iiſq; reſpectu diverſo ut plurimum conveniunt.

11 Quæ diſtributio & cauſas indiciorum † & gradus procedendi in hac juris materiâ, unà exhibet, exprimit & demonſtrat, quod ſuo loco convenienter enodabimus.

12 Specialia indicia ſunt † argumenta & demonſtrationes liquidæ, ſuæ cuiq; ſpeciei cumprimis propriæ & peculiares.

13 Demonſtrationes liquidas appello hæc † indicia, cum jure expeditum ſit, in-

Digitized by Google

ſit, indicium quodlibet, teſtibus ad minimum duobus, iisq; exceptione omni majoribus, probandum. Panor. *conſil.56.* Angel. Peruſ. *conſil. 3. conſtit. crim. Car. V. art.66.* Nec refert indicia † quoque ſæpenumero dici, argumenta 14
nondum probata, Gandin. *de præſumpt. pag. mihi* 137. cum potentia ſaltem, non de εἶναι vel actu ipſo identidem ſubintelligatur, verbis intentioni legis vel hominis nō vice versâ, deſervientibus, *c. intelligentia de V. S. l.17. ff. de ll.* nempe ne rei veritas verborum improprietate corrumpatur, *l.17. C. ad l. Cornel. de falſ.* ut enim Evangelium, ita lex non in verbis ſcripturarum, ſed ſenſu, non ſuperficie, ſed medulla, non in ſermonum foliis, ſed radice rationis conſiſtit. *c. Marchion. 1. q. 1.*

Et licet indicia † ſive generalia ſive ſpecialia dixeris, inſignem conſpi- 15
rent affinitatem, nec non tam caudis, uti gloſſ. *in c. accuſatus. §. eum qui. de hær. in verbo. & indicati.* Zaſ. *2. conſil.16. n.8.* de ſpeciebus ſub genere contentis loquitur, quam capite ipſo conglutinata videantur, ut ſpecialia † ſine ge- 16
neralibus, & è contra, ad quæſtionem inferendam rarò vel nunquam concludant, quod ipſum loco & tempore congruo manifeſtum faciemus, non tamen deſinit inde, nec exſpirat ſpecifica & realis indiciorum differentia, non minus ut homo animal eſſe ceſſat unquam, nec ſine animalitate tanquam præexiſtente cauſa eſſentiali ſubſiſtere haudquaquā poteſt. Alphonſ. Toſtat. *in Levit. tom.3.* Omiſſis † diviſionibus aliis, quarum plura exiſtunt ſuperva- 17
canea, juxta Bald. *in rub. C. de probat. n.4.* Joan. Bolognet. *de diff. jur. & facti. n.106.* Subdividi convenienter præſtat indicia, ſpecialia, ſecundum objecta delictorum, quæ ut umbra corpus comitantur, ac ut fœtorem † cadaver ſpi- 18
rat malignum, produnt olentq; maleficia, vel ut civilius loquitur Contzius, aurora rutilat, lucis plenæ prænuncia, cur de claro die fiduciam deponamus? *2. polit.22.* Objecta autem ſunt ejuſmodi ſpecies illæ à Juſtiniano noſtro citatæ *in tit. poſtr. inſtit.* ut 1. legis Juliæ majeſtatis, 2. ejuſdem de adulterio, 3. legis Corneliæ de Sicariis, 4. legis Pompejæ de parricidis. 5. legis Corneliæ de falſis, 6. legis Juliæ, de vi publica, 7. ejuſdem peculatus, 8. ambitus, 9. repetundarum, 10. annonæ. 11. reſiduorum. 12. & denique legis Flaviæ ſeu Fabiæ de plagiariis, ſic pro materiæ diverſitate indicia hæc vel ſunt læſæ majeſtatis, adulterii, homicidii, falſi, vis publicæ vel privatæ, furti, ejusq; ſpecierum, &c.

Sed quia rei † cujusq; pars potiſſima eſt principium, referente Cajo *in* 19
l.2. ff. de O. I. ſanè perperam & peſſimè ab indiciis in cauſis hiſce adeò magnis, judices fatui demenresq; ordiuntur, quæſtione nulliter formatâ, priuſquam de † delicto, utrum id revera patratum ſit nec ne? innocentes ſæpenumero 20
ſubjugantes quæſtionibus, de quibus illud: Quod judicis † ignorantia ſit 21
miſerorum calamitas. Auguſtin. *de Civit. Dei lib.19. c.6.* Farinac. *conſil.19. n.1.* ibi: confeſſio ſine indiciis legitimis præcedentibus nulla exiſtit, licet à reo

Digitized by Google

repetita ſit, isq; in eâ perſeveraverit, ſive de ſe ſive ſociis facta proponatur, præſertim cum de facto, quod peregrè commiſſum confitetur reus, ſat ſu-
22 perq; nondum apparet, quandoquidem non † credatur referenti, niſi de relato conſtet, *authent. ſi quis. C. de edend.* Joh. Gœdd. *in tr. de cont. & committ. ſtip. c. 1. concluſ. 1. n. 5.* Qua de re ſuo dicetur loco commodius.

Delicta generalia parte prima oportuit quaſi primo loco tradi juxta cōmunem & theoreticam artis methodum ab ipſis delictorum ſpeciebus, earumq; indiciis ſpecialibus juxta ſeriem à Juſtiniano præfixam luculenter ſegregata, exindeq; initium capiendum fuit, nempe ut ordine ſervato, quidnam ſit ejuſmodi intelligatur, cujus media, viæ, paſſus enixè quæruntur adeò, priuſquam ſcopus, quem præſcribunt, & ad quem tendunt media, demonſtretur, unde non inſcitè Bald. *in conſil. ſchiſmat. ſub. rub. C. ſi quis aliq. teſt. pro-*
23 *hib. &c.* ait: quod ordo † ſit figura ſubſtantiæ cujusq; rei, etenim ſcire quod facias, neſcire quo ordine, imperfecta eſt cognitio. Eberh. *in top. in loc. 1. de*
24 *ordine. n. 6.* Quapropter Scaliger ordinem † rem divinam in natura, ſine quâ conſtare ea vix poſſit, nuncupat, & Baldus ordinem entium modum, *l. 1. ff. de*
25 *O. j.* Borch. *in tr. de feud. in princ.* vinculum † artis, memoriæ, ac intelligentiæ matrem, quæ memoriam caput bonæ ſpei facit, cuſtodem fidelem, depoſita abſque mora reddentem, Lancell. *de off. advoc. c. 2.* quo non ſervato, confuſio ſequitur. Angel. *in l. 1. ff. de novi oper. nunc.* qui non tam in diſciplinis artibusq; tradendis, quam in omni actu humano, civili, politico ſive Eccleſiaſtico eſt perquam neceſſarius, hinc ordo judiciorum executivorum exceptio ordinis. Rebuff. *in l. 259. §. manus. ff. de V. S.* Everh. *in top. d. c. 1.* ordo ſtatuum imperii, qui & ordines S. R. I. dicuntur. Warem. ab Erenberg. *in med. pro fœd. pag. mihi* 102. ſic in Eccleſia ordinem requirit Apoſtolus 1. *Corinth.* 14. *Col.* 21. *ad Timoth.* 3. hinc ordines Eccleſiaſtici illi varii & inſignes. Palæot. *de ſac. con-*
26 *ſiſt. memb. 5. pag.* 431. hinc † ordines equitum advocati, & protectores clericorum, de quib. Joh. Wolff. 1. *rer. memor. pag.* 504. gloſſ. *in c. quia. de relig. dom.* Panor. *in c. quamvis. de decim.* fratres Teutonici, &c. quos religioſos eſſe ſtatuit Signorell. *de homicid. in repub. auth. ingreſſ. c. de SS. Eccleſ.* Gylm. *tom. 2. ſymph. in deciſ. pag.* 342.

Quæ pauca ſub ingreſſu & auſpicio hujus materiæ proferre volui pictores ſecutus, qui cum exiguâ tabella ingentem aliquam hominum multitudinem depingere geſtiunt, multorum vultus & ora, nonnullorum ſumma capita ſaltem exprimunt, ita ego ſi non integrum indiciorum corpus ſtatim exhibuero, nec Zoilo calumnianti ſatisfeciſſe videar hac in re, dubium tamen non erit, quin neceſſarias præcipuasq; rerum formas ac ſumma rerum elementa me oſtendiſſe ultrò arbitraturus ſit æquus cenſor, qui tenui hoc labore feliciter utatur, quod Deus faxit, &c.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS.

SUMMARIA.

1. *Definitio legis Juliæ majeſtatis traditur.*
2. *Omnis offenſio Dei mortale generat peccatum, adeoq; mortem æternam.*
3. *Blaſphemia quid?*
4. *Idololatria quid?*
5. *Deſcribitur occaſio & origo Theologiæ gentium.*
6. *Qualiter Flora Romanorum in Dearum numerum recepta?*
7. *Singularia de idololatria Americanorũ antiquata:*
8. *Tullus Hoſtilius adoravit quartanam febrim.*
9. *Romani aliquot adorarunt morbos, ubi prolixè narrantur aliquot patrum opiniones de Ethnicorum ſalute non deſperanda, & memorabilia alia de Nili adoratione & cultu quorundam fluminum.*
10. *Pœna blaſphemiæ difformis deſcribitur.*
11. *Delicti reiteratio pœnam auget.*
12. *Exempla Clericorum blaſphemantium aliquot recitantur.*
13. *De merito Divi Franciſci & S. Claræ.*
14. *Craſſioris quorundam clericorum, nec ab eccleſia receptæ elocutionis rudimenta reprahenduntur.*
15. *An blaſphemia ſit adſerere caput Eccleſiæ Romanæ ſummum pro Antichriſto?*
16. *Epiſcopi nominantur plurimi longè ante Lutherum nati, præcelſum illud Eccleſiæ Romanæ caput, pro hæretico & Antichriſtiano reputantes.*
17. *Referuntur variæ blaſphemandi ſpecies, modi & laicis & clericis ſæpè familiares.*
18. *Sponſalia per Diabolum jurata an obligent?*
19. *Quid de juramentis magnatum pacis vel induciarũ ergò hinc inde receptis ſtatuẽdũ?*
20. *Perjuri etiam à juramenti violati notâ abſoluti depoſitio, nedum quæſtioni indiciũ ſufficiens parit.*
21. *Horarium Auguſtenſe recenſetur.*
22. *Hymni S. Mariæ attributi, enarrantur.*
23. *Gazomonachus conſcripſit publicè cõtra horaria Mariæ, cujus libri à Paſchale ſecũdo fuerunt confirmati.*
24. *Qualiter ave Maria ſtella à quibuſdam propriè exponatur?*
25. *Referuntur variæ blaſphemantium pœnæ.*
26. *Qualiter conſtitutionibus imperii puniatur blaſphemia?*
27. *Puella in Eccleſia ridens pœnitentiam agat.*
28. *Blaſphemiam audiens nec delictum indicans quo modo puniatur?*
29. *Quomodo contra magiſtratum blaſphemos coërcere tergiverſantem, Cameræ Fiſcalis procedat?*
30. *Pompejus ſtabulavit equos in templo Salomonis.*
31. *Illuſtres viri ne alant miniſtros blaſphemantes temerè jurantes, & quæ hinc conſtituta pœna?*
32. *Mores inveterati difficulter corriguntur.*
33. *Jurationes purgatorias non facilè judex admittat.*
34. *Nullum perjurium à Deo unquã manſit impunitum.*
35. *An Reges propter blaſphemiam à ſolio ſint deturbandi?*
36. *Referuntur exempla varia & ſpecioſa, quî Deus blaſphemo-perjuros ilico corripuerit.*

DEfinitur lex Julia † majeſtatis, delicti prohibitio, quo vel Jehova ipſe 1
blaſphemiis, vel Imperator Romanus capitalibus inſidiis offenditur,

auth. juraras. ubi Bald. C. de her. & Manich. Deus ipſe offenditur, quotieſcunque is juxta præſcriptum ejus verbum, non ita, uti mandavit, colitur, veneratur, &c. ut ſcriptum legimus *Luc.* 10. Diligas Deum de toto corde, tota anima, & omnibus animæ viribus & facultatibus tuis, proximum verò ſicut te ipſum, atque hinc prævaricationis pœna: maledictus omnis, qui non cu-
2 ſtodit omne hoc, quod ſcriptum eſt in lege, &c. hæc & ſimilis offenſio † licèt peccatum inferat, ipſoq; eo prævaricatorem reum mortis æternæ accuſet, ut teſtatur S. Scriptura, quia tamen juridicè agendo, hæc & alia ad definitionem propriè non ſpectant, ipſa miſſa hic facturi, de blaſphemia in Deum, quæ ſenſu corporeo percipitur, cum nec Eccleſia de occultis quæ καρδιογνώστης non
3 eſt, judicare queat, hic potiſſimum agemus; Eſt autem † blaſphemia in Deũ prophanatio nominis divini 1. cum Deo attribuitur, quod ei non convenit, ut impotentia, injuſtitia, malitia 2. cum adimitur Deo, quod ei propriè convenit, ut omnium rerum providentia, præſcientia, juſtitia, Thom. 2. de Aquin. *quaſt. 13. ſumm. ſylv. in verbo blaſphemia, p. 1. pag.* 110. 3. cum quod creatori convenit, creaturis attribuitur, quo pertinet Idololatria & profeſſio gentilis,
4 *tot. tit. C. de pagan.* Eſt autem † Idololatria cultus divinus non vero ſed falſo Deo, creaturisq; attributus, quò theologia gentium ſpectat, tot tantisq; ſcriptorum voluminibus diſperſa, cujus princeps & author (ut paucis quoque
5 pro re natâ hæc pertexamus) fuit Saturnus † Celii Regis orientalis & Veſtæ filius, ac frater Tytan. Hic Tytan ad preces matris Veſtæ regnum, quod adminiſtrabat natu major, cui ſe addicaverat Celius ſenior, conceſſit certo pacto Saturno fratri, ita ut ſi ſuſciperet filios, Saturnus ilico interficeret, ne illi ſuccederent in regno, ſed id defuncto Saturno, revolveretur ad poſteros Tytanis, Opas erat uxor Saturni, quæ primogenitum ſtrangulabat, hæc poſtea enixa eſt geminos, quorum alter mas Jupiter, alter fœmella Juno nuncupabatur, Hæc viva relicta, quod non ſucceſſura eſſet, maſculus inſcio Saturno natus, aviæ Veſtæ clam traditur, & ab ipſa in ſecreto educatus & ad Curetas, qui populi erant bellicoſi intra rupes & ſaltus habitantes, ut in re militari adultus inſtrueretur, miſſus eſt: porrò Opas enixa, quartum partum qui Neptunus appellabatur, homo aquis & fluminibus gaudens, in quibus natare cymbis circumvagari maximè celebris factus eſt, deniq; peperit Opas geminos Glaucam & Plutonem, ipſam mortuam natam demonſtravit patri, hunc celavit, Tytan verò intelligens fratrem contra pacta non occidiſſe filios ſuos, coëgit exercitum & devictum Saturnum ſibi mancipium fecit, Jupiter apud Curetos hæc reſciſcens auxilio Curetum Tytani regnum eripit, & patrem cuſtodia auxilio Curetum & ſervitute liberat, eundem regno reſtituens Saturnus pater à magis edoctus, fore, ut aliquando à filio hoc occideretur, ſaluti filii inſidiatus mortem clandeſtinam ipſi præparavit. At Juppiter dolum ſubolens, patrem de regno fugit, qui in Italiam trajectus, ibidem primũ
docuit

docuit incolas agriculturam, quæ antea ignota ibidem erat, ſcilicet ubi cibus
erat hominum glans, nuces, caſtaneæ, poma, &c. qui inde ab Italis pro Deo
habitus, & poſtea Deus ipſe dictus fuit, Juppiter rerum potitus Junonem ſo-
rorem uxorem duxit, qui cum pacificè annos aliquot imperaſſet, ac bonis ll.
& ſtatutis regnum ſtabiliſſet, inde Deus à ſubditis dici cœpit. Tum [1] quod
ſubditi referre eminentius ſignum ſubjectionis neſcirent ſuo huic regi, cui
cætera etiam proſperè ſuccedebant, tractando ſubinde populum gratiâ, cle-
mentiâ & liberalitate. [2] cum quod quoties hic Juppiter cum aliis principi-
bus vel gente fœdera iniiſſet pro ſigno conſtituti ligii columnam ſibi erigi
poſtularet, quod Caſſius ſecutus, egregium templum in honorem Jovis cõ-
ſtruxit, quod ædificium poſtea templum Jovis dictum, quemadmodum Rex
Molion ſibi templum extrui curavit, quod templum Molionis appellatum
fuit. Hiſce exactis Jovis fratres diviſionem regni poſtularunt, quam ultrò
admiſit Juppiter, ſorte Pluto occidentales plagas, unde Deus infernalis poſt-
ea dictus eſt, Neptunus aliquot Inſulas & loca maritima, unde Deus maris
nuncupatus, obtinuit. Hæc fuit prima Idololatriæ occaſio Ethnicorum,
quæ uſque ad tempora adventus filii Dei in carnem, duravit. Superſtitiones
fingendorum Deorum cæterorum, ex aliis paſſim cauſis leviſſimis non mi-
nus enatæ, ut cum Flora † matrona Romana opulentiſſima, ideò in numerũ 6
Dearum, quòd Senatum Romanum ampliſſimo æris & argenti acervo do-
nâſſet reciperetur. Cujus feſtum cum aliquando abrogare vellet ſenatus,
ſeditio populi ingens exorta fuit, abrogatum tamen denique, at cultus priva-
tus & memoria remanſit, ut ſimpliciter Dea florum diceretur. Vide Euſeb.
in theol. gent. cont. Porphyr. Gregor. Tholoſ. *in tom. art. mir.* 1. Anton. de
Guevar. *epiſt. aur.* 4. nihil hîc de Americanorum † idololatria dicam ab Hi- 7
ſpano milite una cum ipſis incolis præter Patagones Gigantes contra edicta
Caroli V. & Papæ Julii Tertii, una cum ipſis populis, inſatiabili auri & gem-
marum fame, in tota illa plaga interemptis omnibus miſerè prædâ & libidi-
ne venereâ fœdatis rebus, extinctâ, quam C. Columbus prudentia clementi,
uti cœperat, ſubvertere tandem potuiſſet, niſi cum Bombadilla reſtitiſſent in-
vidi, reſtituta in locum fide Catholicâ, Britanni in virginia Franciq; in aliquot
inſulis Americanis præſtitiſſent idem, modo ni ex eadem repuliſſet ipſos in-
vidia & crudelitas Hiſpanica. Johan. Lier. *in hiſt. indic. part.* 1. 3. & 4. Tullus
Hoſtilius † febri tertianâ correptus, ipſum paroxiſmum adoravit, & ſacra ac 8
ſacrificia eidem fieri juſſit, quo febris ſævitia liberaretur. Wolf. *cent.* 15. *lect.*
mem. pag. 363. *ibi*: Colendi ſunt alii, ut proſint, alii ne noceant: quomodo ve-
teres Romani † febrim & ſcabiem pro Diis habuêre, Cranz. *in Wandal. lib.* 6. 9
c. 32. porrò Scythæ gladium pro Deo coluerunt, Johan. de Pined. *in Hiob. c.*
29. *verſ.* 29. *n.* 6. Ægyptiis in aquis & hortis creviſſe Deos, atteſtatur Frider.
Wendelin. *in admir. Nili. in proœm*, Horat. *Satyr. ibi*:

O ſanctas

O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina, &c. & Prudent. *lib.2.contra Symmach.*
Sunt qui quadriviis brevioribus ire parati
Vilia Niliacis venerantur oluſcula in hortis,
Porrum & cæpe Deos imponere nubibus auſi,
Iſis enim & Serapis, & grandi ſimia cauda
Et Crocodilus idem, quod Iuna Laverna Priapus
Hos tu Nile Deus colis & tu Tybris adoras.

Quin imò ipſæ gentes Nilorici Nilum adorarunt, uti Indi Gangem, quod flumen peccatorum expiatorium appellant Incolæ, ſcilicet quod mundet mortales ab omni peccato, unde ea in vulgari animo inſidet, ait Wendelin. *d.loc. c.*7.§.18.perſuaſio, nullo modo ſalvum poſſe fieri, qui hoc ſe flumine nō abluit, quam ob cauſam ex tota India & Oriente univerſo maximus gentium ad Gangem confluxus eſt. Superſtitio inde nata, quod crederetur Gangem ex Paradiſo profluere, & quod homines baptizati ex illo flumine præſumerentur longæviores aliis, uti anno 1536. vir ex agente Luſitanis eſt oblatus, quem ante annos 335. natum eſſe certis indiciis conſtabat Gothard. Arch. *in hiſt. ind. cap.*13. Nilum cum primis & tum maximè adorarunt gentes, ſi parcius inundaretur. *hiſtor. Tripart. lib. 9. cap.* 42. ibi: Iſidis ſacra Ægyptii celebrantes Nili irrigationem fletibus ſolebant implorare: unde Statius Poëta *ibi: aviſoni lugentia flumina Nili*, qui cultus demum ſublatus fuit, per Conſtant. Magn. Euſeb. *in vita Conſt.*4.*cap.* 24. qui fluxit longe uberius idololatriâ abrogatâ, unde lætatus Cæſar, gratias Deo egit, quod vetuſtus hic error demum deletus fuerit. Euſeb. *d.loc.* Ab Aſſyriis Dagon piſcis marinus ſic dictus, adoratus fuit uti & alii piſces, cujus figura demum & idolum in ſacrariis publico in honore fuit, & refert ex authoribus illuſtrioribus Pineda *in Hiob. tom.1.cap.* 40. *verſ.*20.*n.*20. quod Dagon in inferiori parte piſcis formam habuerit. Xenophon 1. *de expedit. Cyri.* ſcribit: *hâc de re. ibi.* Chalon amnis, magnis & manſuetis piſcibus refertiſſimus eſt, quos Syri habent Sacroſanctos, eosq; violare æquè ac columbas, nefas putant, &c. Sed ut de meritis Ethnicorum & hoc addam, ſubmirandum ſanè eſt, Alphonſ. Toſtatum
10 in eam migraſſe dementiam, ut expreſſè ſcripſerit: † Salvatos gentiles bene viventes, nec peccantes contra jus naturale, ſcilicet, contra decem præcepta decalogi, & non colentes idola principaliter, ſed credentes, unum Deum verum eſſe, bonorum omnium retributorem, etiamſi neſcirent Trinitatem perſonarum, & iſtos exeuntes de corporibus, ſi nullum peccatum puniendum haberent, in ſinu Abrahæ recipi, ubi nullus dolor vel triſtitia afflictiva ſit. Etſi iſti Gentiles coluiſſent idola, & exercuiſſent quodcunque ſcelus, ſi tamen ante mortem pœniterent, eos talia cōtra Deum commiſiſſe exeuntes, de corporibus ad locum purgatorium deductos, ut in expletam ſatisfactionem

nem

nem ſcelerum abundanter ſuſtinendo complerentur;&ſecundum iſtum modum ſatis probabile eſt, ait Idem, quod multi de gentilibus tempore legis Moſaicæ &ante illam ſalvi facti ſint, quia contritio tunc non fuit minoris potentiæ, quam nunc eſt. Hactenus Toſtatus *in Gen.p.*498. Franciſ.Fontan. *in indice Teſtat.in voce Gentiles,&c.* Idem ſtatuit, peccatum originale Gentilium deleri potuiſſe per contritionem ante mortem Chriſti. Alphonſ. Toſtat.qui vulgò Abulenſis dicitur, *in parad.*186. Font. *d. loc. in verb. peccat. & in verb. philoſoph.* plures philoſophos cum Auguſtino credidit fuiſſe ſalvatos,&c. motus forſan Auguſtinus inde, quod uti ipſe refert *lib.7.confeſſion.* in Platone legerit: *in principio erat verbum*, uſque ad illam partem, *& tenebræ eam non comprehenderunt*; item quod omnis anima teſtimonium perhibeat de lumine, non tamen eſt ipſa lumen, Deus enim eſt lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & quod in mundo erat, & mundus per ipſum factus, & mundus eum non agnovit; *ſunt verba Platonis* ex Auguſtino Auguſtin. legiſſe ait: Quod verbum Deus non ex carne, non ex ſanguine, non ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, ſed ex Deo natus ſit: Reſpondet Alphonſ. Quod iſta quidam ſcripſerit, & cognoverit Plato, ſed confusè admodum, non perfectè & integraliter, ubi Johannes hæc deſcripſerit. Socrates verò primus inter philoſophos Græcos extitit, qui adſeruit immortalitatem animæ, qui ab Athenienſibus occiſus eſt, quod nollet per Jovem & Apollinem, tanquam mutas & inanimatas ſtatuas jurare. Idem *in Exod. tom.2.& in Deut.*1.129. Portò Mercurius à priſcis pro Deo habitus, qui inſignis fuit Philoſophus & Aſtronomus paulò ante Pharaonem in Ægypto degens, ſic de Deo ſcriptum reliquit; Lux erat intellectiva, ſeu rationalis ante intelligentiam, & mens erat ante mentem, quæ illuminat, nihilq; fuit ab initio præterquam hæc unitas, una cum ſpiritu, qui res creatas omnes poſtea ſub ſe comprehendit; Extra hanc unitatem neque Deus nec angeli erant, neq; quicquam eſſentiale, ipſa enim Dominus erant pater & Deus omnium quæ ſub ſe fuerunt: ejus verbum eſt perfectum conſtans & frugiferum opifex & director omnis genituræ, qui creavit aquas, & quicquid in eis vitam ducit, *præterea addit:* ô magni Jehovæ ſapientiſſimum opus, ô cœlum ad te ego provoco, tibi verbum patris, quod ab initio, & priuſquam mundus conderetur, produxit genuitq;, te adjuro, te adoro per verbum unigenitum, per patrem unum rerum, ſis mihi propitius & miſericors: hæc refert Theodor. Siculus *lib.4.circ. med. de Diis Ethnicorum.* Adde hiſce dictum Valer. Maximi *lib.4.cap.7.* ubi ait: fida hominum pectora Spiritus ſancti templa eſſe cum Apoſtolo,&c. vide quoque Joh. de Pineda *in Iob.cap.22.verſ.*12. Johan. Wolffium 1.*part. lect. memor.p. mihi* 907. ubi demonſtrat, quomodo ceremoniæ Eccleſiæ Romanæ in omnib. Ethnicorũ cultibus antiquatis ſint ſimiles, prout opera operata & ſupererogationes operũ Ethnici ad ſalutem præ-

Digitized by Google

ſtate docuere Theodor. 2. *de provid. Dei.* Idem Wolff. *d. part.* 1. *pag.* 97. Joh. Pined. *d. Cor. verſ.* 14. *n.* 8. priſcos Theologos appellitat Sophoclem, Orpheũ, Platonem, Euripidem, &c. quem cum Ariſtide & Numa Pompilio ſe in vita æterna viſurum credidit etiam Zwingl. *in libell. confeſſ.* vide Auguſtin. *l.* 12. *de civ. Dei cap.* 47. Eined. *d. loc. c.* 1. *verſ. n.* 72. ubi omnino exiſtimat, præter Hebræos plures gentes coluiſſe verum Deum, atque inde citra circumciſionem fuiſſe ſalvatos: A plurimis dictus Deus matripater, uti ex Orpheo refert Clemens Alexand. 5. *ſtrom. ibi:*

Exitii, expers, matripater volvuntur ab ira,
Cui omnia, qui ventosq; moves, atq; omnia nimbis
Contegis, &c. Deinde ---- *producit ver tibi flore*
Purpureo veniens à te quoq; tempus hybernum eſt
Nubibus adventans gelidis, quas dividit uvis.

Quo loco ſic Clemens ait: per illud quidem matripater, non ſolum ſignificavit generationem, ſed etiam dedit occaſionem iis, qui introducunt productionem, ut Dei quoque conjugem excogitarent: Paraphraſticè autem ſcripturas illas exponit propheticas, nempe & eam, quæ dicitur per Iſaiam: ego ſoli dans tonitru & creans ſpiritum, cujus manus exercitum cœli fundaverunt. Unum verò & eundem eſſe matrem & patrem Deum, ex ſententia antiqui illius Valerii Sorani habetur apud Auguſtinum *lib.* 7. *de civit. Dei, cap.* 9. cùm Jovem appellat Genitorem genitricemq; Deorum, atque rerum, ut ex ſua emendatione legit ibi Ludovicus Vives:

Iuppiter omnipotens Regum, rerumq; Deumq;
Progenitor Genitrixq; Deum, Deus unus, & omnis.

Ut qui unicus ipſe Deus vim maris fœminæq; contineret in procreatione, & enixu creaturarum. Quare & illud myſterio non vacat, quod in lingua ſancta, unum & idem nomen ſit rotæ figuli, atque ſellæ fœminæ parientis; nam cum ſæpè dicatur Deus figulus & plaſtes, fictorvé ſuarum creaturarum. Quod illas, hominem præcipuè, quaſi circumductu rotæ figulinæ videatur ex luto formaſſe, atque finxiſſe, certè tunc, cum illas creabat, videbatur inſtar puerperæ ſedentis in ſella parientis, eniti, atque parere, quas ſua idea & mente conceperat. Sed quidnam in illa ſumma ſapientia, ſummaq; mente, in qua nihil non eſt virile atque perfectum, habere poteſt, rationem fœminæ & matris in mundi procreatione? tetigit dubitationis hujus punctum & reſponſionem ſapienter Philo *lib. de temulentia*; rerum (*inquit*) opificem patrem quoque ſuæ creaturæ juſtè poſſumus dicere, matrem autem ſcientiam ipſius, cum qua congreſſus Deus, non humano more proſeminavit creaturam. Illa verò Dei ſemine concepto enixa eſt juſto unicum illum dilectum, ſenſibilem filium, mundum hunc. Quapropter à quodam divino viro induitur ſapientia, de ſeipſa loquens in hunc modum, Deus creavit me primam operum

Digitized by Google

operum ſuorum,& ante ſecula fundavit me, neceſſe enim erat, ut mater nutrixq; omnium rerum creaturas omnes ætate antecederet. Leo verò Hebræus, ſeu potius Philo, *illo ſuo Dialog.3.* Adeò ut Anton.de Guevarr. ſolam Romam 2800. Deos coluiſſe teſtetur *in epiſt. aur.d.loc.* & Varro,qui Ethnica numina præcipuâ conquiſivit diligentia, ſuper triginta millia commentitiorum numinum reperiſſe ſe annotavit. Peuc. *de divin pag. mihi* 143. imò ſacrificiorum ſolis Ægyptiis uſitatorum 666.genera fuiſſe ſcribit Majol. *tom. 2. colloq.1.* Plin. *lib.19.cap.6.* Cæterum ut ad rem ipſam revertamur.

Pœnæ blaſphemiæ † pro qualitate criminis variæ & diverſæ proditæ, 11 ſunt jure divino,canonico, civili & conſtitutione imperii:jure divino indifferenter blaſphemiæ pœna mors eſt dilapidatione infligenda. *Levit. c. 24. verſ. 16.* Clar. *in §. blaſphemia. §.ſed quæro.* Jure Canonico Clerici blaſphemantes privantur fructuum beneficio unius anni, qui, ſi bis aut aliquotiesvè blaſphemiam dixerint, totius beneficii & dignitatis depoſitione coërcentur. Boer. *deciſ.31.* Covar. *in c. quamvis.de pact. n.6.*§.1. cum delicti reiteratione † 12 pœna exaſperari, & creſcentibus delictis, pœnæ quoque creſcere debeant. Wilh. Bened. *in c.Rain.extr.de teſt.part.3.* exemplum Clericorum † blaſphe- 12 mantium refert Wolff. *cent.1.pag.536.* ubi Matthiam Paridem ſtatuiſſe ſcribit, Chriſtum non eſſe Deum,& propterea Evangelium ejus,non eſſe verum Evangelium.Porrò ſi verum eſt,quod Franciſcanis imputatur,quos docuiſſe idem refert,ante adventum Franciſci † ſanguinem mundo ſalutarem Chriſti 13 fuiſſe, modo autem unico Franciſci merito homines ſalvari, deinde eas mulieres duntaxat fuiſſe redemptas merito virginitatis B. Mariæ, quæ vixerant ad tempora uſque S. Claræ, reliquas vero; quæ poſtea natæ ſint, redemptas eſſe merito virginitatis ejuſdem Beatæ Mariæ, & renovatas in corpore S.Claræ, *in lib.qui dicebantur floſculi S. Franciſ.* Wolff. 13. *cent. lect. memor. 1.pag. 322.& pag.522.* *author. bruti fulm. paſſim* ſic Thom. de Aquin. 2. 2. *q.* 1. ſcribit cucullum perinde inundare hominem,ac ipſum baptiſmum,&c.alii ſcriptum reliquerunt flagellantium cruorem admiſceri ſanguini & merito Chriſti, ad ſalvandum orbem, quas aliasq; ſcholaſticorum ſententias meritò damnavit Concilium Tridentinum.Librum Roſarium Mariæ ſcriptum reliquit Alan. de Rupe dominicanus, ab Alexandro 6. confirmatum, in quo fatetur, ad ſe veniſſe Mariam,divinam virginem, in conclave ſuum, concinnantem ex capillis ſuis annulum, ſibiq; hunc Alanum deſponſantem oſculari pallam, ſeq; contrectari ad mamillas,&c. blaſphemiæ ſcriptæ ſunt.Balæ.*cent.8.opp.2.c.50.* Wolff.*cent.15.lect.memor.p.935.*

Sic venditores indulgentiarum Romani poteſtate ſua abutentes, pro luſu pilæ,pro oſculo venereo,indulgentias in Anglia dedere,nõ ſine blaſphemiæ inſigniòris notâ, Idem Wolff. *d. p. 1. pag.* 874. ejuſmodi committentibus probra, in Germania indulgẽtiarum nummi furto ſubtracti;fures vero ad

B 2 expe-

expedienda hæc ſacrilegia, juverunt homo & canis ater. Idem Wolff. *de p.*1.
14 *pag.*921. In medio relinquitur effatum hoc, daß der prieſterliche Standt † ſo
hoch erhaben / daß derſelbe der Mutter Gottes fürzuziehen / dann die heilige
Jungfraw Maria habe Chriſtum den Sohn Gottes nur ein mahl durch die
Wort vnd Gruß deß Engels empfangen / in jhrem Leibe getragen / vnd in die
Welt gebracht / die Prieſter aber konten denſelben durch die Conſecration dar-
ſtellen / ſo offt ſie wolten / declar. Bremenſi *Anno* 582.*q.* 3. *de præſent. Chriſti in
cœna*, huc alludit jactatio vulgaris; poſſe manum ſacerdotis creatricem Deum
quandocunque ipſa velit, creare. Wolff. *d.p.*1.*pag.*393. Cum primis relinquo
15 in medio, utrum, vel quanta ſit blaſphemia † aſſerere Papam eſſe Antichri-
16 ſtum? quam affirmare theſin non erubuere † Heidelbertus Epiſcopus Cœ-
nomanienſis, Fluentius Epiſcopus Florentinus, anno Chriſti 1119. Johan.
Pizonenſis Minorita. Anno 1360. Johannes Rabicanni Archiepiſcopus
Pragenſis. Anno 1635. Philippus de Norriis Hybernus. Anno 1449. Johann.
Weſſell. Groningenſ. Anno Chriſti 1455. Johan. Purvæus Anglus. Ubertus
de Caſa, *in Apocalypſ. explic. c.*13. Hajabalus minorita, Anno 1345. Wolff-
gangus Ætinger Auguſtanus, Guilhelm. Occa, Joachimus Abbas, & Petrar-
cha legatus Apoſtolicus Avinion. vide Wolff. *p.*1.*rer. mem. pag.*218. *&* 224.
*pag.*277. *& pag.*310. *pag.*338. *pag.* 565. 602. *& pag.* 822. *pag.* 648. *deniq; pag.* 812.
De injuria hoc ſi blaſphemia dicenda, effuſa in Papam agit Deſid. Eraſm. *in
colloq. adol. & ſcort.* videmus, ait, religioſos vel graviſſima in Chriſtum convi-
cia ferre citius, quam Pontificem leviſſimo joco aſpergi, &c. Wolff. *tom.* 2.
17 *cent.*16. *pag.*147. Præterea ſpecies aliæ † blaſphemiæ ſunt, quæ in laicos æ-
què ac clericos cadunt, ut [1] cum quis maledicit per paſſionem Chriſti. Co-
ler. *deciſ.*172.*p.*1. ſi Deo ſævitia, crudelitas, tyrannica poteſtas imputatur.
Proſp. Far. *lib.*1.*tit.*3.*q.*20.*n.*20.*n.*21. [2] impoſſibilitas. Covar. *in c. quamvis.*
2.*de pact. num.*6.*p.*1.*§.*7.*num.*12. Menoch. 2. *arb. qq. cent.* 4. *caſ.*375. (non ob-
ſtante, quod aliâs, ſano ſenſu intelligendum, dicatur: Deum nec neceſſita-
tem ipſam: Plato *dial.*6.*de legib.* Wilhelm Antonii *de reſcripr. morat. concluſ.*
6.*num.* 56. nedum impoſſibilia quæq; cogere: Nevizan. *lib.*1.*ſylv. nupt. n.* 120.
D. Anton. *d. tr. concluſ.*49.*num* 222. nec factum reddere infectum: *c. ſi Paulus.*
32.*q.*5. Tiraquel. *de conſtit poſſeſſ. part.*3.*lim.* 7.*num.* 6. Menoch. *de arbitr. jud.
lib.*2.*cent.*4. *caſ.*375.*num.*7.*& ſeq.* D. Anton. *d. tr. concluſ.*15.*num.* 84. nec actũ
repugnantem inducere: Mar. Anguiſſ. *conſ.*8.*n.*9.*lib.*1. Burſat. *conſ.*228.*nu.* 29.
*lib.*3. Riminald. Jun. *conſ.*684.*num.*26.*lib.*6. Anton. *d. tr. de reſcript. mor. concluſ.*
63.*num.*267. vel virginitatem ſemel amiſſam reſtituere poſſe: *l. un. circa princ.
C. de rapt. virg. d. c. ſi Paulus. Farinac. in tr. crim. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt* 20. *num.* 12.
Menoch. *d. caſ.*375.*num.*6. Gilhauſ. *in arb. jud. crim. c.*2.*tit.*1.*num.* 3. *ſub fin.* D.
Antonii *in corollar. d. tr. ſubject. ſect.*1.*corol.* 8. *pag.* 11. licet Archivi fabulentur
apud Pauſaniam *in Corinthiacis propè ante fin.* fontem eſſe, Ceriathrim no-
mine,

mine, in quo Juno quotannis, cùm abluitur, virginitatem recuperet. *Sed hoc*
credat Iudæus apella, non ego.) [3] Dei abnegatio, quæ in magiam incidit. Co-
var. *d.loc.* Menoch. *d.caſ.375.cent.3. caſ.375. num.* 10. [4] eo pertinet Dei re-
ſiſtentia verbis temerariis expreſſa. Menoch. *d.caſ.375.cent.* 4. [5] pertinent
huc juramenta temeraria per vitam, per ſanguinem, martyria, per corpus, per
manus, capillos Dei facta. Covar. *d.§.7.* Boër. *deciſ.* 301. Menoch. *d.loc.* [6]
juramenta, per Diabolum, abnegato Deo, præſtita. Jerem. Setſer *in tr. de ju-*
rament.lib.1.cap.15.num 45. Warem. ab Erenberg *in tr. de fœd.p.2.pag.*92. ubi
evincit, ſponſalia † per Diabolum jurata, ſine conſenſu parentum inita, non 18
eſſe alicujus momenti, atque ſic in Conſiſtorio Dreſdenſi aliquando judica-
tum fuiſſe ſcribit; unde Auguſtinus *Pſal.7.tom.*8. juramenta execrativa, pro-
phanationes nominis divini præ ſe ferre atteſtatur, adeò ut Warem. *d.loc.*
quamcunque jurisjurandi formulam juri, rectæ rationi, & conſuetudini re-
ceptæ reluctantem peccatum eſſe, multominus obligatorium evincat. Non
diſſimilem impietatem redolere videntur Ethnicorum juramenta, ſeu, ut ve-
riùs loquar, adſeverationes, proh Deum, quam per varias res miris ritibus o-
lim peractæ! de quibus Jerem. Setſer *de jurament.d.lib.* 1. *c.*15. Hæ enim citra
inſaniam & blaſphemiæ notam ab orcu non revocandæ, tametſi earum veſti-
gia in pleriſq; locis inter Chriſtianos adhuc ſuperſint: ut cùm alicubi in Haſ-
ſiâ & quidem tractu Giſſano non nemo omnium, quibus ſeria dicere cordi
eſt, extemplò ad neſcio quem anſerem, Lamponis & aliorum more, de qui-
bus Eraſmus *Chil.4.cent.1.adag.* 34. provocat, vulgariter: Bey Gänſe: *idq;*
feſtiviter aliquando ſignificante nobis Dn. Wilhelmo Antonii, amico noſtro ſin-
gulari. Nihil hic quoque de magnatum † juramentis adferam; Henricus 19
IV. pacem cum paſchate Papâ ſumptione S. Euchariſtiæ confirmabat. Mu-
ſcoviæ dux magnus ſanctæ crucis oſculo pacta ſua ſancire ſolebat Jacob. Dan.
in Ruthen Hodoc Por Ladislaus Hungariæ Rex cum Amurathe inducias
conſtitutas jurejurando ſuper S. Evangeliis, hic ſuper Alcorano ſervaturus
ſtabilivit [7] imprecatio per vulnera & paſſionem Chriſti, daß dich Gottes
Marter und Leiden ſchende/ Menoch. *d loc.* Teſſaur. *deciſ.* 241. [8] convicium
Deo factum, Covar. *d.loc.§.7.1.num.*11. quò nonnulli quodvis perjurii execra-
bilis genus referunt. Pet. Lorich. *de vind. Germ. in ext. pag.4.& ſeqq.* quod ſæ-
penumero atrocius, quàm ſimplex & prima blaſphemia plectitur *ex l. Corne-*
lia de falſ. Boſſ. *in tract. crim. tit. de perj.* nonnunquam arbitrio judicis, receſſ.
Wormat. de anno 1521. §. Wo aber/ *pœna ignominiæ c. fin. de jurej. in 6. c. que-*
relæ. c. quando. de jurej. depoſitionis ab officio, Bald. *in l. 2. C. de jurejur.* & quibuſ-
cunque pœnis aliis, quas recenſet Bald. *d.loc.* Anton. de Petrucia *de jur. off.* 2.
*p.1.pag.*20. Farin. *lib.2.tit.6.quæſt.56.de oppoſ.contra perſ.teſt.* ubi evincit, quod
† perjuris etiam à reatu abſolutis, quæſtionibus exanimatis haud credatur, 20
quorum atteſtatio vel confeſſio tormentis confirmata, nedum pariat indi-

cium contra perjurum, multominus perſonas nondum ante diffamatas, nedum in cauſa læſæ majeſtatis, Maſcar. *d. probat. concl. 462. num.* 3. vide Cravet. *conſil. 6. num. 16. lib* 1. Ruin. *conſil. 146. vol. 5.* Viv. *in commun. opin. in verb. teſtis non poteſt eſſe perjurus, &c.* 9. convicium ſanctis Martyribus, vel S. Mariæ factum. Fatin. *lib. 3. q. 20. n. 27.* omnipotentia, gloria divina, & quæ Dei ſunt propria, ſanctis attributa, ab Angelis ſummoperè repudiata.

21 Nihil hic de † horario Auguſtenſi dicam: ibi *gaude matrona cœlica, &c.* Cum ipſe Bernhardus (ſanctis nævos quoque ſuos habentibus, ut ait Johan. Sneidwin. *de nupt. in inſt.*) in ſuo Martiali ipſam vocet reparatricem ſalutis æternæ, ablutionem peccati, ſcalam cœli, januam Paradiſi, omnipotentem, cui Deus pater omnes creaturas faciendas cōmiſerit, *ut ſonant verba Bernh.* cui naſcenti dixerit, dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ, porrò ſcio quod potes omnia, quæ vis, fons inevacuabilis miſericordiarum & veniæ, imo ipſa miſericordia, & venia nulli dans repulſam: exauditrix benigniſſima, hanc orationem ſupplicem clementer exaudias, & vitam æternam mihi tribuas:

22 *Mediatrix † hominum,*
Ablutrix criminum,
Conſolatrix omnium,
Peccatorum venia,
Munda ſordes ſcelerum,
Cicatrices vulnerum,
Terge plena gratia,
De peccati vinculis,
Hoſte, carne, ſeculo,
Libera nos Maria.
Infirmos tu viſita,
Mortuos reſuſcita,
Da mæſtis ſolatia,

Et quæ ſunt alia ejuſdem generis cantica, horaria, preces beatæ virgini dicatæ,
23 quibus ſeſe oppoſuit, publiceq; † contra eadem publicè ſcripſit, tempore paſchalis ſecundi, Gazo Monachus anno Chriſti 1100. Wolff. *cent. 11. lect. mem.*
24 *p. 1. pag.* 374. Albert. Sudhov. Decan. Oſnabr. *in comment. hymn.* Ave † maris ſtella: ubi Mariam invocari aſſerit, at non mediatricem, cum à ſolo Chriſto ſalutis medium, gratia, peccati remedium ſit expectandum, exorādum, Idem Wolff. *cent. 15. pag.* 831. Pœnam blaſphemiæ, quantum attinet Laicorum reſpectu, ea gentibus haud quoque non fuit inuſitata, non minus ut religio in Deum. *Dd. ad princ. inſt. d. I. N. G. & C.* Athenienſium decretis, linguam blaſphemantium præciſam, refert Joh. Boëm. 2. *pag.* 81. quam pœnam in regno Neapolitano receptam uſu fuiſſe ſcribit Gramm. *deciſ.* 50. alibi blaſphemos

per

Digitized by Google

per diem ſuſpendi & inſepultos abjici, poſtmodũ ait idem Boëm. Ægyptiorũ legibus, quas refert Pet Lorich. *d loc.pag.*4. pœna capitalis blaſphemiæ erat. Lex quoque 12. tabularum in hæc de blaſphemia ac perjuriis habet, † pœna 25
divina exilium, humana dedecus eſto, &c. quo alludit practica Hiſpanica, pro delicto hoc, fuſtigationem, primò, pro ſecundo aduſtionem labii per ſignum crucis ex ferro candenti, quæ pœna etiam in delphinatu Galliæ obſervatur, Clar. *5.ſent.de blaſph.n.*3. pro tertio linguæ abſciſſionem. Covarr. *in d.c.quamvis.* 2.*p.*1. §.7.*num.*22. In Italia ad triremes condemnantur blaſphemi, Farin. *q.*20.*P.crim.* Quinimò blaſphemiæ pœna popularis eſt, juxta Chryſoſt. *homil.*1.*ad pop.Antiochen. ibi.* Sed poſtquam † de blaſphemia nobis verba ſunt 26
facta, unam vos omnes petere volo, retributionem pro cõcione hac, ut in civitate blaſphemantes mihi caſtigetis, & ſi quempiam in bivio & foro Deum blaſphemantem audiveris, accede, increpa, & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes, ipſius faciem alapa percute, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica, & ſi ulli accuſaverint, etſi in carcerem traxerint, ſequitor, & ſi judex pœnas pro tribunali repopoſcerit, dic cum libertate, quod Angelorum Regem blaſphemaverit, &c. Sixt. Senenſ. *in biblioth.ſancta lib.*6. *annot.*322. In palatinatu meo tempore memini conſtitutos fuiſſe Corycæos, obſervantes dicta & facta plebejorum, cum primis inter ſcyphos, dicta prophanatoria, maledicta, & execrationes juratorias proferentium floreno tantorum prima vice delatorum, ſecunda vel tertia convictorum pœna ſeveriori, quæ conſtitutio decerpta partim ex conſtit. imperii Anno 1548. von Gottes ſchweren vnd fluchen/ ubi deciditur, quod primâ vice illicitis maledictionibus & imprecationibus diris ſeſe contaminans, iis ut imposterum abſtinent, ſaltem admonentur, ſi repetat eas, carcere vel pœna pecuniaria plectatur, ſi conſuetudine depravata captus intermittere nec deſueſcere poſſit reus, gladio feriatur. Daniel. Moll. 3.*ſemeſt.*2. Wehner. *obſerv.pract. verb.* Gottsläſterer. *pag.* 264. addens, ideò, Gottsläſterer Straffe/ eſſe meri imperii. Berlich. *p.*4.*concl.pract.concl.* 2.*num.* 12. ubi tamen probè animadvertit, non niſi ex conſtitutionibus Saxonicis, & quoties blaſphemia rectâ in Deum dirigatur, pœnæ illi locum eſſe, qui quoque non inconvenienter eadem diſtinctione adhibita declarat receſſus imperii, von Gotteslaſtern vnd Gottesſchweren: quibus concordant tradita Cunradi Hartzen *in tr.de reor.inquiſit.jurid.inſtit. concluſ.*11.*n.*17. ibiq; Wilhelm. Antonii *in not.*

Aliâs pœna blaſphemiæ in ſpecie ſic dictæ, eſt pœnitentia publica latè deſcripta, *in c.conſtituimus. ext.de maled.* jure divino & civili ultimum ſupplicium, *novella* 77. Canonum autem pœna deciſiva in foris uſurpatur, referente Deciano *in tr.crim.* 6.*c.*3. Philip. Melanth. *in tract.de Eccleſ.* ubi inter alia ſtatuta † pœnitentialia in Eccleſia ridens ait, puella per triduum conſidere te- 27
nebatur in veſtibulo templi, &c.

Con-

Digitized by Google

Conſtitutiones noviſſimæ Caroli V. in der peinlichen Halßgerichts Ordnung/*art.*106.*& receſſ. imperii de anno* 1548. *tit.* von Läſterung der Mutter Gottes vnd der heiligen. *& conſtit. reform. polit. de anno* 1530. blaſphemiis vel pœnam mortis, vel membri mutilationem, de qua Berlich. late *d.loc.concl.* 1.*num.*73. incarcerationem vel publicationem dictitat, pro modulo & diſtinctione ſupra relata. Porrò [illegible] pertinet hoc edictum quoque ad hos, qui ſaltem † blaſphemias audierunt, non indicantes eam magiſtratui, *d. conſtit.Car.V.art.*106. non ſecus ac ſi quis ſciret proditionem patriæ, neque deteſtandum hoc ſcelus manifeſtaret. *Dd.ind.l.3.C.de Epiſc.audient.receſſ.imp. de anno* 1530. *& anno* 1518. §. von Gottsläſterung/&c. Deus ipſe juſtitiæ & nominis ſui vindex & defenſor ſæpenumero blaſphemos coërcuit & ſeverè punivit. Refert Gregorius *libro quarto Dialogorũ*, puerum quinquennem aſſuetum blaſphemare majeſtatem Dei in ſinu patris expiraſſe, animamq; à Mauris, quos puer contremiſcens ajebat ſe videre, hoc eſt, à dæmonibus ablatam. Thomas Cantigratenſis libro altero Apum, ita de quodam blaſphemo ſcribit: Simon de Tornaco Theologiæ Doctor & Profeſſor celeberrimus Pariſiis diſputatione habita de humilitate doctrinæ Chriſti, in reprobũ ſenſum datus dixit: Tres eſſe, qui ſectis ſuis mundum ſubjugaſſent, Moyſen, Chriſtum & Mahumethum: Moyſen infatuaſſe Judæos, Chriſtum Chriſtianos, Mahumeth gentiles. Nec mora, everſis oculis pro humanâ voce mugitum emiſit, & epilepſia ſtatim eliſus in terram die tertio ejuſdem morbi vindictam accepit, mutusq; manſit, non nominans niſi Aleyden ſuam concubinam. Petrus Damianus in epiſtola ad Deſiderium Abbatem Caſſinenſem commemorat, in Duringiæ partibus clericum quendam in bello, cùm dixiſſet ſententiam Evangelicam Chriſti: *omnis, qui ſe humiliat, exaltabitur:* falſam eſſe, repente gladio per os inſtar fulminis transfixum. Magnum ſpeculum exemplorum agens de illuſtribus viris ordinis Ciſtertienſis, refert, aleatorem quendam, cum per omnia membra Chriſti & Mariæ, horrendè juraſſet, ſicut præſentes aures obthurarent, & pectora tunderent, ilicò corruiſſe, atque ſi enſe transfoſſum, eſſet, voceq; horrenda exclamaſſe: *Heu heu miſer, quis es, qui me interficit!* Et volutatus aliquantum humi animam efflavit, in cujus dorſo reperta eſt recens terribili hiatu dehiſcens plaga, quaſi ſecuri icta. Quid? quod blaſphemiam in ſanctos effuſam, à Deo punitam adſerat Wilh. Lindan. quem refert Buſn. *d.loc.pag.*22. cùm enim aliquis per ſecreta virginis Mariæ juraſſet, ab immundo ſpiritu obſeſſus eſt. Sic mulier ex Anabaptiſmis, Mariam ſcropham appellitans, ſub doloribus partus, nigellas peperit ſuculas binas licet emortuas, &c.

29 Planè magiſtratus † qui de crimine delato cognoſcere & legitimis pœnis id vindicare intermittit, à fiſcali Cameræ de juſtitiâ publicè neglectâ requiratur graviori mulcta coërcendus, *d. conſtit. politica c.*5. quandoquidem ſuperio-

ſuperiori eò intendere incumbat, ut quò citius, eò accuratius provincia improbis, ſuisq; ſceleribus ad vindictam Dei etiam bonos attrahentibus, purgetur, & quod jure oportet decenter fiat, *l. 2. C. de execut. rei jud. c. cum aliquã. extra de ſententia & re jud.* ſcilicet qui ea propter in ſpecula quaſi collocatus ſuper inferiores eminet magiſtratus, ut ſi quid puniendum hi omittant, is ſeriò hoc coërcere haud tergiverſetur, ecquid leges enim ſine moribus vanæ proficiunt, ſi culpa non reciditur ictu, ut ait poëta; ſanè idem quod cibus ſine ſale, ventus ſine ſpiritu, ſpiritus ſine ſufflamine, Johan. Thilem. *de benig. in Paralyp. Conſt. Cameral. d. tit. 5. ord. part. 2.* Porrò quid multis? increſcente hoc flagitio, impietas ſequitur pediſſequa, qua dominante, Deus perpetuam juſtitiæ ſuæ legem tandem exequitur ipſe, & ſæpenumero totam ob unius impunitam licentiam perdit gentem, Peucer. *de divinat. pag.* 28. vel ut alibi ait: propter peccatum unius fieri poſſunt infelices omnes, quippe quod hæc offenſa adeò videatur gravis, ut extinguat omnem bene agendi gratiam, omneq; ad virtutem proficiendi adimat robur. Pompejus † poſt tot victorias 30
ſtabulavit equos in templo Salomonis, qui neque inde ſibi nec rep. profuit multominus nomini ſuo honorem ullum adjecit, quin quæ dehinc gerenda ſuſcepit, omnia irrita & infortunata manſerint, Johan. Wolff. *cent. 14. rer. memor. pag. 629.* ibi: diſcite, ſi neſcitis quia (ſpreto Dei cultu) ſolum crimen hoc ſufficiat ad ſubverſionem regnorum, ad perditionem & diſſipationem exercituum, qua de re paulò infrà.

In eadem conſtitutione cavetur, † ne viri illuſtres alant domi, vel in mi- 31
litia famulos aut ſatellites impios, ſcilicet, qui ſoleant nomen Dei aſſumere invanum, imò jubentur antequam ſuſcipiunt miniſtros, in mores eorum inquirere, utrumne ſint tales, qui ſoleant malitioſè jurare, maledicere per nomen Domini, in eventum autem, cum qui hodie frugi eſt, cras perjerare poſſit, ſtipulatione factâ ſalaria eorum retinere, fiſcoq; deferre. *d. conſt. Auguſt. Car. V. de anno* 520. Sed utrum ne hoc in caſu diſtinctio antè tradita hic obtinebit, ut videlicet diſtinguatur, an ſemel vel aliquoties malitioſè juratum pernicioſè maledictum fuerit? affirmamus per *d. conſtit.* cum geminatio delicti geminam quoque pœnam mereatur, vel ut vulgò loquimur, creſcentibus delictis pœnæ quoque creſcere debeant, vitia enim † poſtquam in mo- 32
res abiere, difficulter eradicantur, omne malum naſcens ait Tacit. 14. *annal.* facilè opprimitur, inveteratum plerunque fit robuſtius, Ælian. *lib.* 14. Eadem nec diſſimili præcavendum ratione, † ne purgationes juratorias temerè 33
admittat jus reddens, qua de re Zang. *in orat. de reis ad purg. admitt. poſt tractatum de qq. & tort.* ſatius facturus (ait) judex ſi nocentem dimittat, quam permittat, ut nomen Dei ſumatur invanum, tantumq; crimen in Deum perpetretur, quod publicas attrahit calamitates, totasq; interdum evertit & perdit urbes juxta Heſiodi illud:

 Πολλάκι

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ.

34 Equidem certo certius eſt, † nullum perjurium impunitum manſiſſe, Watemund. ab Erenb. *d.loc.* ubi diſputat, † an reges propter blaſphemiam & perjuria à ſolio ſint deturbandi, & negat; quanquam *(inquit)* Deum habeant ultorem, qui illis miris mediis coronam eripit, eamq; aliis imponit, nempe qui ferre perjuros vicarios non poſſit. De Lacedæmoniis apud Xenophontem legitur, quod cùm antehac invicti fuiſſent, & hoſtibus terrori, ab hac tamen felicitate exciderint, cum quam Thebanis juraverant libertatem, non

35 concesſiſſent, atque perjuri facti fuiſſent. Elfredum perjurii † pœnas mirando Dei judicio dediſſe referunt annales, qui dum juraret, corruit, & poſt triduum animā expiravit. Zanger. *d. loc.* Goduinus à Rege Angliæ Eduardo criminis accuſatus, cum innocentiam ſuam prætexere vellet, precatusq; eſſet, ut ſi quicquam in necem fratris Alfredi molitus eſſet, panis fruſtum ipſum ſtrangularet, confeſtim cum hæc dixiſſet, pane accepto præcluſis faucibus ſuffocatus, occubuit, &c. Apud Siculos crater fuit, de calumnia juraturis propoſitus, pejerantes globulis ignitis per occultos meatus ſtatim petens & jugulans, Vent. de Valent. *in parth.litig.p.2.cap.6. & cap.13.n.40.* proinde locus Ovid. *de amica perjura.* ibi:

36

Perq; ſuos illam nuper juraſſe recordor,
Perq; meos oculos, & doluere mihi.

Vid. Franciſ. Pollet. *in hiſtor. for. Rom. lib.4. cap.14. p.547.* Quæ exempla alia, ſi inſtituti ratio admitteret, ſine longa ſerie recitari poſſint, ſed tantum de hoc delicto, ſequuntur illius indicia.

CAPUT III.

DE INDICIIS BLASPHEMIÆ.

SUMMARIA.

1. *Non natura fert, ut amemus eos, à quibus patimur mala.*
2. *Non deſinit Deus eos redamare, à quibus ipſe amatur.*
3. *Depravata natura Deum odiſſe cœpit.*
4. *Quam nefandum jure ſacro crimen blaſphemia.*
5. *Converſatio cum blaſphemantibus indicium parit.*
6. *Conſuetudo blaſphemandi parit indicium blaſphemia.*
7. *Qui ſemel calumniator eſt factus, dehinc calumniari velle præſumitur.*
8. *Tempus præſens cōnexitatem quandam habet cum præterito.*
9. *Naturæ obſtructio non diuturna eſt.*
10. *Excommunicatio indicium eſt hæreſeos & conſequenter blaſphemia.*
11. *Excommunicandi ſolennitas paucis delineatur.*
12. *Quæ hæreſis propriè indicium blaſphemia pariat?*
13. *De hæreticis ſub Euchariſtia caſeum exhibentibus.*
14. *Hæreticum ſapit, damnare carnis eſum.*

15. *Hære-*

15. *Hæreſin ſpirat, leges matrimonii evacuare.*

16. *Bona opera abſolutè promeritoria vitæ æternæ credere hæreſin ſapit.*

17. *Luxuria carnalis indicium eſt luxuriæ ſpiritualis & blaſphemiæ.*

18. *Papa contra jus & decreta patrum procedenti impunè reſiſti poteſt juxta Contzium Jeſuitam.*

19. *An Papa monarcha cœli & terræ ſit?*

20. *Zacharias de Roſa, roſam promeritus in clypeo, inde quod Huſſio in Concilio Conſtantienſi acriter reſtitiſſet.*

21. *Indicia blaſphemiæ, vitæ levitas, nominatio ſociorum, & magiæ ſtudium.*

22. *Delictum unum, indicium delicti alterius.*

23. *Qualiter maledicendi, peierandi ſtudium hic indicia præbeat?*

24. *Quomodo Maſſilienſes omnes imprecationes in hominem mortis reum derivaverint?*

25. *Qualiter ex crapula luſuq; indicia formentur?*

26. *Ebrioſi an pœnâ mortis affici jure poſſint?*

27. *Ebrietas non excuſat blaſpemiam.*

28. *Quanam ſchiſmata pariant indicia blaſphemiæ?*

29. *Quomodo miſſa à veteribus ſit celebrata?*

30. *Oblatio pro defunctis quid?*

31. *Encomium Bonaventuræ refertur.*

32. *Bonaventuræ judicium de indulgentiis Papæ.*

33. *Cyprianus ante converſionem magus fuit.*

34. *An ſancti ſint invocandi, ex patribus deciſio petita.*

35. *De animabus balneatricibus & ſpectro immani per miſſas privatas fugato ex Africa.*

36. *De conjugio ſacerdotum memorabilia.*

37. *De pellicibus monachorum ſingularia.*

38. *Indicia blaſphemiæ & hæreſeos varia ex actis Concilii Tridentini decerpta & congeſta.*

39. *Non ſubſcribere velle decreta vel articulos fidei hæreſin arguit.*

40. *Patres conſcripti noluerunt omnes ſubſcribere acta Concilii Tridentini.*

41. *Plurimi cum proteſtatione ſubſcripſerunt acta Concilii.*

42. *Retardata & invita ſubſcriptio hæreſin arguit.*

43. *Ferdinandus hæreſeos inſimulatus à Concilio, quod poſtularet pro ſubditis calicem.*

44. *Legati Gallici noluerunt ſubſcribere decreta Concilii, neq; ea pro perfectis canonibus agnoſcere, proinde indicio hæreſeos ſunt gravati.*

45. *Hiſpani quodammodo indiciis onerati, quod non niſi cum reſervatione approbarent acta Concilii.*

46. *Illuſio Comitis Lunenſis.*

47. *Multi neceſſarii articuli omiſſi fuêre à Concilio, nõ deciſa quæſtio de indulgentiis, &c.*

48. *Papa poſt Concilium Laicis calicem concedere voluit.*

49. *Qualiter ira hæreſeos indicia pariat?*

50. *Diſputatur, an per iram commiſſa blaſphemia punienda ſit pœna ordinaria?*

51. *Iracundis locutio prava dulcis eſt.*

52. *An revocata blaſphemia mitigationem pœnæ habeat?*

53. *Quomodo triſtitia arguat hæreſin?*

54. *Somnium Apollodori narratur.*

55. *Qualiter ſuperbia hæreſin pariat, ſitq; indicium ejuſdem.*

56. *Quæ adjuncta ſuperbiæ?*

57. *Altercationes concionatorum indicia ſchiſmatis.*

58. *Donatus hæreticus per ſeſe jurari voluit.*

59. *Blaſphemia & idololatria mater ſuperbiæ eſt.*

60. *An indicium hæreſeos rebellio?*

61. *Refutatus Lenſei locus de reſiſtentia peccati.*

62. *Qualiter per ferrum candens Conradus de Marpurg hæreſes notaverit?*

63. *An illegalis beneficiorum permutatio ſchiſma arguat?*

64. *Diſpenſatio larga & profuſa hæreſin præ ſe fert.*

65. *Indicium hæreſeos privatæ conciones & conventicula.*

Digitized by Google

66. An indicium pariat prædicatio extra Dei verbum.

67. Quam ob rem Iehova verbo ſuo ſpoliet populum ſinatq; eum incidere in hæreſin?

1 NON natura † fert, ut amemus eos, à quibus patimur, ait Æneas Sylv.
in Epiſt.ad Solim.conv. hinc illud:

Non piſcatorem piſcis amare poteſt.

Juſtin.Juſtinop.*in tract.conſid.pag.mihi.* Et M. Siculus *apud Stobeum ſermone.*61.ibi:

φιλεῖτε φιλήσθε.

2 adeò ut juſtum † numen quoque non patiatur amantem ſuperno videlicet
inſtinctu concitum, non redamari, imò amatorium illud numen charitatis
mutuæ & unionis, amicum ubi aliquem accendit amore, ardentes ex hoc
amore velut ſpeculo radios in amatum occultâ & mirifica virtute flectit, ut
inſcius ille mirabiliter accenſus viciſſim amet amantem, Tiraquell. *de ll.connubial.l.13.gloſſ.1.p.33.*

Quia verò tanta depravatio in naturam per primi hominis peccatum
invecta, eaq; tanto bono, quo ſummum bonum perfectè noſcere meritò po-
3 terat ſpoliata ſit, ſubſecutum, ut homo id, † quod rectâ ratione ſua duce
amare & in precio habere debebat, ſummo id inverſo ordine, odiſſe ceperit,
hinc depravatio virtutum, corruptio liberi arbitrii, fons & fomes omnium
delictorum, hinc odium creaturæ in ipſum creatorem, unde εἶναι ſuum
omnemq; bonum hauſit hæc ſathanica illa, & abominanda in Deum bla-
ſphemia, à Diabolo, calumniarum patre, per organa ſua in amabile illud nu-
4 men profuſa delictorum omnium atrociſſima, 3. *Reg.* 2. nam cum † Jeza-
bell ad dilapidandum Nabott non poſſet peccatum majus allegare, affinxit
ei blaſphemiam, pendente in cruce ſalvatore, quod omnium in paſſione gra-
viſſimum erat, blaſphemabatur Deus, *Matth.* 28. Antiochus propter bla-
ſphemiam inviſibili plagâ percuſſus eſt, 2.*Maccab.*9 hinc Heli ad filios ſuos
oratio: ſi peccaverit (*ait*) vir in virum placari ei poteſt Dominus, ſin vero in
Deum, quis orabit pro eo? 10.*Reg.*2. Nathan Propheta peccata Davidis inde
quàm maximè exaggeravit, quod Rex blaſphemare fecerat inimicos nomen
domini, 2.*Reg.* 12. & filius mulieris, præcepto Domini dilapidatus eſt in de-
ſerto, quod nomen domini blaſphemaſſet. Sed de indiciis hujus maleficii
dicendi tandem materia: qualia ſunt partim ex claſſe indiciorum generalium
5 deprompta ': ut † converſatio & familiaritas cum blaſphemantibus, quo-
niam nedum orare liceat cum improbis, *c.2.de excomm.& canſ.23.q.3.c.25.*
ibi: cum eis neq; orandum eſt, neque pſallendum. Vix enim erit, ut quibus
cum converſaris, iiſdem non ſimilis fias, cum à converſantibus trahantur
mali mores, juxta illud Palingenii *in cancro.pag.mihi.*92.

Præſertim quos eſſe malos noſti, aufuge, namq;

[illegible]*and*

Digitized by Google

Haud facilè eſt tribulos & ſpinas inter euntem,
Illæſos habuiſſe pedes, illæſaq; crura, &c.

2. Indicium † eſt conſuetudo blaſphemandi, *arg. conſt. polit. Carol. V. ſupra citatæ de anno* 530. *c. mandata, & c. ſcribam, de præſumpt. c. literis, ext. de præſ.* ibi: † ſemel calumniator factus eſt, dehinc pejerare, calumniari velle, vel quoque ex poſt facto pejeraſſe, calumniatum eſſe, præſumitur, *l. ſi cui, §. iiſdem de calum.* cùm tempus † præſens connexitatem quandam habeat cum præterito, Menoch. *præſ.* 24. *n.* 44. Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 51. *num.* 2. & vix ſit, ut malus ſemel diu lateat, Plato *lib.* 2. *de juſt.* & Cic. 2. *off.* ficta omnia tanquam floſculi celeriter decidunt, *& in orat. pro P. Sext.* animus vultus flagitia parietibus tegebantur, ſed hæc † obſtructio non diuturna fuit: proinde eſ- ſatum juridicium vulgare, quod res de facili ad ſuam naturam revertatur, *l.* 27. *§.* 2. *ff. de pactis.*
6
7
8
9

3. Indicium eſt excommunicatio, Franc. Marc. *q.* 860. & 868. *pag.* 2. Johan. Papon. *de arreſt.* 18. *tit.* 7. *art.* 15. ibi: atteſtatur † excommunicatum de hæreſi inquiri poſſe, idque inde, quod propter hæreſin utplurimum decerni ſoleat excommunicatio, quæ blaſphemiæ ſoror eſt, *tot. tit. excom.* Per excommunicationem ovis præfractaria vel morboſa de grege ſeparatur, ne ſcilicet, *morbida facta pecus totum corrumpat ovile*, hinc ſeria illa † excommunicandi formula & ſolennitas, ubi ſacerdotes 12. Epiſcopum anathema recitantem circumſtantes, lucernas, quas ardentes manibus tenent, ſub concluſione ſententiæ in terram projiciunt, pedibusq; conculcant, Spec. *in §. ſentent. cir. med.* Gail. *de pp.* 1. *cap.* 6. *num.* 21.
10
11

4. Indicium eſt hæreſis, Conciliis 4. œcumenicis & regione repugnans & definitâ à Juſtiniano in Novella 115. Warem. ab Erenberg. *in medit. pro fœd. p.* 1. *pag. mihi* 287. *num.* 242. quò cumprimis ſpectant † veſanæ illæ hæreſes, quæ nulla prorſus ſcriptura, nedum ſanâ ratione colorantur, cum alias in genere allegeť ſcripturâ quivis hæreticus, & glorietur nomine Chriſti, *Novell.* 109. *in præfat.* Inter veſanos & abſurdos hæreticos primum merentur locum Nicolaitæ, credentes ſine peccato fœminas communes eſſe, quod Plato quoque ſingulari lege permiſit, Papp. *de hæreſib. pag. mihi* 485. Artotyritæ loco vini ſub † Euchariſtia caſeum exhibentes, ſcilicet quod caſeus fructus eſſet ovium, quo ſacrificii genere dominus primum ſit delectatus: ita nihil non impietatis, blaſphemiæ, ſibi permittit hæreſis, quæ in doctrinâ & ſacramentis Eccleſiæ nihil incorruptum relinquit, *pag.* 345. Apoſtolici dicti nihil poſſidentes, & conjugia ſacerdotum damnantes, † eſum carnis prohibentes, Papp. *d. loc. pag* 340. Wolff. *p.* 1. *lect. memor. pag.* 283. ubi dicit, cruci affixum hæreticum, qui docuiſſet ab eſu carnis abſtinendum. Artenii præter Trinitatem adhuc aliam fingentes Deitatis perſonam, *Papp. p.* 497.
12
13
14

Saturniani † matrimonii leges doctrinam Diabolorum appellantes 15

atque ſtatuentes, ſe ſalvos fieri ſolâ fide in Saturnum conceptâ, &c.

Sethiani, qui credidêre, angelos agere nocturnos congreſſus cum hominibus, & exercere venerem cum mulieribus.

Ciconiani, qui illos omnes colebant, quos S. ſcriptura damnat, fingentes librum, quem Paulum in tertio cœlo ſcripſiſſe ajebant.

16 Adamiani incedebant nudi in publico, ſe † perfectos & juſtos contendentes per opera legis, &c.

Ophites ſerpentes adorabant. Papp. *d.l.pag.*328.

Archontici abrogabant ſacramenta, credebant homines ſola Dei cognitione ſalvari.

Angelici angelos invocabant, aſſerentes eos placaſſe iram Dei.

Aſcitę utrem inflatum & opertum circumgeſtabant, quod neceſſarium ſaluti eſſe credebant.

Severiani mundum ab angelis conditum eſſe credebant, vetus teſtamentum abrogabant, ſubſtitutis ſomniis quibuſdam, à ſe confictis, &c. adde catalogum hæreticorum relatum *cauſa 24. quæſt.3.*

Execrabilior eſt blaſphemia Gnoſticorum, de qua Sixt. Senenſ. *in bibliothec. ſanct. lib.* •. *pag.*104. Conveniebant omnes, *inquit*, in idem cænaculum viri & fœminæ, ibi cum largè & opiparè cœnâſſent, mariti uxores proſtituebant, invitabatq; alter alterum in uxoris ſuę complexum his verbis: *Surge frater, & fac dilectionem cum fratre tuo*, cum invitatus oblatæ fœminæ commiſceretur, uterque propriis manibus virilis ſeminis fluxum excipiebat, mox ipſum expanſis palmis more ſupplicantium manibus Deo offerebat, adjectâ preciunculâ: *offerimus tib hoc donum*, id eſt paſcha, & ex muliere ejuſq; fluxu ſanguinis, nonnihil conſecrabant & inſtar vini offerebant, adferentes ad obſcœnæ hujus blaſphemiæ confirmationem, *Johan. 6.* ibi: cum videritis hominis filium redeuntem, unde prius erat, id eſt defluxum humani ſeminis eò revertentem, unde exierat, & quos locos adducunt *ex Proverb. 5. Apocal.*22. *Pſalm.* 1. Epiphan. *lib.*1.*tom.*2.*cont.hæreſes.pag.*36.37. *& ſeqq.* Sixtus Senenſ. *in biblioth.ſanct.lib* 2 *pag.*104. Simile eſt execrabile figmentum de Zacharia patre Johannis, quaſi is Deum viderit, in S. S. corpore aſinino indutum, quod cum populo ſignificare vellet, ne is aſinum pro numine coleret, repente mutus ſit factus. Athanaſ. *in ſynopſ. contr. hæret.* uti eum refert Senenſ. *d. lib.*5.*pag.*151. Sed abrumpam ſimilia blaſphemiæ exempla; ne piæ offendantur mentes, exemplo Ezechiæ, qui blaſphemias literarum Sennacherib ſolus legere & ſcire voluit quàm prælegere eas populo. Idem Sixt. Senenſ. *d.lib.*2. *pag. mihi* 126.

5. Indicium eſt luxuria carnalis, & voluptas, Joan. de Pineda *in Job. cap.*20. *verſ.*12. Johan. Buſæ. *in πινάκ. de blaſph.pag.* 22. ibi: Si bene agis, & quod manducas & bibis, ad refectionem corporis ſumis, gratias agens Deo,

& cibus

Digitized by Google

& cibus tunc & potus laudat Deum, ſi verò modũ naturæ debitũ immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites, quantaslibet laudes laus lingua tua ſonet, vita blaſphemat. Eodem ſpectant B. Ephraem verba, dum exponit illud Iſaiæ, *væ his, per quos nomen meum blaſphematur inter gentes:* quemadmodum, *inquit*, operibus bonis Deus glorificatur, ita contra malis actionibus blaſphematur. Nam cum infideles intuentur Chriſtianos, quod inſtar Ethnicorum ipſi quoque in crapula & ebrietate vitam degant, ludentes atq; ſaltantes cũ citharis & tympanis, non amplius dictitant, quod inſenſati ſint Chriſtiani, dum legem Chriſti tranſgrediuntur: verum blaſphemantes aſſerunt eos ſicut traditum à Chriſto acceperunt, ita & facere. Porrò hîc ſpectant clericorũ non profeſſioni correſpondentes mores, juxta illud *Matthæi.7.* ex fructibus eorum cognoſcetis eos, quod indicium præſumptionem probabilem vocat Men.1.*præſ.2.n.9.* ibi: noſtrâ ætate planè miſerandâ probabilem præſumptionẽ ſumimus, falſos Chriſtianos eſſe, qui dum bona aliqua cõcionantur, reliqua mala omnia ſuadent: hinc Adriani reſcriptũ ſub inſtructione Gregorii Rorarii ad proceres Germanię miſſum, An.1622.*ibi*: Wir alle ſein ein jeder ſeinen Weg gegangen / es iſt auch lange Zeit keiner geweſen / der etwas guts hette gethan / auch nicht ein einiger / ꝛc. in quam ſententiam tranſit Franciſci Cheregati, Epiſcopi Fabrianenſis, Nuncii Apoſtolici Norimbergam ad cǫmitia ablegati inſtructio, *ibi*: ut ante omnia curia Romana, unde tot mala ſunt derivata, corrigatur. Petr. de Suavis *in hiſtor. Concil. Trid. lib.1. pag.29.* ibi: malum cum ſit inveteratum & multiplex, non niſi pœnitentim in eǫ curando progrediendum, ſumpto à gravioribus initio, *vide pag 34 ibidem, &c.* idem conqueſtus eſt Joannes Weſſelius, anno Chriſti 1155. de clero
† luxuriâ carnali diffluente, indicio indubitato, cujuſvis viciorum generis, 17
unde quaſi per traducem quoque luxuria ſpiritualis, ut hæreſis, idololatria & blaſphemia deſtillet, & exeratur, Wolff. *cent.15. part.1.* digno (clero) cui reſiſtant Chriſtiani uſq; ad ultimos laicos, Contz. *6. polit. c.26. Alphonſ. Toſtat. Abulenſ. Epiſcop. in Matth. tom.1. Alciat. in c. nov. ext. de jud.* ubi idem atteſtatur
† de Papa contra decreta & canones patrum procedente, longè à ſen- 18
tentia communi alieni, quâ vulgò placuit, à nemine judicari Papam, *diſt.17. q.4. c.25. q.1.* ſcil. qui contra Apoſtolos & contra Epiſtolas Pauli poſſit diſpenſare, Ruin. *conſil.109. volum.5.* & quod minus, regna mundi auferre, & dare, cui velit, Bellarm. *5. de Pontific. Roman. c.16.* ſcilicet qui exiſtat major ſeptuaginta ſepties Imperatore, *in decret. Greg.3. tit.32.* neque hoc mirum juxta illos, quia
† Papa Monarcha cœli & terræ eſt, quem ut ſummum Deum o- 19
mnes Reges meritò adorent, referente Blondo, Wolff. *d. c.15. pag.991.* Joſeph. Stephan. Italus, qui non niſi per adulationem ſentiens, ſeſe ad altiora poſſe tranſcendere, conſcripſit librum & ſtatuit, non modò teneri reges oſculari pedes Papæ, Papam humeris portare, adorare, ſed & Papæ calceos di-

gnos

Digitized by Google

gnos eſſe, quibus infigatur crux Chriſti. Qui ex adulatione à Gregorio ornatus eſt præfectura Eccleſiæ Segobricenſis: Wolff. *lect. mem. pag.* 904.
20 Joan. Zacharias de Roſa, † roſam promerebatur in inſignibus, quod in Concilio Conſtanrienſi oppoſuiſſet Huſſio dictum, *Ezech.c.*34. *Ecce ego ſuper Paſtorem (Papam) & non populus,&c.* Luth. *tom.*6. *Ienenſ. pag. mihi* 498. Reſpexit ad hoc judicium, Job. *cap.*20. ubi Joan. de Pined. *d. loc.* ait, blaſphemiæ quaſi voluptatis dulcedinem latêre ſub lingua, & detineri in ore luxurioſi, quod virium Nyſſen. *homil.*4. *in Eccleſiaſt.* appellat ſerpentem, cujus ſi caput ſubeat rimam, inde in corpus univerſum ſeſe ingerat, ſerpentem luxurioſo æquiparans, etiam quoad crapulam & guloſitatem, de qua mox dicemus. Ariſtoteles enim *l.*8. *hiſt. animal. c.*4. ſcribit, ſerpentes omnium maximè animalium cupediæ deditos vini quoque eſſe incontinentes ad cujus guſtatum linguam eos habere prælongam & bifidam, &c. De hoc indicio agit Johan. Spinæus *de tranquill. anim. lib.*5. *pag.*246. ibi: Rex Salomon quamvis tot tantisq; dotibus à Deo fuiſſet ornatus, nihilominus tamen à voluptate ita faſcinatus fuit & potionatus, ut officii Dei, ſuiq; ipſius oblitus, non vereretur palam ſe adorationi idolorum addicere, *hæc ille.*

21 6. Indicium eſt † vitæ anteactæ levitas & turpitudo, nominatio ſociorum decenter facta, & quæ alia hic adferri poſſunt indicia generalia, ex locis generalibus repetenda, de quibus ſeorſim, Deo volente dicetur.

7. Magiæ vel veneficii ſuſpicio de reo ſumpta, non tam inde, quòd rarò vel nunquam magia ſine horrendis blaſphemiis patrari & expediri queat, uti
22 de magia inferius conſtabit, quam quod † maleficium unius pariat indicium delicti alterius, erudité Briſſon. *in præfat. tract. de adult.* hinc apud Sophoclem Philoctes: quibus mens mala eſt, eos etiam ad ſcelera alia inſtruit, *pag. mihi* 411. adeo ut Beatus Lutherus hæc incantamenta crimen læſæ majeſtatis divinæ appellare non dubitaverit, ceu ex Zincgref apopht. notavit Wilhelm. Antonii *in not. ad Cunradi* Hartz *tract. de reor. inquiſit. concluſ.*1. *num.*8. *verſ. præſertim.*

9. Indicium eſt, maledicendi frequentia temereq; jurandi conſuetudo, Johan. de Pined. *in Iob. cap.*20. *verſ.*23. ibi: quibus prava locutio dulcis eſt, uti
23 † blaſphemia maledicenti, etenim mala dulcia ſunt blaſphemis, uti eloquia Dei juſtis, &c. qua de re quoque de indiciis generalibus, quæ uti in ipſam blaſphemiam incidunt, *ut ſupra cap. præcedenti*, ita indicia dictitant, impræſentiarum per rationem, quâ placuit, à blaſphemo maledictorem vel juratorem temerarium parum vel nihil abeſſe, quia quod magiam quoque hæc indicia ſæpenumero ſpirent, & arguant, hinc populare Germanorum axioma: Welcher bereits deß Sathans eigen iſt/ſelbiger hat gut ſchweren/ adeò, ut non obſcura experientiæ argumenta dictitent, imprecationibus & maledictis horrendis nonnunquam diabolum in corpora humana tranſiiſſe, Euſeb. *de præpar. E-*

par. Evang. lib. 4. cap. 12. hinc † Maſſilienſes, nequid mali impenderet uni- 24
verſitati, ex imprecationibus & maledictis pravorum, hominem mortis reũ
delicatis cibis ſuſtentabant, omnium execrationum dira, uti credebatur, vo-
to vel fato recipientem, quem ſtatuto tempore tandem in mare projiciebant,
Guil. Bud. *in l. 2. ff. de pœn.* Quintil. Mandoſ. *in annot. caſ. pag.* 57.

9. Judicium eſt luſus illicitus, † Johan. Buſæ. *in παναρ. in loc. de blaſph.* 25
pag. mihi 22. ibi: luſores ferè ſunt blaſphemi, & ludendi conſuetudine ſe ta-
les factos non diffitentur, Petr. Arorites *in libello, quem inſcribit,* der Spie-
ler A. B. C. vnd Nahmenbüchlein / *lit. B. verb. blaſphemiæ.* continua & im-
modica vini crapula, ut cum ſub ludo ſcyphovè blaſphemia proponitur com-
miſſa, *arg. receſſ. imp. ref. polit. Aug. de anno* 548. §. Nach dem / ꝛc. *conſtit. Max.
de anno* 152. *Trevir. & Colon.* Paul. Matth. Wehner. *obſerv. pract. verb.* Zutrin-
cken / *pag.* 724. ibi: das Zutrincken comitatur ſæpius das Gottslåſtern. non
tam quod luſus noxius, nec non ebrietas voluptuoſa, vigore conſtit. imperii,
dd. receſſibus. ad judicia publica reſpectivè pertineat, Gylman. *in ſymph. vol.* 2.
in præjud. Camer. ſub fin. pag. 355. ebrioſis † vino admodum turgentibus mor- 26
tis pœnam tribuens, quam quod fervor luſus gulæq; luxuria atque ingluvies,
in Deum Ter. Opt. Max. convicia & execrandas maledictiones eructare nun-
quam non adſoleat, non ſecus ac ignem pyrites, ignis fumum flammamq; ex-
halat, admotis ſtipulis, *Proverb.* 23. ibi: Vnd dein Hertz wird verkehrte Din-
ge reden / *d. receſſ. de anno* 548. nervoſa hæc habentur verba, daß das Zutrin-
cken ſey eine endliche Vrſache alles vbels / vnd dem Menſchen an ſeiner See-
len Seeligkeit nachtheilig / ꝛc. Herman. Lather. *de cenſu, lib. 2. cap. 3. num.* 5. ibi:
ebrietatem & cædes & blaſphemiæ non rarò concomitantur, Sebaſt. Franc.
vom ſchendlichen Zuſauffen / *cap.* 14. Johan. de Pined. *in Iob. cap. 20. verſ.* 12.
num. 6. † Non audiendus itaque Menochius eſt, blaſphemiam ebrietate ex- 27
cuſari aſſerens, *de arb. jud. caſ.* 375. quam legumlatores ſtrenui quique utpo-
te delinquendi occaſionem, quæ quoque cum ipſis fibris eradicanda eſt, con-
demnarunt, *Ariſt. 3. eth.* 5. hinc Pittacus Mitilenenſis ex 7. Græciæ ſapienti-
bus tulit legem, ut ſi quem pulſaſſent ebrii, majori afficerentur pœnâ, cum in
ipſorum fuerit poteſtate vina fugere, quæ delicti cauſam præbuerunt, Bald.
in l. 1. col. pen. C. unde vi. Tiraquell. *de pœn. cauſ. 6. num.* 9. adde quæ *cap. 82. de
judic. general.* hac de re copioſè & ſpecioſè traduntur, adeò ut in Camerâ in
cauſa Montfort contra Königſack / per vota aliquando acriter concertatum
fuerit, ac deciſum, daß ſich wol ein caſus zutragen möchte der Leibſtraffe / puta,
mit vnziemlichem Zutrincken vnd fürſetziger vnmåſſiger Füllerey / Adrian.
Gylman. *prædicta deciſione.*

10. Sunt † ſchiſmata hæreſeos & omnis impietatis fomenta, quæ ut 28
pediſſequæ ſedulò ſequitur atheiſmus & blaſphemia ipſa, Lenſæ. *in tr. de unic.
religion. cap. 17. confer indicium quintum hujus capitis.* ſubintelligo autem

Digitized by Google

hoc in loco non ſectas, diſſenſiones & diſputationes, litigia & contentiones
quorumvis, ut quæ de adiaphoris (à quibuſdam at malè, eò deductis, ut quo-
que utriuſque ſpeciei in S. Euchariſtia uſum ſacramentalem, inter adiaphora
ſtatuere non ſint veriti) aliisvè rebus momenti modici, thematum. Miſſa-
rum uſus an inter adiaphora ſit numerandus theologorum ſcholæ relinquo.
29 Tantum conſtat, quod uſus † Miſſæ antiquior adiaphora omninò admiſerit;
non tantæ, uti nunc, devotionis & ceremoniarum, ſuperſtitionis & abomi-
nationum. Patris Dionyſii tempore ritus Miſſarum non alii erant, niſi ut
Pſalmi quidam & lectiones ex Evangeliis depromptæ, preces pro eccleſiâ &
repub. funderentur, ubi presbyter ſtans ad aram recitabat verba Chriſti de
cœna Domini, deinde diſtribuebat populo ſacramenta, ſequebatur gratiarum
actio. Idem Dionyſ. recenſet ceremonias ſuo tempore uſitatas & exhibitas
cadaveribus defunctorum, narrat autem, cadaver in templo collocatum fuiſ-
ſe, ubi præſente populo aliquæ lectiones recitatæ ſint de reſurrectione mor-
tuorum ex ſacris literis, deinde oportuiſſe populum gratias agere, quod piè
deceſſiſſent defuncti in agnitione Chriſti, adjunctâ quadam adhortatione, ut
ſibi quiſque precaretur pium exitum ex hac vitâ, &c.

30 Addit autem Dionyſius, poſt hanc adhortationem abjiſſe presbyterum
& perfudiſſe † oleo cadaver, junctis precibus, ut Deus condonaret infirmi-
tatem, quæ reliqua manſiſſent poſt converſionem in defuncto, poſtea cada-
ver ſepultum fuiſſe, mera hæc adiaphora, mereq́, funerum ceremoniæ abſq;
omni pro defunctis, uti modo, habita ſolenni eaq; precio emta miſsâ, atque
oblatione corporis Dominici pro ſepultis, quem uſum ætas poſterior demũ
invenit. Sic ſecundas nuptias damnavit Tertullianus, quas hodie permiſſas
conſtat omni jure. Hieronymus ſecutus eſt Tertullianum, cujus opinionem
approbavit Synodus Neocæſarienſis ſtatuens, ne ſacerdotes accedant ad cõ-
vivia ſecundarum nuptiarum, &c. Hic Tertullianus paſſim recenſet inanes
ritus quos Eccleſia non obſervavit, nempe ne poſt Baptiſmum primis ſeptem
diebus in balneum iretur; Item ut Baptiſatis præbeatur lac & mel, &c. Et *in
libro de corona militis*, conſuetudinem pro lege colendam in Eccleſia clami-
tat, ibi: rectum eſt, quod primum eſt, adulterinum, quodcunque poſterius:
quod Apoſtoli obſervarunt, poſterius à doctoribus ſuapte traditione intro-
ductum, & quæ adiaphora alia. Porrò nihil hic de ſectis Patrum præter adia-
phora ſubortis dicam. Cyprianus *in libello de Eleemoſynis* ſcribit: peccata ante
Baptiſmum commiſſa remitti propter Chriſti paſſionem, at poſt baptiſmum
quærendam eſſe per Eleemoſynas remiſſionem, quam ſententiam etiam te-
31 nuit Chriſtianus *in libro de pœnit.* contra quam † Bonaventura, quem Gre-
gorius decimus Cardinalem conſtituit, eumq́ue ita admonuit & demiratus
eſt Alexander, ut dicere ſit ſolitus, in Bonaventura non videri Adamum pec-
caſſe; hic contra Cyprianum expreſsè docuit, juſtitiam ex gratiâ promanare,
quod

Digitized by Google

quod hiſce verbis contendit; Principium noſtrum reparativum (*ait*) verbum,
ſcilicet incarnatum nos reparat, in quantum eſt Jeſus, & habet ſalvare, in
quantum eſt unctus, habet unctionis gratiam in alios derivare, *& rurſus*: Gra-
tia eſt donum, quod à Deo immediatè donatur & infunditur, eſt etiam in ipſa,
& cum ipſa datur Spiritus ſanctus, qui eſt donum increatum optimum, &
perfectiſſimum, quod deſcendit à Patre luminum, per verbum incarnatum,
juxta quod Joannes in Apocalypſi vidit fluvium ſplendidum tanquam Cry-
ſtallinum procedere de ſede Dei & agni, ipſa nihilominus & donum, per
quod anima efficitur ſponſa Chriſti, filia patris æterni & templum Spiritus
ſancti, quod nullo modo fit, niſi ex dignitate condeſcendente & condeſcen-
ſiva, dignitate majeſtatis æterna per donum gratiæ ſuæ, &c. *Idem* auſus affir-
mare † animabus nunquam dari id, quod indulgentiarum literis ſcriptum 32
eſt, & in eo Papam facere, ut matrem, quæ infanti pomum monſtrat, ſed non
dat, & propterea facit, ut infantem ad ſe pelliciat, & trahat, Joan. Wolff. *lect.*
memor. cent. 13. *pag.* 543. Cæterùm de † Cypriano teſtatur Gregor. Nazianze- 33
nus, quod fuerit magus, amans quandam puellam ante converſionem, quæ
cum invocaret Mariam virginem pro Cypriano, evanuiſſe magicas appari-
tiones, *Cyprianus in lib. de invoc. ſanctor.* præterea † legitur in libris hujus 34
Nazianzeni approbata invocatio ſanctorum, quæ tunc in Eccleſiam paula-
tim irrepſerat, quam Baſilius *in lib. de invoc. ſanctor.* adſerat, ſaltem celebra-
tam memoriam ſanctorum fuiſſe, ut eorum virtutes imitarentur populi, pro-
inde vocat ſanctos adjutores precum noſtrarum, non quod ſint invocandi,
ſed quia omnes beati in cœlo orant pro Eccleſia & eam Deo commendant.
Sic Gregorius pater, Pontifex factus, Anno 590. multa inuſitata invexit in
Eccleſiam, ut oblationem corporis & ſanguinis Chriſti, quæ ante ipſum ni-
hil aliud quàm orationes & preces erant abuſivè oblationes dictæ, &c.

Idem commotus ſpectris etiam pro mortuis oblationem ſacramenti
introduxit, narrans binas poſt emigrationem animas, in balneis publicis ap-
paruiſſe, offerentes officia lavatoribus, rogatas de circumvagatione reſpon-
diſſe: oblatione ſacramentali quietem capere demum defunctos. Cui tradi-
tioni ſimilis eſt fabula Poëtarum de filiabus Danai, aquam cribris haurienti-
tibus poſt mortem: & refert Melanchton *in lib. de Eccleſ. & lib quem ſcripſit*
contra clericos Colon. uſu Miſſæ † privatæ, (ut creditum fuit juxta illos) ali- 35
quando ſpectrum ingens fugatum fuiſſe ex Africa. Huic Gregorio expreſsè
contradixit Henricus Tholoſanus monachus, Anno Chriſti 1141. negans ob-
lationes mortuis prodeſſe, qui etiam condemnavit ſanctorum invocatio-
nes, olei & chryſmatis conſecratum uſum, peregrinationes ad ſanctos, &c.
Wolff. *cent.* 12. *p.* 1.

Origenes docuit, homines damnatos ab inferno redemptum iri poſt
longævas pœnas, quæ traditio purgatorii doctrinam tandem peperit, idem

36 poſt Gregorium *lib.* 3. *epiſt.* damnavit matrimonia clericorum, quæ † cum
in uſum revocare conſtituiſſet Imp. Conſtantinus Copronymus, adeò mo-
leſtè id tulerunt monachi, ut pati voluerint potiùs martyria, quam ſubire
conjugii onera, juxta illud: Omnes qui amant, ægrè ferunt ſibi uxores dari,
refert Wolff. *cent.* 12. *p.* 1. *pag.* 334. Proinde Hugo Victorin. *in cap.* 10. *Joan.*
ait: At utinam monachi uxores paſcerent, ſed ipſi paſcunt concubinas de bo-
nis Chriſti. Alii, ut fama eſt, alunt carnis non miſcendæ, ſed ſinceritatis cō-
ſociatæ ergò puellas inopes & miſeras, uti Anshelmus Durotellus Abbas
ſæpius pernoctare ſolitus cum puellis, ſalvo & illæſo virginitatis permanen-
37 re ſtatu, lector quid credis? ait Wolff. *lect. mem. cent.* 12. *p.* 1. *pag.* 351. Sic † de
Gilbertorum ordine, ut ſeriis quoque ludicra inſeramus pro re nata, Anno
Chriſti 1148. Eugenio tertio confirmato ſcribitur, quod parietis interſtitio
ſaltem cohabitarunt puellis, unde Niſell. Poëta:

Canonici miſſam tantum reliquumq́; ſorores,
Explent officii debita jura ſui.
Corpora non voces murus disjungit, in unum
Pſallunt, directo pſalmatis abſq; metro.

Carmelitas junctas ſibi habuiſſe moniales, ſcriptis quoq; proditum eſt, quâ de re cùm paſſim malè audirent, eas dimiſerunt, at famâ ſopitâ, cum illis carere non poſſent, revocarūt obreptitiè ab Urbano 6. impetrantes, ut ſiquidem Mariæ (uti vulgò inde nuncuparentur) fratres per invidiam dehinc nominarentur, pro qualibet vice haberent trium annorum indulgentias. Dominicani verò, fraudem privilegio inferentes aſſeruerunt, eos Ægyptiacæ meretricis Mariæ fratres, de quorum pellicibus ſequentes quoq; enati ſunt verſiculi:

Harum ſunt quædam ſteriles, quædam patientes,
Virgineoq́; tamen nomine cuncta tegunt,
Quæ paſtoralis baculi dotatur honore,
Illa quidem melius fertiliusq́; parit:
Vix etiam quævis ſterilis reperitur in illis,
Donec eis ætas talia poſſe negat.

Sed præter inſtitutum mihi hæc exciderunt, pergamus ad rem ipſam, &c.

Porrò [11] in Gallia quondam ad explorandam hæreſin, natamq́; inde,
uti putabatur, blaſphemiam imagines paſſim per omnes vicos erectæ, utque
ad eaſdem interdiu accenſæ candelæ, & à bajulis, aliiſq; vilibus etiam perſo-
nis preces in Eccleſiis cantilari ſuetæ, hominibus etiam pervias appoſitis
38 cum arculis, qui † pecuniam à tranſeuntibus Eleemoſynæ nomine ad can-
delas in eum uſum coëmendas rogarent, quod ſi quis imagines illas non ve-
neratus præteriiſſet, aut ad cantica ea reverenter non ſubſtitiſſet, aut ſtipem
rogatus non ſolviſſet, is tanquam de religione ſuſpectus peſſimè habebatur,
belleq;

Digitized by Google

belleq; ſecum actum putabat, ſi pugnis tantùm cæſus, & pedibus conculcatus evaderet, neque, quæ multorum ſots erat, in carcerem truſus grandem dicam & extrema quævis ſuſtineret, Pet. de Suavis Polan. *in hiſtor. Concil. Trident. lib.5.pag.mihi* 487.

Denique [12]. ſubſcriptio articulorum fidei intermiſſa, & hæreſin & blaſphemiam ſpirat, atque indicia parit. Idem *lib.5.pag.*513. ſic quò proteſtan- 39
tes explorarent, quin ſocii adhuc profiterentur reverà Confeſſionem Auguſtanam, tractu temporis mutilatam, & quia aliquod extarent ejus diverſæ editiones, ab adverſariis confuſionem non confeſſionem dici cœptam, in Conventu Naumburgico placuit, primam redintegrari editionem, eamq; ſubſcribi ab omnibus, qui alteri pullulanti ſectæ ſeſe haud emancipaſſent. Polan. *d.lib.5.pag.*513.

Sic præſules Colloquii Poſſiacenſis cenſebant fidei confeſſionem præſcribendam, cui ſi proteſtantes ſubſcribere recuſarent, ſine alia diſceptatione continuò in ipſos tanquam hæreticos pronunciaretur, *d.loc.& lib.6.pag.*560. Porro ne hæreſeos ſemetipſos redarguerent Romani præſules, noluerunt acta Concilii Tridentini, ſine ſubſcriptione relinquere nec ea reſcindere, ad ſeria variaq; complicum aliquot poſtulata. Idem *d.lib.5.pag.*518.

Sic † ſub fine Concilii miſit Papa formularium quoddam Concilii 40
confirmandi & finiendi, cujus hic erat tenor; uti confirmarentur omnia ſub Paulo & Julio decreta; declaratione factâ, unius & ejuſdem eſſe omnia Cōcilii, idque ſalvâ in omnibus authoritate ſedis Apoſtolicæ: ut omnium decretorum confirmatio à pontifice poſtularetur, ut ſubſcriberent omnes patres, & ſecundum illos ad exemplum priſci ævi, Imperatorum etiam oratores, in eum finem ut intelligant principes, ſe obligari ad obſervationem decretorum & ad eos armis perſequendos, qui contrariæ eſſent religionis.

Porrò cum in tertiâ Synodo & Conventu illius Concilii ſeſſione 18. inſtarent Hiſpani, acta binorū antecedentium Concilia, ut jam rata haberentur ſubſcriberentur, Cæſariani acriter in contrariū obniti ſunt dicentes, ſe, ſiquidem id fiat, proteſtatione factâ ſubitò abituros. Idem *lib.6 p.5.q.1.* Imò Cæſar intelligens propoſitum in Synodo declarandæ continuationis, graviter commotus juſſit ſignificari pontifici, quando id ſuccederet, ſe oratores ſuos è veſtigio Tridento evocaturos, Papa indignè ferente, Mantuanum præſidem concilii occaſionem continuandi concilii, flagitantibus Hiſpanis, neglexiſſe *idem p.* 593. qui tamen † poſthac aliter ſtatuēre, non niſi ſub reſervatione a- 41
cta concilii ſubſcribentes.

Porrò quam hæreſeos notam indiciumq; pariat ſubſcriptio decretorum Eccleſiaſticorum retardata vel omiſſa quoque recenſet. Idem *lib.5.pag.*
530. ibi: Deſinente Cardinale Lotharingo Epiſcopi † omnes aſſurgunt, & 42
in ea fide quam ille profeſſus fuerat, ſe vivere & mori paratos declarant; re-

gem ut in ea perſeveret, obſecrant, promittentes, ſi huic articulo proteſtantes ſubſcribere non recuſent, ſe de cæteris diſceptationem non detrectaturos, ſed ſi contra recuſent, cum ab omni audientia excludendos tum toto regno eliminandos: hoc indicium contra ſacramentarios Bezam, ejusq; aſſeclas ſumptum eſt in Gallia ſub Synodo nationali, de quibus *d.loc.* agit Petr. de Suav.

Planè [12.] cenſura penes alios eſto, indicium hæreſeos ſit nec ne, expoſcere ſub S. Euchariſtia calicem? prout diſputatum fuit: An Ferdinandus hæreticus eſſet, tam enixè calicem repoſcens? *lib. 6. pag. 619.* cujus poſtula-
43 tum, † rem nefandam & hæreticam, calicemq; venenatum appellavit Jeſuita, Joann. Torrenſis *lib.6.p.612.* cujus ſententia longe lateq; diſputata extat *d.loc.*

Sic Cardinalis Lotharingius contra acta Concilii proteſtans, nempe regnum Galliæ decreta Concilii recipere non uti perfectam reformationem, ſed præparationem ad perfectam, eâ ſpe, Papam tempore & occaſione datâ,
44 defectus ſuppleturum, antiquis † Canonibus in uſum revocatis, aut Conciliis aliis celebratis, quibus calicem reſtituat laicis, hæreſeos inſimulatus fuit, idq; inde quàm maximè, quod Concilii Canones ſubſcribere nollet. Idem *lib.8. pag. 938. & ſeqq.* cumprimis contradicens conciliis duobus prioribus, ante Pium 4. habitis Tridenti ac Bononiæ. Idem *lib.8.p.912.*

Hiſpanis quoque non niſi cum proteſtatione decreta Concilii ſubſcri-
45 bentibus. Idem *cap.8.ſeſſ.ult.pag.938.* ante alios, Comite Lunenſi † continuationem Concilii jam abrumpendi poſtulante, atq; cauſas præcipuas, ob quas Synodus eſſet congregata, omiſſas prætendente, cui reſponſum, nolle diutius commorari patres. Cæterùm Comiti Romam ſcribenti, ut eo uſq; Concilium apertum maneat, donec totus mundus requirat ejus concluſio-
46 nem, Papa reſpondit, quiſnam ille mundus? replicanti Hiſpaniam † totumque mundum id requirere, Pontifex reſcribi mandavit Comiti, ut Ptolomæum ſibi emat, eumque legat, ubi invenerit Hiſpaniam non totum mun-
47 dum eſſe, *pag.936.* Admonuerat is, ante tractandum † de indulgentiis in gratiam Germanorum, nec non Catechiſmum in ſimpliciorum utilitatem conſcribendum, *idem pag. 935.* Prout diſſimulandum non eſt, Papam, ad feriam regum Principumq; Catholicorum, Concilio jam finito, voluiſſe laicis concedere calicem, nec non conjugia ſacerdotibus, cujus placidum propoſitum
48 Simoneta Cardinalis † impedivit, reluctanti clericorum, prælatorum magno numero. Idem in fine libri.

49 [14.] Indicium eſt ira, † uti ſtatuit Gregor. 31. *moral.* Alphonſ. Toſtat. *in Matth. tom. 2. p. 187.* Franciſc. Pontan. *in indic. ſuper oper. Toſt. in verbo ira.* ibi: Iræ ſunt indicia imò filiæ regulariter ſex, rixa, mentis tumor, clamor, contumelia, indignatio & blaſphemia, &c. Aliis ira dicitur janua omnium peccatorum

Digitized by Google

catorum, inſidiatrix, uti cōcupiſcentia, cœca & beſtialis motus, qui ab initio quidem ratione ducitur, poſtea in rabiem & inſaniam degenerat. Idem Alphonſ. Toſt. *in Matth. d. loc.* Neque hic adverſatur, quod iracundiæ calore facta nedum delicta ingerant, quorſum itaq; indicia ? *c. ira* 11. *queſt.* 3. inconſulto calore patrata carere calumniâ ait *§. notandum.* 2. *q* 3. qui textus verbotenus exprimitur, *in l.* 1. *§. quari ff. ad Turpill.* Porrò iracundiæ ſtrepitu durante blaſphemias relinqui impunitas quoad pœnam ordinariam tradit Archidiac. *in c. quid ergo. in fin.* 23. *queſt.* 5. ubi atteſtatur, div. Hieronymum ejuſmodi blaſphemiam culpam appellitare, Dec. *conſil.* 161. Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 1. *num.* 24. Bald. Salic. & Dd. plures *ad l.* 2. *Cod. de injur.* allegans, qui unanimi
conſenſu ſcribunt, nedum † ſub luſu commiſſam blaſphemiam verè blaſphe- 50
miam dici poſſe.

Reſpond. committi petitionem principii, quandoquidem cauſa nondum deciſa ſit, utrum ira veniam delictorum mereatur, quanquam enim dolor juſtus iſque jure approbatus mitigationem pœnarum præ ſe ferat, *l. Grachus, ff. de adult.* & ſæpe numero delicta eorumq; pœnas extenuet. Inde tamen tam ſupinè inferri non decet. Ergò quoad blaſphemiam ira ſuam habebit excuſationem ? Argumentum à particulari deſumptum vires paucas fovet, Vide Barn. Briſſon. *de adult. in libell ſing. num.* 157. *& ſeqq.* neq; movet citatorum Dd. authoritas, quæ pari & eadem retundi poteſt adſtructione. Et ſanè re preſſius conſideratâ, nedum iratis delinquendi deeſſe poteſt ϖροαίρεσις, Alphonſ. Toſtat. *in Matth. tom.* 5. ibi: cauſa cur peccamus & delinquimus, eſt propterea, quod occurrunt nobis talia quædam ſubitanea, quæ longum conſilium non patiuntur, ut in venereis & ira, ut ſic ex hujuſmodi paſſionibus non minus effectus delictorum reſultent, ut macula 1. quatenus privatur anima decore & deformitate peccati, 2. corruptio naturalis boni, quatenus natura hominis deordinatur per voluntatem Deo nō ſubjectam, 3. reatus pœnæ ſecularis & æternæ. Idem *d. loc. in Matth. tom.* 5. 4. quod ira-
cundi † utplurimum ſint maledici, quibus prava locutio dulcis eſt, ut impio 51
blaſphemia. Johan. de Pineda *in Job. c.* 20. *verſ.* 12. *n.* 4. Subſume: At inficiari nemo debet vel poteſt, quin uti paſſio ejuſmodi in foro poli peccatum fovet, cauſatum inde non pariat in foro ſeculari id, quod delictum in genere præ ſe ferre merito debet. Nec refert, quod effectuum conditiones intelligantur ſecundum conditiones principiorum motivorum. Idem Toſtat. *in Geneſ.* 21. Jam verò ſic ira comparata eſt, ut perturbet ſenſus & veram delinquendi ϖροαίρεσιν evacuet, uti ſupra And. Gail. 2. *obſerv.* 110. *nu.* 36. Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 1. Reſp. prout ratio imperat, vel imperare debet affectibus, ne iræ locus eſſet, eandem præcavere oportebat, adeoq; peccatum ac delictum ſuppreſſis affectibus avertere, qui ex cancellis ſuis rationis rectæ prorumpentes, non niſi inordinata generant. Et ſiquidem diceremus, per motus inordina-

tos

Digitized by Google

tos patrata flagitia haud eſſe ordinariò coërcenda modo, proculdubio in omni pœnarum genere ad par idemq; recurrēdum erit affectuum objectum, quoniam non niſi motu & voluntate hominis depravatâ & exorbitanti, ſive is hoc vel illo prædominante affectu propulluare dicatur, delicta committantur, atque ſic nullæ prorſus criminum eſſent ordinariæ pœnæ, furcæ perſtarent in vidnitate. At verò abſurdum hoc. Ergo & prius.

Quanquam verò nos haud fugiat, non paucos pœnæ mitigationem in hoc paſſu decernere, uti paulo ſupra monuimus. Jul.Clar. *5.ſent.§.blaſphemia.* Menoch. *2.arb.jud quæſt.cent.4.caſ 375.num.33.* Gilhauſ. *in arb.jud. crim. cap. 2.tit.1.num.15.* Covar. *in c. quamvis 2.de pact. in 6 p.1.§.7.num.16.verſ.tametſi.* Damhoud. *in pract.crim cap. 61.num.22.* Farinac. *in tr.crim.lib.1.tit.3.q.20.n. 47.* Interim tamen & hoc conſtat, quod cautè nec ἁπλῶς ſeſe explicant Doctores, ut quando pœnæ remiſſionem docent, conſiderantes utrum ira fuerit vulgaris, nec adeò intenſa, ut rectum hominis ſenſum planè inflexerit, porro num cauſa iræ proponatur levis & frivola, quo paſſu nedum pœnam ordinariam remittendam reo eſſe dictitant, Farinac. *d loc.* Jaſon *in l.ſi duo patroni. §.ſi quis.ult.ff.de jurej.* Felin. *in c.ſicut ex literis.13.ext.de jur.num.3.* Covarr. *d. loc. §.7.num.28.* Hiſce doctorum traditionibus applaudit receſſ. Imp. Wormat. ſub Maxim. anno 1495. tit. Königliche Satzung von Gottslästerung / §. die von derer die auß Haß oder Zorn ſchweren / & receſſ. Auguſt. de anno 1500. *tit.* von Gottslästern vnd ſchweren / & receſſ. Colonienſis anno 1512. Et licet
52 nonnulli hæc tradita ita quoque reſtringunt, ut ira † ilicò correcta, blaſphemia e veſtigio revocata, non ordinariam pariat pœnam, Farinac. *d.q.20.num. 58. cum Dd.ibidem citatis.* neque tamen id indiſtinctè ſuſtinendum, ſcilicet propter gravitatem criminis & eluſionem pœnæ, quam nebulo quivis temeritate perverſa, cautelâ nequiſſimâ facilè purgaret, præſertim quando major pars non de peccato dolet, ſed de pœnis & aliis incommodis, quæ peccatum ipſum ſecum adducit: ſumus pleriq; ſimiles mulieribus in adulterio deprehenſis, quæ non adulterium patratum, ſed præſentem lugent pœnam: diſplicet non peccâſſe, ſed puniri, *ut dicit ex Nattâ inter ſimilia pyladeus noſter in not. ad tract.* Harß *de inquiſit. reor.concluſ 1.num.18.* Uti nec toleranda hæc aſſertio, ſcilicet pœnas remittendas eſſe ei, qui loci conſuetudine linguam ſtringit in Deum, Jaſon *in l. aut prætor.§.jurari.ff. de jurejur.num.16.* Covarr. *d.loc.§.7.num.25.* Menoch. *2.arb.jud.quæſt.cent.4.caſ.375.num.34.* vide Joan. Spinæ *de tranquill. anim.lib.3.pag.111.* ibi: ira uſu rationis privat, hinc efficitur eam eſſe virtutum omnium perniciem, imprimis vero pietatis, eò quod ad blaſphemas voces in Deum jactandas incitet, qui in genere blaſphemum ordinariâ pœnâ afficiendum non addubitat.

55. Indicium hæreſeos eſſe ſtatuit triſtitiam, Petr. Rebuff. *in tr.concordat.pag.740.* Proinde Plutarch. *de ſer. numiſ.vindict.* Pravi homines malitiam

Digitized by Google

tiam in ſe ſuam contemplantes contriſtantur, Joan. de Pined. *in Job. cap.* 26. *verſ.* 17. nec non commotionem & territionem in iis obſervatam. Proinde 55
ſomnia triſtia & ſpectra † diurna nocturnaq; percellunt etiam hoc malè conſcios, Pined. *d. loc.* Prout, referente eodem Plutarcho, Apollodorus in ſomniis vidit cutem ſibi à Scytis abſtrahi, deinde elixari ſeſe, & cor ex lebete ſibi tacitè dicere: Ego tibi horum ſum cauſa, &c. Proinde Plin. *l.* 11. malefactorum † triſtitia index torpens: Et Cic. *de fin.* Qui in dolore eſt, torquetur, ſci- 54
licet conſcientia ſceleris, & non niſi triſtis apparet omnis expers gaudii, qui in divinam delinquit majeſtatem, in quem quaſi Cocytum inferorum flumen arenas vel ærumnas ſuas, uti Lucret. *lib.* 9. ait, *eructat Acheron.* Lorich. *de vind. Germ. in ext. pag.* 124. Alias inter generalia habetur indicia, ſignum ex vultu, aſpectu, & loquela hominis decerptum, triſtitiâ, ſtupore, trepidatione, variatione, valedictione amicorum, captura imminente: hinc paſſio illa dicitur triſtitia tetrica vel dolor nimium exaggeratus ex mentis cogitatione proveniens, qua malum aliquod conjunctum nobis, ponderamus cogitamus, averſamur, quæ à Chryſoſt. *ad Olympiam epiſt.* 7. dicitur animæ crudele tormentum, dolor inexplicabilis, & judicium omni judicio vindictaq; deterius. Quin quod hæc paſſio pariat ſæpenumero deſperationem. Unde Idem Chryſoſt. *lib.* 2. *de provident. lib.* Mœror etiam abſente dæmone multa horrenda efficit, plurimosq; eorum, qui ſibi vel nexuerunt laqueos, conſciverunt gladios, vel fluvii ſe undis vel flammis donaverunt, vel alio quovis genere perdidere ſeipſos ſola triſtitiæ ac mœroris via ad ita occumbendum impulſos reperiemus. *Hæc ille.* Idem *lib.* 3. Omni actione diabolica potentior eſt ad nocendum triſtitia, nam & dæmon quoſcunq; ſuperat, per mœrorem ſuperat, cum ſi auferas, nihil à dæmone quiſquam lædi poterit. Quapropter magiſtratus prudentiores triſtitiâ coopertos & ſopitos reos, non ſolos relinquere ſolent, ne vel dæmon eos, vel indicio hoc affecti ſe ipſos jugulent, animamque uti corpus unâ vice triſti ſocioq; offerant Sathanæ, & æterno corporis & animæ ſupplicio.

16. Indicium parit ſuperbia, de quo indicio Auguſt. ad Julian. *Epiſt.* 111. ibi: de ſuperbia naſcuntur hæreſes, ſchiſmata, detractiones, invidiæ, rixæ, diſſenſiones, contentiones, animoſitates, elationes, præſumptiones, jactantia, verboſitas, vanitas, inquietudo, mendacium, perjurium, & cætera hujuſmodi, quæ dinumerare longum eſt per ſingula, Johan. Gieſſen. *in diſp. Acad. p.* 2. *diſp.* 1. *th*, 14. Johan. Spinæ. *de Tranquill. anim. lib.* 2. *pag.* 57. ibi: Arriani donati & Novati ambitio nónne peperit eorum hæreſes, quibus paulò pôſt per 55
Paſtorum & principum negligentiā janua aperta eſt Alcorano & Mahumeticis blaſphemiis, &c. Joan. de Pineda *in Jobum. tom.* 2. *cap.* 41. *verſ.* 25. *n.* 5. ibi: ſuperborum arma ſunt blaſphemia & mendacium, &c. Alias ſuperbia dicitur juxta nonnullos ἱερὸς νόσος ſacer vel magnus morbus, cujus adjuncta propria

Digitized by Google

ſunt, 1. inanis gloria, 2. invidia, 3. ira, 4. ventris ingluvies, 5. luxuria. Joh. Sarisber. *lib.8.de nug.cur.*1. 6. maledicentia, 7. calumnia, 8. triſtitia, 9. bla-
56 ſphemia 10. mendacia & hęreſes, hinc † Angelus Dæmon, lux nox, veritas mendacium, innocentia peccatum, bonum quodq; malum peſſimum factum eſt. Superbia cum poſt lapſum longe lateq; egiſſet radices, diabolo ſeminante tot hæreſes quod Meduſeæ capita, quaſi ex equo Trojano prodiêre, hinc funeſtæ denique clades, bella, latrocinia, & omnes lerna malorum.

Quod quaſi indicio infallibili prævidentes, non pauci ſtatuêre reges, principes, inhibendum Eccleſiarum miniſtris, ne inſtigante patre ſuperbiæ de hinc fiant libelli eriſtici, ne contiones ſuperborum ſint incitamenta improborum, diſſenſiones, conflictiones, diſputationes, hæreſes pariant, Dreſſer. *p.2.mill.ſext. in orat.de vit. Chriſt.*1. *Elector. Sax.* Eò quippe proh dolor eſt deventum, ut nulla pene ſit Academia, quæ ſuas non foveat opiniones peculiares, imò ipſa ejuſdem facultatis membra eadem in officina diſſentiant in articulis fidei, in phraſib. ſæpe numero, quæ nec lanam caprinam faciant, nulli penitus cauſæ alii, quam ſoli ſuperbiæ adſcribenda philautia, unde tot ſchiſ-
57 mata † & ſcandala, quæ & Judæos à converſione abſtrahunt, ac quævis mala quoque in re politica producunt, Anton. Bembenell. de Godenz. *in tract. de pac. relig. p.2. c.* 14. Eberh. à Weihe amicus noſter *in problem. de reg. cui rex elig. vel naſc.* Joh. Sturm. 1. *part. Antipp.*4. Apoſtatis & abinde colorem ſuæ impietati ſuffurantibus, & quod à fide noſtrâ præteritis annis deſciverint, inter alia quoque illis diſcidiolis haud minimum tribuentibus, velut nuper ſibi redditus D. Johan- Ulricus Wolff *in carbunc. Pontific. enervat. alicubi* ſatis dequerendo & prætendendo notavit. Planè res ejuſmodi pervenit eouſque, ut qui in ſtatu Eccleſiaſtico non valeat impudentiâ, audaciâ, temeritate, clamore & vociferatione, ſtudio & cupiditate rixandi, calumniandi, ferè nauci fiat. Selnec. *in orat. Witeb. inſcripta quæſt. ad* 8. *lib. phyſic. Ariſt. pag.* 849. Lamentatur idem Matth. Coler. *in præfat. de proceſſ. exec.* in tantum (*inquiens*) inter theologos (qui manu altera panem, alterâ offenſionis lapidem offerũt) altercationes creviſſe, ut quaſi collatis invicem ſignis uſque ad ſanguinem quilibet pro tuenda ſua opinione & exiſtimatione, etiam ſuper phraſibus & re prorſus nihili dimicare ſoleant, &c. Petr. de Suav. *in hiſt. Concil. Trident. lib.* 1. *pag.* 67. ibi: homines amore tam arcto, tamque religioſo opiniones ſuas amplexantur, ut inducant animum credere, eas non minus Deo, quam ſibi ipſis eſſe caras & dilectas, &c. Aventin. *in annal. lib. Boj. lib.*1. Wolff. *tom.*2. *pag.* 255. ibi: Nunc theologi inter ſe ſæviunt, fremunt, debacchantur, in ſua viſcera cruentum vertunt ferrum, invicem ſanguinem ſitiunt, digladianturq; pro lanâ caprina, &c. Porrò an ſacerdos Catholicæ confeſſionis & vice verſâ auditores inſtigare poſſit, ne accedant ad ſacra adverſariorum, vide Adrian. Gylman. *in ſymph. ſuppl. cam. p.*1. *pag.* 199. Porro de hoc indicio prolixius agit Johan,

Joan. Lenſæus *de unic.religion.cap.*7. hæreſeos qui norit ejus matrem,inquit, quæ proculdubio eſt ſuperbia. Superbiæ ergò progenies eſt omnium judicio,qui ſanum ſapiunt. Idem Lenſæus *cit.loc.* ibi: hic ille donatus eſt cujus de ſuperbia, quæ illum inobedientiæ ſpiritu ſeu mater filium procreaverat ſcripta ſunt ad Optatum *lib.* 2.extulit cor ſuum,ut nullum hominem ſibi cõparandũ arbitraretur, & de tumore mentis ſuæ altior ſibi viſus eſt, & cum † 58
per ſolum Deum ſoleant homines jurare, paſſus eſt homines per ſe jurare tanquam per Deum: ô blaſphemiam turpiſſimam de matre ſuperbiæ unà cum hæreſi ſorore natam: vel ut hoc addam indicio ſupra memorato,Patres † Eccleſiæ vetuſtiores Jacob. Pamel. *de relig.diverſ.non admitt.in regno.* Scri- 59
pturas ſacras de ſectis interpretantur idololatriam prohibentes, imò Apoſtoli doctrinas dæmoniorum ut hæreſos una blaſphemias vocitant, 2. *ad Timoth.* 3. Tertull. *in lib.de preſc.adv.heret.c.*40. ubi ſex diabolo immiſſa ſunt ſpiritualia nequitiæ,ex quibus etiam hæreſes veniunt, ecquis dubitabit ab idololatria diſtare hæreſes, Iren. *lib.*1.*c.*19. Homil.12. *ſuper Hier. cap.* 16. frequëtiſſimè hæreticos appellat idololatras & vice versâ,utpote qui colant ſinguli diverſa idola fictionum ſuarum,&c.

17. Indicium notaque hæreſeos eſt & adjunctæ ſociæ idololatriæ, defectio à rege & magiſtratu competenti. Lenſæ. *d.lib.de unic. relig. c.* 7. proinde pii Imperatores Valent. & Gratian. ad Epiſcopos Aſiæ tributa reſcribunt, ſecundum leges inferre non reſpuunt, poteſtatiq; † noſtræ non reſiſtunt or- 60
thodoxi, ſed ſincerâ voluntate & ſuperiori mandata Dei cuſtodiunt & noſtris legibus ſubjugantur. Quid vero, qualeſve erga principes ſuos Arriani? Illi (inquiunt) inobedientiſſimi ſunt & rebelles, *lib.* 7. *trip hiſt. c.*9. Donatus quoque non niſi rebelles voluit eſſe diſcipulos ſuos, Lenſ. *d. loc.* ubi immemor ſui, reprehendit Lutherum, docentem manſuetudinem & patientiam quoque,ingruente vi Turcica, nec armis vim majorem reprimendam. Idem Joh. Bodin. *de repub.lib.*2. *cap.*5. ibi: Et quidem cum Germanorum principes pro ſuſceptâ religione propugnare, & adverſus Cæſarem Carol. V. arma capere decreviſſent, Martinum Lutherum cõſuluerunt,num id jure divino liceret? Ille negavit,&c. Sed inſtat Lanſæus: Conſtituto hoc, jam nec diabolo ad lapſum impellenti erit reſiſtendum: quo argumento uſus Julianus Apoſtata, ſi libido peccati pœna eſt, neque à Deo pœna niſi juſta inferatur. Ergo abjicienda pudicitia eſt, ne rebellis in Deum caſtitas, latam ab eo dicatur enervare ſententiam. Auguſtin. *lib.*5.*contr.Iulian.cap.*3. Reſpondeo, à diverſis inferri. Ergo peſſimè. Patientiam Jehova † commendat ubivis, 61
quæ Eccleſiæ veræ nota eſt infallibilis, privatim omnino interdicens ultionem, publicam non niſi mandato ſpeciali indulgens, præcipit vero peccati reſiſtentiam, ſicuti peccatum ipſum. Sin minus: Deum peccati Imperatorem diceremus, quod blaſphemum, & Juliano competens & gratum fuit ju-

Digitized by Google

dicium. Ventilavi hoc thema prolixè admodum in peculiari quodam diſcurſu, qui aliquando etiam volente Deo lucem videbit; quare hic ſubſiſto.

18. Indicia hæreſeos, & nonnunquam manifeſtæ probationis argumenta ſtatuit vetuſtas, quæ ex ferri candentis tactu depromebatur, indicio ſanè fallibili & ſuperſtitioſo. Joan. Tritem. *in Chron. cap. 22.* hiſce temporibus *(ait)*
62 circiter annum 1215. multi fuerunt hæretici: Hos frater Conradus † de Marpurg. inquiſitor Apoſtolicus, indicio ferri candentis ſi ſignaſſet, rei habebantur, unde paucis exceptis, omnes qui ſemel eſſent accuſati, & ad ejus examen perducti, per eum condemnabantur ad incendium. Fuerunt qui crederent, eum plures innocentes damnaſſe, propterea quod ferrum candens à peccatis nullum repeririſſet immunem, etiamſi nullius hæreſis macula unquam infectus extitiſſet, &c. vide Crantz. *in Dan. 4. cap. 24.* Hottoman. *in diſp. feuda. lib. cap.* 44. Camerat. *in hor. ſucciſiv. lib. 2. c.* 18. Andr. Gail. *lib. 2. de pace publ. c. 7. num.* 24. Conrad. Rittershuſ. *partit. feud. lib. 2. c. 10. quaſt. 28. & ſeq.* Cunrad. Hartz *in tract. de inquiſ. reor. concl. 6. num. 25. & ſeqq.* ibiq; Wilhelm. Antonii *in not.*

19. Indicium parit illegalis beneficiorum permutatio, Rebuff. *in tract.*
63 *concordat. rub. de collat. in §. volumus. pag.* 452. ad quam ritè efficiendam † requiritur 1. collatio beneficii utriuſque, *c. inter. de præbend.* 2. authoritas Epiſcopi interveniens, *c. quæſitum de rer. permut.* 4. conſenſus eorum, ad quos ſpectat collatio vel præſentatio, *gloſſ. in Clement. unic. eod.* 5. conſenſus permutantium integer & ſincerus, *c. 1. de rer. permut.* 6. ut permutentur ſpiritualia cum ſpiritualibus, & jus in re cum jure in re, non cum jure ad rem. *c. fin. eod.* ubi Hoſt. Rebuff. latè *in praxi benef. in reſcr. permut.*

20. Indicium generat diſpenſatio larga & profuſa, idem Rebuff. *in tr. concord. in form. mand. Apoſt. pag.* 591. ibi: unum doleas dicam, quod tam
64 facilis diſpenſatio totum deſtruat orbem, hæreſes † generet, tẽpla ſubvertat, pauperes necet, doctos miſeros reddat, ſcandala nutriat, ſtupidos in voluptate alat, adulatores alliciat, literarum ſtudia contemni faciat, bonos occidat, & ut paucis dicam, eſt omnis pene mali ſeminarium, videmus enim hos ſic diſſipatos tres vel quatuor unum deglutire regnum, quid iſti tres boni ultra alios fecerint, ignorat totus mundus, &c.

65 21. Indicium † dictitat hæreſeos prædicatio privata, idem Rebuff. *in rub. de collat. §. 1. pag.* 294. ibi: in domibus quis non poteſt prædicare, ne oriatur ſuſpicicio hæreſeos: & fundatur hoc indicium *in c. cum ex injuncto. ext. de hæret. clem. dudum. §. nos autem. de ſepult.* conſentaneum etiam juri Sacro, *Ioh.* 18. ibi: Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo, &c. *& Luc.* 19. ibi: erat cotidiè docens in templo, &c. meminit hujus indicii Laërt. *in vit. philoſ.* ubi inducitur Demonax nolens ſacra Eleuſina colere exinde, quod clam & privatim celebrarentur. Tiraquell. *de pœn. cauſ. 11. n.* 13.

22. Indi-

Digitized by Google

22. Indicium facit prædicatio extra verbum Dei, idq́; colligitur ex eo-
dem Rebuffo, *d.loc.pag.*292. ubi officium primum † eſſe contendit prædica- 66
toris, agere alterum Orpheum, allicientem ad ſe homines verbo Dei non fa-
bulis & legendis, non traditionibus & altercationibus: decidit author quæ-
ſtionem ex 2. *ad Timoth.*4. ibi: prædica verbum Dei, & *Act.*13. ibi: & prædi-
cabant verbum Dei, & *c.*4. *Actor.* Loquebantur verbum Dei cum fiducia, *adde*
*c.*10.*q.*3. & *c.anteceſſor.*11.*q.*3. & *c. fraternitatis.*35.*q.*10. adeo ut ſublato Dei
verbo, ſubductâ lucernâ, non niſi tenebræ, ſchiſmata & præſentes hæreſes
ſubſtituantur. Subducitur autem lux, & nox hæreſeos ſequitur, aufertur ver-
bum, ait idem Rebuff. *d.loc.p.*295. 1. propter improbitatem & peccata po-
puli, *c.*16.*q.*1. 2. propter indignitatem, † *c.infames.*3.*q.*7. ubi gloſſ. ne aufe- 67
ras de ore meo verbum veritatis: obtumeſcit facundia, ſi ægra eſt conſcien-
tia. 3. propter inſufficientiam & ruditatem doctorum, *c. in ſcripturis.*8.*q.*1.
4. propter perſecutionis metum, indeq́; ſubſecutam taciturnitatem, Archi-
diac. *in c. nolite* 2.*coll.*2.*q*.3.

23. Indicium † parit durities, Jrene. *lib.5. contra Valentin. pag.*294. 68
Philipp. Melanthon. *in faſcic. ſentent. patr.* ibi: prima hæreſis in diſcipulis
Chriſti velut ad duritiam ſermonis ipſius facta eſt, Cyrill. *cap.6. in Joan.* ubi
cordis & fidei duritiam indicia judaiſmi & omnis idololatriæ eſſe ſcribit. Por-
rò in fidei articulis & fundamentis religionis nec non in myſteriis quærere
ſcrupuloſè & quomodo, ubi vis opponere, quod verbum judaicum eſt, &
ſupplicii extremi cauſa, Cyrill. *d.loc.* Hinc Dd. noſtri Judaicam vel Nicode-
micam interpretationem toties improbant & deteſtantur, Bald. *conſil.* 294.
*in fin.vol.*1. Hartm. Piſtor. *part.2. quæſt.* 41. *num.* 28. Wilhelm. Antonii *de re-
ſcript. morat. conſil.*49.*n.*146. & ipſe B. Lutherus hoc uſus eſt apophthegmate:
Hüte dich für dem quare, ſi non vis errare. D. Antonii *d. tr. concl.*48.*nu.*144.
Duritiei utplurimum affinis eſſe ſolet deſperatio, certiſſima blaſphemiæ
mater. Et quoniam ex dato inconvenienti ſequuntur plura, dubium non
eſt, quin licentia Judæis data ob duritiam eorum provocarit eos ad longè
atrociora ſcelera. Nam libello repudii eis conceſſo, cœperunt non ſolum in
eo ſerere repudii cauſas fictas, ſed inſignes & horrendas blaſphemias. Sole-
bant (ait Sixtus Senenſis *lib. 2. biblioth. ſanct. lit. R. pag.* 120.) populari quo-
dam querelę genere ſub parabola libri repudii, Deum, uti varium mutabilem
& ſibi ipſi minimè conſtantem accuſare, quod matrem & ſynagogam judai-
cam ſibi matrimonio junctam & longo tempore ardentiſſimè amatam re-
pentè mutatâ animi ſententia repudiaſſet, idque nulla ipſius culpa laceſſitus
aut provocatus, ſed ex ſolo & mero novę voluntatis arbitrio inſtar carnalis vi-
ri, qui uxorem ardenti deſiderio expetitam & diu retentam, ultro dimittit,
nulla alia de cauſa, quam quod diuturna & aſſidua ejus conſuetudo & copia
ſatietatem ſibi & faſtidium cõjugalis vitæ induxerit, *hæc Sixt. Senenſ.* Blaſphe-

Digitized by Google

miam hanc ac mendacia Jehova ipſe confutat, *Eſa.c.*10. Quis eſt, *inquit*, liber repudii, matris veſtræ, quo dimiſi eam? Ecce n. in ſcelerib. veſtris dimiſi matrē veſtram & in iniquitatibus veſtris venundati eſtis, quia veni & non erat vir:
69 vocavi, & non erat, qui reſponderet, &c. Vulgatus † verò repudii libellus ſic concipiebatur, ut hoc ſaltē obiter addamus: In Sexta Sabbathi in 12. menſ. Adar anno à creatione mundi 5036. in urbe Cremona juxta fluvium Padum in Italia. Ego Samuel Carmin, filius Rabbi Daniel Sapharadi, ſponte mea & ex animo, ac citra ullam coactionem dimitto à me Rachel filium Rabbi Ez ra Parizol, & concedo ei licentiam & poteſtatem, ut ad arbitrium ſuum abeat, quo ei viſum fuerit duciq; poſſit ab omni viro: nec eam quiſquam prohibere præſumat: in cujus rei teſtimonium dedi ei hunc libellum repudii & ſchedam dimiſſionis atq; ſignaculum divortii juxta conſtitutionem Moyſis & Iſraël, præſentibus teſtibus infra ſcriptis:

Mardochai Gabirol.
Helia Caphet.
Manuel Pandin.

Sixt. Senenſ. *d. loc. pag.* Romanorum repudii libellus breviſſimus erat. 122. *N.N. res tuas curato, res tibi tuas habeto.*

40 24. Indicium † parit Judaiſmus. Idem Sixt. Senenſ. *lib.2.pag.*142. *vide part.1. de indic. cap.* Judæi quippe abſque blaſphemia non minus ac araneæ ſine veneno vivere præſumuntur. Blaſphemiæ, quas impii Judæi in Chriſtum, dominum noſtrum emittunt, adeo ſunt execrabiles, ut animus horreat, manuſq; refugiat eas deſcribere, ait Senenſ. *d. loc.* in Thalmud. *ord.* 1. *tract.*9. *verſ.*4. *& ordin.*4. *tr.*4. *diſt.*5. *chart.*17. *& ord.*4. *tr.*4. *diſt.*6. *chart.*43. *& ord.*3. *tr.*6. *pag.*57. In creatorem conſpuunt blaſphemias quoque horribiles, *ord.* 1. *tr.*4. *diſt.*3. ubi dicitur: Deum antè mundi creationem ne otio torpeſceret, exercuiſſe ſe in extruendis variis mundis, quos ubi condiderat, paulò poſt deſtruxiſſe, ac tandem condidiſſe mundum præſentem. Porrò Deum habere locum quendam ſeparatum, in quo ſtatutis temporibus, multis cum lacrumis deflere ac ſeipſum affligere, quod Judæis iratus templum everterit Hieroſolymitanum, & populum ſuum in captivitatem diſperſerit. *Et ordin.* 1. *tract.* 1. *diſt.*4. Statuimus, ut quilibet Judæus ter in die blaſphemet omnem Chriſtianorum gentem, ac Deum precetur, ut confundat extermineto; ipſam cum regibus & principibus ſuis, atq; hoc maximè faciant ſacerdotes Judæorum in Synagoga ter cotidie orantes, in odium Jeſu Nazareni. Porrò Deum præcepiſſe populo Judæorum, ut ſingulo quoque novilunio ſacrificium expiationis peragant ad expiandum ſcelus perpetratum à Deo, quando lumen, quod injuſtè à luna ademerat, ſoli attribuit, *ord.*4. *tr.*6. *diſt.*1. *& diſt.*9. *tr.*1. *ord.*1. Deum quoties reminiſcatur calamitates, quas Judæi à gentibus patiuntur, lachrimas diras effundere in mare oceanum, & præ dolore pectus utrâque manu con-

Digitized by Google

nu contundere, *diſt.5.tr.3.ord.*4. Deum Leviathan piſcem immanem oceani, quo cum ludere ſolitus ſit, tandem occidiſſe, carnesque ejus ſale conſperſas conſervare in cibum animarum ſanctarum. Et *ord.1.tract.*1. Deum ſemel quotidiè iraſci, & tunc criſtas Gallorum gallinaceorum ruborem amittere, ipſosque interim uno pede ſtare, tunc ſi quis eodem momento alicui maledixerit, eos ſtatim concidere mortuos. Deinde cum olim Rabbini quidam adverſus Rabbi Eliezer diſputationem iniiſſent, Deum vocem cœlitus demiſiſſe, ſententiam contra illos pro Rabbi Eliezer protuliſſe, quamobrem indignatos Rabbinos Deum Anathematis pœna damnaſſe, tum Deum ipſum ridentem dixiſſe: *filii mei me vicerunt*. Deniq; tantam fuiſſe olim in Rabbino quodam prudentiam, ut Diabolum ſimul & Deum hoc aſtu eluderet, cum Rabbinus in extremo vitæ articulo laboraret, Diabolum precibus exoraſſe, ut ſe jamjam moribundum ad portas uſque cœleſtis regni deduceret, ut, inſpecto inde loco divinò habitationis, lætus ex hac vita decederet: hanc gratiam cùm Diabolus veteri amico præſtitiſſet, Rabbinum illicò ſe intra portas cœli conjicientem juraſſe per Deũ viventem, ſe nunquã inde receſſurum. Qua de cauſa coactum fuiſſe Deum hominem apud ſe retinere, ne illum perjurum faceret, ſicq; hac una arte prudẽtiſſimum virum Deum, ac Diabolum ſimul fefelliſſe.

Cum Angelus Gabriel grave flagitium cõmiſiſſet, Deum juſſiſſe eum igneo flagello flagellari, *ord.2.tract.5.diſt.*8. Adam cum omnibus animantibus tam maſculis, quàm fœminis coiviſſe, neque unquam appetitui ſuo ſatisfeciſſe, niſi poſteaquam cum Eva concubuerit, *ord.3.tract.1.diſt.6.* Corvum emiſſum à Nohe tempore diluvii noluiſſe ex arca diſcedere, timentem poſt diſceſſum ſuum Nohe cum cornice uxore coiturum, *ordin.3.tract.1.diſtinct.6.* Et *ordin.4.tract.2.* hominum animas migrare de corpore in corpus hac lege, ut ſi anima in primo corpore peccet, mittatur in ſecundum, in quo ſi viciſſim peccet, in tertium corpus, in quo ſi peccare non deſiſtat, denique in Gehennã detrudatur. Et quæ alia blaſphemiæ genera & ſuperſtitiones nefandiſſimæ.

Cæterùm de Doldo Jeſu, gratulatione & formula precationis contra Chriſtianos ſic habetur: Habent Judæi librum, qui extat, hoc titulo: qui deteſtabilibus blaſphemiis erga Chriſtum ſcatet, ut earum meminiſſe exhorreſcat animus.

Chriſtum Dole vocant, id eſt, latronem ſuſpenſum: Mariam matrem ejus Harriam, acervum ſtercoris appellant; Ex vocabulo Jeſu numerum 316. & totidem blaſphemias colligunt. Munſterus refert, Chriſtianum obſervaſſe legentem Judæum, qui, quotieſcunque nomen Jeſu occurriſſet, tam faſtidioſe expuiſſet his verbis: *Gemach Schemahu Veſicharu*, id eſt, nomen ejus deleatur funditus. Porrò Gratulatio erga nos ad ſeſe venientes ita perficitur: Venientem ad ſe Chriſtianum his verbis excipiunt, Seher Willkom/ quæ vox Germanis auribus benè ſonare videtur, revera autem maledictio

atrox

atrox eſt. Nam ſi eam interpreteris, hic ſenſus erit: *Gulam tibi frangat Sathanas, cujus nomine huc ingrediaris.* Interim alter imprudens, ſumma ſe cum gratulatione excipi putans, gratias ob maledictionē nebulonib. agit. Formula precum hęc eſt: Domine, impios ipſis præfice, gladius, hoſtis & adverſarius ab eorum latere nunquam recedat: rem coram judice agentes causâ excidant: preces eorum in maledictionem convertātur, dies illorum pauci ſint & ærumnoſi: regnum ipſorum occupet & poſſideat hoſtis: Vagi & errabundi liberi illorum ſibi domicilia quærant, ſpolientur opibus, hæreditatem ipſorum invadant & diripiant peregrini: ab omnibus ſint derelicti: nullus misericordiæ aliquo affectu erga ipſos tangatur; deniq; ut ros calore ſolis liqueſcit & diffluit, ſic nomen eorundem aboleatur & deleatur.

71 24. Indicium hæreſeos parit † ſchiſma notabile & ſcandaloſum, quod feſtiva ad hæreſin eſt via & præparatio. Schiſma quidam errorem & diſſenſum appellitant corrigibilem, hæreſin, pernicioſam & obſtinatam diſſenſionem, publicè proſcriptam & condemnatam, *vide p. 1. cap. 35.* Sæpenumero ſchiſma & hæreſis confunduntur, Contz. *in polit. paſſim.* quos communis Pontificiorum cohors hæreticos vocat, ſectarios nuncupat, ibi: ſectarios & ſchiſmaticos, hæreticos in genere proclamant, ſchiſmaque hæreſin vulgò dicunt. Sic cum Thomas Cajetanus *in Geneſin*, Heloim, qui eſt pluralis numerus, explicuiſſet juxta verborum corticem, non tenorem & receptum ſtylum, ut: *in principio creaverunt Dei cœlum & terram*, non modo hæreſeos ſed & qui ſectæ judaicæ favere videretur, inſimulatus fuit, Sixt. Senenſ. *in bibl. ſanct. ann. 1. ad Geneſin.* Porrò cum dicitur ibidem: *Et ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas*: verba hæc non ad Spiritum S. pertinere idem ſcripſit ſed ad ventum, neſcio, quem flantem, &c. Idem Senenſ. *lib. 1. d. loc. pag. 4.* quanto magis dicendi erant hæretici ex patribus S. Concilii Tridentini, qui cum propter inundationes aquarum tardius rediret Româ nuncius, adferens in mantica Spiritum S. (nec enim decretum aliquod in toto illo Concilio fuit publicatum, vel canon factus, niſi quem approbaſſet vel præſcripſiſſet Papa) nolle amplius Spiritum S. ferri ſuper aquas. Dudit. *in Epiſt. ad Ferdinand. 1. præmiſſâ relationi hiſtoricæ* Petr. *de Suavis Polani.* Porrò Auguſtinus Chiſamenſis *in Geneſ.* 1. cœlum Empyrium non creatum ſcribit, ſed Deo coæternum. Schiſma magnum eſt, & vulgò repudiatum, Sixtus Senenſ. *d. loc.* quod Chryſoſtom. *homil. 6. & 13. Gen.* 1. ibi: Poſuit ſtellas in firmamento, &c. ſcriptum reliquit, Deum aſtra cœlo infixiſſe, quaſi ſine cœli motu prorſus ſint immobilia, ſed cum cœlo demum rotentur, circumvolvantur, vulgo hæreſeos arguitur. Sixt. Senenſ. *d. loc. p. 6.* Porro quod quidam antipodes negantes ſic terræ hemiſpheriū innatare aquis, ut impoſſibile ſit, homines ibi vivere, Auguſtin. *16. de civit. Dei, c. 9.* ſchiſma appellat hanc ſententiam Senenſ. *d. loc.* deinde quod Gregor. Niſſ. *in lib. de creat. cap. 28.* adſerit: quod

Digitized by Google

Quod ſi primi parentes non peccaſſent, generatio prolis & propagatio humani generis non fuiſſet per coitum, ſed per modum quendam multiplicationis perfectiſſimum, quo multiplicati ſunt angeli. Idem Damaſcen. *lib.* 4. *de orthod. fid. cap.* 25. ibi: ne exterminaretur & conſumeretur humanum genus à morte, nuptiæ conſtitutæ ſunt. Thomas verò hanc ſententiam non catholicam eſſe ait, *p.* 1 *q.* 98. ſed ſchiſmaticam, Senenſ. *d loc. num.* 9. Auguſtin. *in Geneſ. h. loc.* ait: homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuiſſe ſine fœdæ voluptatis pruritu, & fore in paradiſo nuptias honorabiles & thorum immaculatũ; Schiſma eſſe quoque non pauci contendunt adſerere, mundum 6. dierum ſpacio eſſe conditum, cum à Moyſe numerum dierum non temporis gratia aſſumptum, ſed docendi cauſa, ob humani intellectus imbecillitatem, quæ rerum creatarũ ordinem propter earum multitudinem alio modo comprehendere non poterat: adeò ut ruſticanæ ſimplicitatis ſit putare 6. diebus vel certo tempore mundum conditum, quia totus mundus viciſſitudo eſt dierum & noctium, quam ſolis motus ſuper terram ſub terraq; meantis neceſſario conficit: Sol autem pars cœli cenſetur, ut fatendum ſit tempus poſterius mundo eſſe, quippe quod mundi eſt effectus: nam cœli motus indicavit naturam temporis. Ergo cum audis: *Complevit 6. die opera:* non debes intelligere de numero dierum aliquo, ſed de perfectione univerſi, quæ per ſenarium perfectum numerum ſignificatur. Hanc ſententiam Auguſtinus tenuit at reprobatam & damnatam. Senenſ. *d lib* 5. *pag.* 10. Sic ſchiſmaticum ſapit dogma, animam longè ante creatam à Deo, priuſquam corpore quaſi veſte indueretur, Franciſ. Georg. *tom.* 1. *problem.* Auguſtin. *in lib.* 1. *retract. cap.* 10. referente Sixto Senenſi *d. lib.* 5. *annot.* 18. Et Auguſtin. *in Geneſ. lib.* 7. exiſtimat, primo creationis die creatam eſſe animam una cum angelis, 6. die eam demum immiſſam corpori. Hilar. *in Pſalm.* 129 & Philoſtr. non ſchiſma eſſe hoc dogma ſtatuunt, ſed potius hæreſin præ ſe ferre, qui contrarium doceat, Senenſ. *annot.* 208. Gregor. Niſſen. ut refert Senenſ. *d. loc.* ſtatuit, omnes hominum animas ante Adæ creationem vel protoplaſtionem eſſe creatas. Tertull. *in lib. de Paradiſ. Gen.* 2. ſcribit, defunctorum animas in genere apud inferos ſequeſtrari uſque ad diem judicii. Præterea quod Origenes ejuſq; aſſeclæ adſtruunt, tunicas pelliceas, quas Deum poſt lapſum confeciſſe primis parentibus legitur, *Gen.* 3. nihil aliud eſſe, quam carnem ab anima aſſumptam, & quaſi veſtem indutam, niſi Deum lanium vel ſartorem ſtatuerimus, uti ſchiſma vulgo eſt repudiatum. Ridiculum eſt, quod addit Franciſ. Georg. *tom.* 1. *problem.* tunicas ejuſmodi factas eſſe ex pelle illius agni, de quo ſcribitur: *agnus occiſus eſt ab origine mundi, ut ipſius meritis omnia peccata tegantur:* Saniores ſcribunt pelles fuiſſe arborum cortices, quæ & pelles dicantur. Sixt. Senenſ. *in annot. ad Geneſ.* 54. Schiſma craſſum eſt & inſanabile, quod quidam ex adverſariis adferunt, cùm

Digitized by Google

dicitur *Geneſ.3.* Deum collocaſſe ante Paradiſum Cherubin: fuiſſe illos cuſtodes duo ſpectra, non Angelos. Alii Cherubin in ſacris literis non ſignificare aliquam ſubſtantiam ſpiritualem, ſed ſtatuam ad ſimilitudinem pueri formatam, quales erant pueriles illæ ſtatuæ aureæ ſuper arcam fœderis collocatæ, & ſtatua illa cum igneo gladio ad cuſtodiam Paradiſi poſita, quam Moſes Cherubin appellârit: Hæc enim (inquiunt) non erat angelicus ſpiritus, ſed virile quoddam ſimulacrum horribili forma larvaq; circumtectum, quod Deus ad incutiendum terrorem primis parentibus præ foribus Paradiſi collocaverat, juxta morem agricolarum, qui in ſatis & hortis ligneos palos defigunt, laceris humanarum veſtium pannis indutos, ut eo terriculamenti genere aves à ſeminum & frugum paſtu deterreant, unde ne quis exiſtimet, addunt, Cherubin eſſe vivas ſubſtantias, cautum eſt ſinodalibus Græcorum legibus, ne in Triſagio Angelorum cantaretur: *Qui ſedes ſuper Cherubin, &c.* (Triſagium eſt Græcum canticum, ſic nuncupatum, quod ter hagion contineat, ut Sanctus, Sanctus, Sanctus. Quod dicitur. *Gen.6. videntes filii Dei filias hominum*, communis invaluit quorundam patrum opinio, angelos pravos, antehac ſic dictos Dei filios, ſeſe commiſcuiſſe cum filiabus hominum exindeq; prognatos Gigantes, prolixè Sixt. Senenſ. *lib.5. ad Geneſin. annot. 60. 61. 62. 63. 64. & ſeqq.* ut ſic lapſus Angelorum pravorum non ſuperbia ſed laſcivia fuerit. Senenſ. *annot. 77. ad Geneſin.* Quoad cataractas cœli apertas, *Gen.7.* ſchiſma appellant patres, quando Henricus Meclinius ſeſe inveniſſe refert ex Aſtronomicis regulis & ſupputationibus, fore diluvium, quod præceſſerit conjunctio Jovis & Saturni in fine cancri è regione Argolicæ navis, per quã arca Noë ſignificatur. Cæterum Auguſtin. *in lib. qq. vet. & novi Teſt. qu.* 109. exiſtimat, Melchiſedecum non hominem purum, ſed virtutem Dei fuiſſe vel Spiritum S. qui forma humana apparuerit. Sic ſonat ſchiſma, Deum permittere viros ſanctos in peccato cadere: uti Abraham irridens promiſſionem de fœcunditate Saræ ſibi factam, proinde ſemen ejus coactum fuiſſe, tam duras pati ſervitutes in Ægypto. Chryſoſt. *hom.4. in Geneſ.* Incredulitas quoq; adſcribitur Mariæ, ideoq; peccatum à Chryſoſtomo *homil.49. in Geneſ.* ſchiſma eſt inter pontificios, Sixt. Senenſ. *lib.5. bib. S. pag.28. annot.* 104. Res narrata nova eſt, quod Anshelm. *in lib. de imag. mundi.* ſcriptum reliquit: Septem cœlorum orbes cum harmonia dulciſona volvi, ac concentus ſuaviſſimos eorum circuitione edi, quem ſonum ideo non pervenire ad aures noſtras, quod, quia ultra aërem, & per diſtantiam illam in auditum hominis nõ deſcendat, Baſil. & Iren. hanc ſententiam uti hæreſeos vicio affectam condemnant. Aliqui contendunt Moſen ad Jehovam extra corpus 40. dies raptum audiiſſe hunc concentum dulciſſimum, Sixt. Senenſ. *d. lib.5. annot.* 105. *in Geneſ.* Sic ſchiſma ſapit: quod quidam *ad cap. Geneſ.32.* ſcribunt, Jacobum cum diabolo concertaſſe in ſpecie Eſau, & habuiſſe Angelum auxiliarem, ne

quoque

quoq; putaret Jacob propria ſe virtute debellaſſe hoſtem, ſed Angeli virtute adjutus, tactus ei ſit nervus & claudicatio ſubſecuta. Senenſ. *d.lib.5.annot.*111. Craſſa hæreſis eſt & blaſphemia, Chriſtum denuo paſſurum eſſe in futuro ſeculo pro his, quos in præſenti vita diſpenſationis ejus medicina ſanare non potuit, Senenſ. *d.loc.annot.*132. ubi defendit Originem, quaſi ejus non fuerit vera ſententia, Dæmones redemptum iri ex inferno. Sic ſchiſma parit, adſerere homines fieri poſſe ἀναμαρτήτυς, Origenes *in Pſalm.*15. ubi hoc quoque ſcribit, viros ſanctos cum ad ſummitatem revenerint virtutum, ne in nocte quidem ea pati, quæ hominum ſunt, nec cogitatione viciorum aliqua titillari. Pejus eſt, & grande nefas, quod Idem *in Pſalm.* 18. tradit, Chriſtum in cœlum aſcendiſſe, at corpus reliquiſſe in globo ſolis, ut ſic ſolam animam ſecum ſupra omnes cœlos evexerit dicens: hinc Manichæos fuiſſe perſuaſos, ut ſolem adorarent ceu domum perpetuam corporis Chriſti, juxta prædictum Pſalmum 18. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, &c. Auguſtin. tamen *lib.*20. *contra Fauſt.* negat Originem hæc ſtatuiſſe, & depravatos fuiſſe partim libros ſuos affirmat. Schiſma eſt: quod Hilarius *ad Pſalmum* 68. docet: Chriſti naturam fuiſſe expertem doloris & cruciatus, ſed ſaltem noſtri cauſa aſſumptas fuiſſe hujuſmodi paſſiones, quod dogma Juſtinianus per edictum juſſit doceri publicè, nempe corpus Chriſti incorruptibile eſſe nec capax paſſionum inculpatarum, &c. qui tenacius tenuere hanc doctrinam poſthac dicti ſunt Eſcharodotici vel Gajaniti, Sixt. Senenſ. *lib.5. annot.* 186. Præterea Hieronym. taxatur ſchiſmatis, in plurimis ſuis ſcriptis, qui cum Judæis multum eſt converſatus, de quo Jacob. Faber Vienn. Epiſcop. uti idem recenſet Sixt. *in lib. Sap.annot.*219. Utinam, *inquit*, Hieronymus, cum confecit ſacrorum argumenta librorum, nunquam conſuluiſſet Judæos, &c. Quin quod ab Hieronymo 70. interpretes potius Judæi vel Semijudæi dicantur, ſæpenumero locos ſcripturæ luculentiores de Meſſia perperam tranſponentes. Idem *in Eſaiam c.*2.*annot.*220. Sic hallucinatos fuiſſe 70. interpretes idem refert *in Jon. cap.*3.*annot.*154. ibi: adhuc 40. dies, & Ninive ſubvertetur, ubi cæteri interpretes habent tres dies, & textus Græcus, τρεῖς ἡμέρας. Theophilactus verò *in Jon.d.c.*3. ſic interpretatur: Prophetam in tribus diebus primum, urbem totam circumiviſſe, deinde laborioſam illam pœnitentiam Ninivitas Deo obtuliſſe, poſtea ante portas ſediſſe Jonam Prophetiæ exitum contemplaturum, ſubinde autem 40. demum exactos eſſe dies, &c. Prægrandis eſt opinio, & acheronti dogmati ſimilis à patribus aliquot recepta, ſcilicet poſt reſurrectionem mortuorum, Salvatorem in carne mille annos regnaturum politicè in hoc mundo, &c. quod ſchiſma late exponit & confutat Senenſ. *in cap. Jerem.* 19. *annot.*233. cumprimis verò contra Lactant. *lib.*7.*divin. Inſt.* in hæc verba ſeſe diſcingentem: Veniet, *inquit*, ſummi & maximi Dei filius, ut vivos ac mortuos judicet, & cum deleverit injuſtitiam, judiciumq; maxi-

mum fecerit, ac juſtos, qui à principio fuerunt, ad vitam reſtautaverit, mille annis inter homines verſabitur, eoſq; juſtiſſimo imperio reget: tunc, qui erunt in corporibus vivi, non morientur: ſed per eoſdem mille annos infinitam multitudinem generabunt: & erit ſoboles eorum ſancta & Deo chara: Qui autem ab inferis ſuſcitabuntur, hi præveneruntviventibus, velut judices: gentes verò non extinguantur omnino, ſed quædam relinquentur in victoriam Dei, ut triumphentur à juſtis, ac ſubjugentur perpetuæ ſervituti: ſub id tempus etiam princeps dæmonum, qui eſt machinator omnium malorũ, vincietur catenis, & erit in cuſtodia mille annis cœleſtis imperii, quo juſtitia in orbe regnabit, ne quid malum adverſus populum Dei moliatur: Poſt cujus adventum congregabuntur juſti ex omni terra: peractoq; judicio civitas ſacta conſtituetur in medio terræ: in qua ipſe conditor Deus cum juſtis dominantib. commorabitur: tunc auferentur à mundo tenebræ illæ, quib. offendebatur atque obcæcabatur cœlum: & luna claritudinem ſolis accipiet, nec minuetur ulterius. Sol autem ſepties tanto, quàm nunc eſt clarior, fiet, terra verò aperiet fœcunditatem ſuam, & uberrimas fruges ſponte ſua generabit. Rupes montiũ melle ſudabunr, per rivos vina decurrent, & flumina lacte inundabunt. Mundus denique ipſe gaudebit, & omnis rerum natura lætabitur, erepta & liberata dominio mali, & impietatis, & ſceleris, & erroris. Non beſtiæ per hoc tempus ſanguine alentur, non aves præda, ſed quieta & placida erunt omnia: leones & vituli ad præſepe ſimul ſtabunt: lupus ovem non rapiet: canis non venabitur: accipitres & aquilæ non nocebunt: infantes cum ſerpentibus ludent. Denique tunc fient illa, quæ Poëtæ aureis temporibus facta eſſe, jam Saturno regnante, dixerunt, quorum error hinc exortus eſt, quòd Prophetæ pleraque ſic proferunt, & enunciant, quaſi jam peracta. Viſiones enim divino ſpiritu offerebantur oculis eorum, & videbantur illa in conſpectu ſuo quaſi fieri ac terminari, quæ vaticinia eorum cùm paulatim fama vulgaſſet, quoniam profani à ſacramento ignorabant, quatenus dicerentur, completa eſſe veteribus ſeculis illa omnia putaverunt: quæ utique fieri, complerique non poterant homine regnante. Cum verò, deletis religionibus impiis, & ſcelere compreſſo, ſubjecta erit Deo terra,

Cedet & ipſe mari vector: nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus,
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem:
Robuſtus quoq; jam tauris juga ſolvet arator,
Tunc etiam molli flaveſcet campus ariſta:
Incultiſq; rubens pendebit ſentibus uva:
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.
Nec varios diſcet mentiri lana colores:
Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti

Murice,

Digitized by Google

Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos,
Ipſæ lacte domum referent diſtenta capellæ
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Ut ad teſtamenti † novi ſchiſmata deſcendamus, abominabile fuit ſchiſma Auguſtini ante revocationem ſuam, appellantis Chriſtum hominem dominicum propter inſtitutionem cœnæ & orationis dominicæ, Senenſ. *lib.*6. *pag.*124. ſchiſma adhuc durat inter Hieronym. 1. *in Matth.* & Chyſoſt. *homil.* 20. *in Matth.* Ille docet, in oratione dominica, quartam petitionem non agere de pane corporali, cùm 70. interpretes per vocem ἐπιούσιος expreſſerint non corporeum ſed ſpiritualem panem, panem præcipuum peculiarem & egregium refert Senenſ. Joan. Caſſian. ejuſdem ſententiæ adſertorem ſtrenuum, *ibi:* Videtis, qualis nobis ab ipſo, qui ab illo orandus eſt, judice orationis ſit forma propoſita, in qua nulla corporeæ ſeu temporalis vitæ mentio continetur, nihil enim caducum vult à ſe, nihil temporale æternitatum conditor implorari. Ita magnificentiæ & munificentiæ maximam irrogabit injuriam, quiſquis his ſempiternis petitionibus prætermiſſis, tranſitorium aliquid & caducum ab eo maluerit poſtulare, offenſam potius, quam propitiationem judicis ſui utilitate orationis incurret. Hic (Chryſoſtomus) dogma hoc confutat & argumentis firmioribus pro pane corporeo ſtat, *d. loc.* Sic ſchiſma magnum eſt, quod foverunt Juſtin. Martyr & Chryſoſt *hom.*37. *in Matth.* etiam gentes per honeſtas virtutum actiones, ante adventum Chriſti, ſalvatas fuiſſe. Et Clemens Alex. *lib.* 5. *ſtromat.* uti ipſum refert Sixt. *lib.*6. *annot.*51. Philoſophiam ad ſalutem Ethnicis fuiſſe proficuam, qui in inferno expectantes Chriſti adventum & Apoſtolorum, per conciones eorum crediderint & ſic ſervati fuerint, quam ſententiā ſalvare contendit, Senenſ. *d. loc.* 72

Schiſma eſt intolerabile, Angelos quoſdam, qui excubias pro homine agunt, non videre faciem Dei, uti Angeli perfectiores, illos demum unâ cum hominibus viſuros faciem Dei poſt reſurrectionem, &c. uti Petrus Lombardus ſcriptum reliquit: Angelis quoque datum liberum arbitrium, ut cadere poſſent, uti ceciderunt Diaboli *lib.* 2. *ſent. diſt.* 7. Porrò Angelos olim fuiſſe incarnatos, & Joannem Baptiſtam Angelum extitiſſe. Origenes *tom.*2. *in Joan.* uti eum refert Sixt. Senenſ. *lib.*6. *annot.*177. item quod animæ Eſau & Jacobi extiterint ante nativitatem, *d. loc.* Submirādū eſt, quod cum ſchiſmatis & hæreſeos inſimulant Lutheranos, non una quoque ejuſdem accuſent reatus Catholici, qui faciunt cum Luthero ex Patribus, uti pluribus id demonſtrat, Senenſ. *dd. locis*, ubi Lutherum hæreticum appellat, doctores Pontificios verò, qui idem cum illo confitentur, non utique, vide *annot.* 218. *l.*6. ubi inducit poſt cætera Cajetanum, confeſſionem auricularem à Chriſto non inſtitutam eſſe, adſtruentem, imò nec extremam unctionem probari poſſe *ex*

*epiſt. Jacob.*8. Idem *ann.*339. &c. hæreticum tamen Cajetanum appellat annotat. ſequent. ob alia dogmata. Idem ſibi contradicens toties hæreticam appellat doctrinam Lutheri docentis ex Paulo *ad Rom.* 14. omne, quod non ex fide eſt, peccatum eſt, *in annotat.* 255. revocat ea, quæ damnaverat, docet ea ipſe, quæ ante culpaverat, uti confitetur idem *annotat.* 248. in fine ſe quidem quoad prædeſtinationis articulum concionando ſecutum fuiſſe ſententiam Ambroſii ab anno ætatis 20. uſq; ad 30. in multis ac præcipuis urbibus non ſine audientium magno applauſu, tandem vero ſeſe abſtinuiſſe ab illa prædicatione & dogmate. Ecce quam probè & conſtanter ſibi conſtent, qui tantæ inconſtantiæ accuſare alios ſatagunt more Phariſaico.

Schiſma eſt, mundi periodo peracta novum fore mundum, id eſt receptaculum eorum hominum, qui nec cœlo nec inferno digni invenientur, vide Sixt. *d.l.6. annot.* 330. *&* *ann.* 340. ubi prolixè ex patribus hanc ſententiam deducit.

Sed quis deliria iſta omnia recenſebit, potius charta, quam materia ſcribendi deficiet, qua de re Aventin. *in annalib. Boj lib.* 1. ſunt, *ait*, qui univerſa adfirment, & contra, qui cuncta negent, pars in Scoti ſive Thomæ verba jurat, pars Vilelmio Ocomenſi, ac Gregorio Arimienſi addicta eſt, nec hi inter ſe concordant: ut quiſque maximè à cæteris diſſenſerit, novam aliquam ſycophantiam excogitarit, ita maxime doctus & acutus reputatur: tot opiniones, quot theologiſtæ: facilius inter horologia, quam inter Theologos conveniet, alius ſermones & hiſtoriam Longobardicam, hoc eſt, meras fabulas, nō rem amplectitur: Ille diſcipulus eſt, alter dormit ſecurè. Maxima pars ſacras literas, antequam diſcant, docent, quicquid in buccam venerit, magno boatu deblaterant, ut pecuaria Arcadiæ rudere credas. Et de his, quæ penitus ignorant, audacter pronunciant, pluraque verba effutiunt.

Summæ majeſtatis oracula ſuperſtitiosè interpretando ſuis moribus apta faciunt. Quicquid nugati fuerint, cum nemo obſtrepere aut intercedere audeat, legem Dei putant quaſi plaſtæ ceræ molli, quamlibet formam fingunt. Hæcq; licentia atq; imperitia magiſtrorum noſtrorum in ſales apud indoctos etiam crebros abiit.

Calceolarii, ſarcinatores, niſi præſcripto tempore manum ferulæ ſubduxerint, & tandem manu ſolertiam comprobarint, in artificum claſſem non recipiuntur: Solis licet ſacrificulis abſque præceptore ultrò ſe ingerere, & ultrò ad aras nemine vacante gregatim abſq; delectu accurrere. Idem Aventin. *de abuſ. rerum divin. & polit.* ibi: non niſi conviciis ſacerdotes Eccleſiæq; Doctores ſe inceſſunt hæreſeos & furoris ſeſe arguunt & inſimulant, utinam in unum coacti tam diu pane & aqua vitam miſeram traducere cogantur, donec de omnibus ipſis conveniat, vide Joan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. pag.* 282.

73 25. Indicium exoritur, † ut qui teſtes in cauſa hæreſeos nominati in teſti-

teſtimonio reddendo fuerint difficiles, aut deponere omninò recuſârint *ex form. inquiſit. Hiſpan.* inſtituta & edita Anno 1550. Neque ſcrupulo caret ſocietatis occultæ, qui facinori, quantum in ſeſe eſt, quoque non occurrit, *cauſ. 23. quæſt. 3.* Adde, quod teſtis ſe ſubtrahens teſtimonio, peccatum committat mortale, *c. 11. quæſt. 3. gloſſ. in c. 1. in verbo occultent, ubi Felin. & Dd. de teſtib. cogend.* ſeque indiciis aſtringat in cauſa criminali concurrente famâ. Cum jure expeditum ſit, teſtes jurare nolentes confeſtim incarcerari poſſe, eo uſq; detineri, donec ad ſaniorem ſenſum redierint dicendo veritatem, Pet. de Bella Pertic. *in l. ſi quando. 19. verſic. ſed quæritur, C. de teſtibus* Neque obſtat textus *d. l. 19.* quæ de cauſa civili agit, uti verba innuunt ipſius textus, Pert. *d. loc.* imò extrahi de domo poſſunt teſtes contumaces, Bart. *in l. 9. ff. ad L. Jul. pecul.* in eoſque per Fiſcalem inquiri præſtat, Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de falſ.* Farinac. *de teſtib. lib. 3 tit. 8. quæſt. 77. cap. 1. n. 42.* vide Andr. Gail. *1. obſ.* 100. procedendo contra eos, tanquam fautores hæreticorum in juris fórma, *in d form. inquiſit. Hiſpan.*

26. Indicium eſt ſecundum † inquiſitores, ut ſiquidem indiciatus reſiſtat, vel quivis alii in favorem & gratiam hæreticorum eo intendant faciantque, ne liberè queant inquiſitiones procedere, *d. form. inquiſ.* ibi: & ſi aliquos contra illos murmurantes invenerint, eos apprehendant & ſeverè puniant in exemplum aliorum ſub pœna indicta contra fautores hæreticorum, &c. ubi quoque magiſtratus inferioribus inquiſitoribus non debitam opem ferentes, quo apprehendantur rei, hæreſeos indicia incurrunt, vide Joan. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag. mihi* 617. 618. *& ſeqq.* Planè quod in hæreſeos cauſâ indicia ſufficiunt leviora ea vero non ad damnationem ſed quæſtionem ſolummodo facientia, tradit Carer. *in pract. fin. §. circa igitur tertium. n. 62. pag. mihi* 271. 74

27. Indicium parit † juxta inquiſitorum tradita, ut cum confeſſionario non reſtituitur accepta teſſera, Frideric. Hortledd. *lib. 3. cap.* 8. ibi: in dem Büchlein der inquiſition ſind viel Articul gantz vnſchrifftlich/vnnd beſchwerlich/vnter welchem dieſer einer iſt/nemlich/daß man in alle Häuſer gehen/vnnd fragen ſolle/wie viel Perſonen darin wohnen/vnd einer jeden Perſon ſoll man geben ein Bleiern Zeichen/vnd jhren Nahmen auffzeichen/vnnd mit dem Bleiern Zeichen ſoll ein jeder gehen zur Beicht vnnd Sacrament/dann ſoll man den Pfaffen das Zeichen widergeben/vnnd dieſelben Nahmen außthun/welcher aber nicht zur Beicht vnd Sacrament kompt/deß Nahmen ſoll beſtehen bleiben/vnd er angegriffen/verbrandt/vnd ſein Gut confiſcirt werden. Porrò *eodem loco, §.* vnd zubeweiſen/daß ſie es nicht mit den Ketzern halten/ſolle ein jeglicher Bürger/ein ſtück Holtz oder mehr auff den Wagen tragen/oder laſſen tragē/vnd darzu ſoll der Bapſt groſſen Ablaß geben/wer am meiſten Holtz dem Ketzer zuverbrennen gibt/der ſoll am meiſten Ablaß haben/wer aber kein Holtz darzu gibt/ſoll ſuſpect, vnnd dem andern ſo verbrandt/gleich geachtet/ 75

auch

Digitized by Google

auch mit jhm nach inhalt der inquiſition verfahren werden / ꝛc. Hactenus Hortledd. *d. loc.*

CAPUT IV.

DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS humanæ, &c.

SUMMARIA.

1. *Definitio criminis læſæ Majeſtatis traditur.*

2. *Conatus æque, ac effectus hujus delicti coërcetur.*

3. *An pœnæ civiles quoad conatum ordinaria pœnâ plectendum hodie ſint ſublatæ?*

4. *Species læſæ majeſtatis referuntur.*

5. *Obſides intercidere quid ſit?*

6. *Obſides ſine ſpeciali mandato nec recipiendi nec dimittendi.*

7. *Cur virgines antiquitus non dabantur obſides?*

8. *Quâ cautela virgines ancillæ olim divenditæ fuerint?*

9. *Dux belli pacem nec inducias componere poteſt cum hoſte, abſque præcepto Principis.*

10. *Non poteſt Dux idem vel Capitaneus committere prælium cum hoſte ſine ſpeciali mandato.*

11. *Mandatum militare in re minimâ neglectum, capitale eſt.*

12. *Vtrum fortuna apparente citra mandatum Capitaneus ſe poſſit campo committere.*

13. *Prælia particularia, velitationes & ſcaramiza, ſine mandato poſſunt committi.*

14. *De bellis civilibus notanda.*

15. *Seditioſi quâ pœnâ plectantur?*

16. *Qualiter Camera contra ſeditioſos & rebelles procedat?*

17. *Plebs ſævire inchoans beſtiâ ferâ crudelior eſt.*

18. *Proditor quis?*

19. *Filius patrem patriæ proditorem occidere poteſt.*

20. *Amor patriæ quantus eſſe debeat?*

21. *Proditor ſocii, amici domini, quâ pœnâ afficiatur?*

22. *Fœminæ proditrices quo ſupplicio puniantur?*

23. *Quæ pœna impuberes?*

24. *Species proditionis per exempla traduntur.*

25. *Nuncius proditoris, qui etiam tranſfuga latè dicitur, tenetur quoq; l. Iulia majeſtatis.*

26. *De exauctoratione militum:*

27. *Ratio diſcingendi vel exauctorandi ſubjicitur.*

28. *In ſolennibus nihil facilè vel temerè eſt mutandum.*

29. *Stratagema, quo prod tio præcaveatur.*

30. *Exploratores differunt à proditoribus.*

31. *Quomodo hoſtes fallendi ſigno inuſitato?*

32. *Capitaneus vel miles vulgaris ordinem deſerens, capite plectitur.*

33. *Vaſallus dominum in acie relinquens, feudo privatur.*

34. *Conſilium ſubjugandi Turcam theologicum.*

35. *Lutheri ſententia hac de re.*

36. *Cur Palæſtina hactenus recuperari non potuerit?*

37. *Arx quid ſit?*

38. *Caſtrorum definitio ſubjicitur.*

39. *Arcem caſtrave ſine ſpeciali mandato hoſti relinquens legis juliæ majeſtatis reus efficitur.*

40. *Proditores in genere ſunt odioſi, licet proditio grata, cui gratia facta eſt.*

41. *Quomodo Carolus IV. proditionem recompenſaverit?*

42. *Proditoribus utimur quaſi beſtiis venenoſis.*

43. *Qui*

43. *Qui injuſſu Cæſaris bella gerit, incidit in crimen læſæ majeſtatis.*

44. *Subortis belli fibris, Cæſar maturè invigilare tenetur, ut pax ilicò reſtituatur.*

45. *Princeps R. ante omnes, pacis ſtudioſiſſimus ſit.*

46. *Scintilla minima in magnum exuberat incendium.*

47. *Bellorum civilium deteſtatio.*

48. *Imperatores priſci non facilè ad arma provocarunt.*

49. *Ecquid circulorum Ducibus incumbat belli tempore?*

50. *Quomodo milites circumforanei tractandi?*

51. *Milites vagabundi* Herrnloſe Knechte/ *à quovis occidi poſſunt impunè.*

52. *Definitio belli juſti traditur.*

53. *An bella gerere poſſint imperii ſtatus irrequiſito Cæſare?*

54. *Principes ducunt laudem ſibi egregiam, de alienis certare.*

55. *Violatio ſtatuarum Principis lege Iulia majeſtatis coërcetur.*

56. *Statua principum habebant jus aſyli.*

57. *Puer Athenienſis ut ſacrilegus ea propter plexus eſt.*

58. *Auditus fuit riſus diaboli, quando Caligulæ ſtatua Hieroſolymas tranſlata, adoraretur.*

59. *Qui ſtatuas imagineſve privatorum violat vel ludibrio habet, injuriarum tenetur.*

60. *Atrox injuria eſt defunctorum imagines violare, vindicanda ab heredibus.*

61. *Exempla hiſtorica de ſtatuis non corrumpendis referuntur.*

62. *Occaſio cultus ſtatuarum in Eccleſiam quondam irrepens, damnati in concilio Bizantino.*

63. *Qui reum læſæ majeſtatis captivum dimittit, incidit in l. Iuliam.*

64. *Qualiter coërceantur propinqui, furioſum non cautè tenentes.*

65. *Quâ diſcretione pœna l. Iuliæ infligenda ſit?*

66. *An ſine legum actionibus tyrannus poſſit occidi?*

67. *Quot prælia commiſerit Henricus IV.*

68. *Reſolvuntur argumenta aliquot dubitandi quoad liberos reorum læſæ majeſtatis.*

69. *Elegans Bezæ locus, de conſenſu legum ſacrarum & civilium, &c.*

70. *An Papa contra principia juris civilis diſpenſare poſſit?*

71. *Locus Contzii perelegans, ne Papæ præceptis illegitimis pareamus.*

72. *Eccleſia militans fallit & fallitur.*

73. *Ratio redditur viva, cur pœna l. Iuliæ majeſtatis etiam liberos reorum conſtringat?*

74. *Boni bonos procreant liberos.*

75. *Qualiter filia reorum mulctentur?*

76. *Quâ pœna vindicanda injuria Cæſari illata verbalis.*

77. *Nulla l. in C. à tribus ſucceſſivè impp. promulgata eſt uti l. unica. C. ſi quis imp. maledix.*

78. *Locus de Auguſto ad Tiberium hac de re.*

79. *Nero non modeſtiâ ſed nequitia injurias verbales flocci fecit.*

80. *Græci delicta leviora ſub ebrietate impunita reliquerunt.*

81. *Græci adhuc bibuli & potatores ſtrenui.*

82. *Magiſtratus prudens ſæpe connivet malis moribus, quos ſine ſcandalo corrigere non poteſt.*

83. *Tutius ad ſeveritatem, quam contemptum declinare.*

84. *Lepidum Alcibiadis conſilium narratur.*

85. *Ebrietas quicquid in homine eſt malitia, prodit.*

86. *Miles ebrietati vel ſomno indulgens, ubi hoſtes adeſt; ultimo ſupplicio afficiendus.*

87. *Epaminondæ exemplum recitatur.*

CRimen læſæ majeſtatis † humanæ eſt offenſio in ſalutem, caput & ge- 1
nium principis vel dolo malo commiſſa, *l. 1. ubi Dd. ff. ad l. Jul. Majeſt.*
vel ſaltem attentata, *d. l. 1. l. 5. C. eod. d. l.* 5. ibi: eâdem ſeveritate † voluptatem 2

ſceleris punire jura voluerunt, non aliter ac ſi delicta alia excepta & nefanda, alia conatum licet effectum conſecuta non ſint, coërcentur, *l. 5. ff. de Epiſc. & Cler. Novell. de his, qui luxur. contra nat.* ubi Cujac. ſaltem propter *l. 31. C. ad l. Jul. de adult. conſtit. crim. Carol. V. art.* 178. Damh. *in pr. crim. c.* 83. Clar. *in tract. crim.* 92. *§. fin.* Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 37. hinc jure antiquato, legis Corneliæ vigore quoque affectus ut effectus plectebatur, ut ſi quis hominis necandi gratiâ ambulaſſet cum telo, &c *l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* quam legem generali conſuetudine ſublatam eſſe tradit Petr. de Ravenn. 2. *feud. tit.*
3 53. Menoch. *de arb. jud. cauſ.* 360. Sed † quia delictum hoc non uniforme eſt, ſed in ſpecies ſuas juxta diſpoſitionem, *l.* 1. 2. 3. *& ſeqq. h. t.* diſtinguitur, ſeriem JCti ſequemur, & qualiter ſe habeant hæc ſpecies, ſeorſim enuclea-
4 bimus. 1. ait JCtus majeſtatis crimen † committi, ſi dolo malo fiat, quo obſides injuſſu principis interciderent, *d. l.* 1. 2. quo armati homines cum telis lapidibusq; in urbe ſint, aut in imperio, conveniantq; adverſus rem publicam, loca occupentur vel templa. 3. quove cœtus, conventus fiant, hominesq; ad ſeditionem convocentur contra rempublicam. Portò ſi quis 4. hoſtes populi Romani nuncio, literis ad eos miſſis, aut ſigno alias datô, juverit, aut ceſſerit in bello dolo malo, arces & caſtra relinquens hoſti, *l.* 3. *l.* 5. vel qui injuſſu Principis Romani bellum gerat vel bella moturus exercitum comparârit, acie illuſtratâ, delectum habuerit, *d. l.* 3. Bald. *in l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* Schenck Baro *tit.* 5. *lib.* 5. *feudor.* 6. aut qui ſtatuam & imagines Imperatoris jam conſecratas dolo malo conflaverit, 7. Confeſſum in judicio reum vel cōvictum læſæ majeſtatis, & propter hoc in vincula conjectum,
5 emiſerit, *d. l.* 4. *Jul. Majeſt.* 1. Obſides † intercidere dicuntur in primâ legis parte, quoties acceptis obſidibus, pax aut treuga cū hoſte componitur, quod ut ex inferioribus conſtabit, belli commiſſario non licet ſive ſpeciali Princi-
6 pis reſcripto, ſcilicet quod † obſidum receptio vel dimiſſio, non niſi ſummo Duci competat, utpote belli vel treugarum remiſſio, uti videre eſt *in comment. Cæſaris.* Carolus V. requirebat ab hoſte Rege Gallorum filios binos, quorum alter mox veneno à C. de M. C. ſuffocabatur, obſides, referente Arnoldo Ferrono *de reb. geſt.* Franciſc. 1. *pag. mihi* 204. qui cum illiberalius pridem in regno Thunis tractarentur, conſuluerunt Epiſcopi Galliæ, per Cacomagum quendam famoſum, filios regios liberari, atque per aëra reduci domum, Joan. Wolff. *in epiſt. ded. part.* 1. Sic obſides poſtulabat Carthago & captivorum commutationem à Romanis per M. Attilium Regulum, Cic. *ad Piſonem*, Auguſtin. 1. *de Civit. Dei, cap.* 24. obſides autem dabantur æquè fœ-
7 minæ quam viri, Livio referente, perraro † virgines, ne induciis fractis turpiter & flagitioſè proſtituerentur, quæ ſuſpicio in fœminas præſertim vetulas & rugoſas non cadebat. Maſcard. *de prob. concl.* 1253. *n.* 23.
8 Proinde † mos integer majorum, qui cum ancillis virgines venderent, de pu-

Digitized by Google

de pudicitia eorum ſolliciti ſtipulari ſibi ſolebant, ne ancillæ proſtituerentur ne lenociniis exponerentur, *l.1.2.3.C.ſi man.vendit. ne proſtit.l.*10.*§.*10.*ff.de in. jus voc. §.final. ubi Dd. inſtit. de noxal. action.* Hinc Julius Clarus *in § homicidium.num.* 56. tradit, quod nec mulier bannita adulterari debeat? Porrò an teſtari obſides poſſint nec ne? *vide exercitat. meas Witteberg. diſp.* 12. *de teſt.*

Quod diximus, belli † commiſſarium nec militiæ Capitaneum generalem non poſſe dimittere obſides, id ipſum in receſſu adeoq; obſidum admiſſione multo fortius ſtringit, cum pacis ſive induciarum jus ſoli Principi meritò reſervetur, nec ſine mandato ſpeciali prorogetur, *d.l.* 1. *ubi Dd.* quemadmodũ in oppoſitis, unde † res clarius eluceſcit, nedum Generali prælium juſtum, quod certatoria pugna & ſummo Marte expeditur, committere liceat, ſine ſpeciali principis reſcripto, *Dd. in l.3.§ in bello, ff. de re milit.* idq; ſub pœnâ læſæ majeſtatis, *d.l.1.ff. eodem.* adeo ut quanquam remoto dolo & fraude ſe committat fortunæ occaſione præſentata, nedum excuſetur. Equidem † effatum bellicum & civile juxtà hic ſtringit, quod mandati fines diligenter cuſtodiri debeant, quorum omiſſio vel commiſſionis neglectus, quocunque reſpectu patit prævaricationem etiam vel in minimâ mandati parte, capitalem. Eberh. *in top.p.*404.*&* 75. Hoſt. *in c. cauſam. de procur. l.3.§.in bello. ff. de re milit.* quapropter Mantius Torquatus filium è medio ſuſtulit, quòd contra præceptum cum hoſte dimicaſſet, etiamſi feliciter pugnaſſet, ſatiùs eſſe judicans, patrem forti filio, quam patriam diſciplina militari carere. Valer. Max. 2. *c.* 2. Livius *decad.* 2. *lib.* 8. Tiraquell. *de pœn. cauſa* 52. quinimò Capitaneis, ne ſe abſente vel inſcio, quicquam contra hoſtem attentarent, ſeriò diſcedens. ibi:

———— præceperat optimus armis
Æneas, ſi qua interea fortuna fuiſſet,
Nec ſtruere auderent aciem, nec credere campo;
Caſtra modo & tutos ſervarent aggere muros.

Virgil. 6. *Æneid.*

Non deſunt tamen † qui Capitaneum ſuperveniente novâ cauſâ, fortunaq; inopinatâ aſpirante, mandati limites excedere poſſe arbitrantur, *d. l.* 3. *ff. de re milit.* Tiraquell. *d. loc.* utpote ſi videat certam infallibilemq; occaſionem adeſſe, qua ſecurius præliari & obruere poſſit hoſtem, invadere urbem vino ſomnoq; ſepultam, idque eò confidentius, quoties mandatum vel inſtructio cum clauſula fuerit concepta, hoc pacto (reliqua tuæ prudentiæ & diſcretioni committimus) *argumento l. ſi hominem. in fine. ff. mandati.* Alex. ab Immola *in rubr. l.1. de offic. ejus, cui mandata eſt juriſdictio.* Jaſon *in l. non ſolum. §. inde. ff. de nov. oper. nunc.* Felin. *in c.1. de conſtit. n.*51. tantum abeſt, quin prælia particularia, ut quoties annona, victualia, tormenta & inſtrumenta bellica hoſti tranſportanda ſunt, ne in manus ejus perveniant, campo ſe cre-

G 2 dere

Digitized by Google

credere poſſit, modò quod ſæpè accidit, ne totus inde hoſtis exercitus excitetur, provocetur. Henning. Ranzov. *in tract. bell. lib. 1. c.* 8. 9. 10. ubi ait: ſolere tranſvecturam annonæ munitionis militibus committi optimis, & exercitatoribus.

Nec minùs mandati fines exceſſiſſe videbitur, ſi aggreſſus & impetum paſſus, neceſſariam ſubit defenſionem, etiamſi totum exercitum in campum deducat, hoſtiq; opponat, ubi enim offenſio licita eſt, nunquam defenſio denegatur, quæ naturæ congruit, & omni animantium generi eſt implantata *l. 3. ubi Bartol. & Dd. ff. de juſt. & jur. l. 3. ff. de vi & vi arm. l. 4. 5. §. 4. ff. ad l. Aquil. l. 1. 2. C. quando licet unicuiq; &c.* Gail. 2. *obſ.* 110. Clarus *lib. 6. §. homicid.*
13 quod † velitationes & ſcaramizas attinet, eas ſine mandato, pro re natâ, committi poſſe, refert Warem. ab Erenberg *in tract. de fœder. p. 1. pag.* 234. *n.* 150. proinde tot leges armatæ & præcepta bellica impunè neglecta extant penes Silium Italicum prælia Punica deſcribentem *lib.* 7. ibi:

Jam monita; & Fabium belliq; equitumq; magiſter
Exuerat mentem ac præceps tendebat in hoſtem
Paſcere nec pœnus pravum ac nutrire favorem
Deerat, & ut parvo majora ad prælia damno
Eliceret, dabat interdum ſimulantia terga
Non aliter, quam qui ſparsâ per ſtagna profundi
Evocat è liquidis piſcem penetralibus eſca.
Cumq; levem ſummâ vidit jam nare ſub unda,
Ducit captivum ſinnato ad littora lino.

Et alibi *eodem libro* de temeritate contra præcepta pugnæ de Fabio eodem:

Quem poſtquam rapidum vidit procedere caſtris
Hinc Libiis, Fabius ſimul accendêre ſagaces
In ſubitum curas properè capere arma maniplis
Edicit, &c.

Sequuntur verba Annibalis temeritatem Minutii notantis contra Fabium, ibi:

Dum dictator abeſt, rape miles tempore pugnæ,
Non ſperata diu planto certamina campo
Offert ecce decus quoniam data copia, longum
Detergete ſitum ferro, multoq; cruore
Exaciate viri plenos rubiginis enſes.
Atq; ea cunctator penſabat ab aggere valli.

Reſpondit huic increpationi pugnator *eodem libro*, ibi:

Cui natus juncta arma ferens, dabit improbus, inquit,
Quas dignum pœnas, qui per ſuffragia cæca
Invaſit noſtros hac ad diſcrimina faſces, &c.

Et *lib.*

Digitized by Google

Et *lib. eodem. pag.* 264. ubi felicem velitationem deſcribit illius, author; ibi.

Primus clauſtra manu portæ dictator & altos
Disjecit poſtes, rupitq́, in prælia curſum,
Non graviore movent venti certamina mole
Odryſius Boreas & ſyrtim tollere pollens
Africus, obnoxi cum bella furentia torquent
Diſtraxere fretum, ac diverſa ad littora volvunt, &c.

Porrò ad ſecundam legis partem † pertinent bella civilia, uti inter Pompe- 14
jum & Cæſarem mota, aut alias concitata, commiſſa, vel committenda, Cæſar *in comm. de civ. bell.* Pars tertia legis Juliæ deſcribit ſeditionem, ne ſeditioſi illicitâ congregatione coactâ, neve conventiculis furtim admiſſis, cives populumq; univerſum commotionibus turbent, tumultuariamq; factionem, contra tranquillitatem & pacem imperii, in qua rei publicæ ſalus conſiſtit, efficiant, *§. 1. quomodo in læſæ majeſt. crim. extravagante* 1. adde auream bullam Caroli Quarti: ubi Buxtorff. *in expoſ Dd. in l. in conventicula. C. de Epiſc. & Cler.* Damhud. *in pract. criminal. c. 635. num.* 4. Livius *lib. 28. Proverbior. c.* 24. ſic legitur: mi fili time Dominum & regem, & cum ſeditioſis ne commiſceatis, quia repente veniet perditio eorum; quod probant exempla Coriæ, Abſolonis, Catilinæ, Bruti, Caſſii, & noviſſima ruſticorum ſeditio per Ger-
maniam, de qua Schleid. *lib. 1. conſt. Car. V.* ſeditioſi † pro delicti qualitate pu- 15
niuntur ſupplicio capitali, aut virgis cædi jubentur, ante omnia autem in auctores inquirendum ſtatuit, idq; *ex l. 1. & 2. C. de ſeditio. l. 3. ad l. jul. de vi publ. l. 28. § ſolet. l. 38. §. victores. ff. de pœn. l. 3. §. item. ff. ad l. Corn. de Sicar.*

Hodie contra † factioſam & inobedientem plebem vigore receſſus 16
de Anno 519. Spirenſis, §. dergleichen ſoll / vel ipſe Imp. Romanus vel Camera imperii mandata vel avocatoria, vel rectà bannum inferentia decernere, & per Heroldos vel apparitores publicos publicare ſolet, utpote quibus ſeriò incumbit advigilare, ne pax ſarta tecta violetur, *l. 3. de offic. præſid. §. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. ubi FF. §. 1. de pace tenend.* Novell. 1. *in princ. receſſu imperii Ratiſbon. de anno* 867. *§.* So hetten wir alles der Sorgfeltigkeit / *receſſu Spir. de anno* 570. §. nach erledigten Puncten / *receſſu de anno* 603. §. Vnd ob wir woll / Gail. 1. *obſerv.* 18. Frider. Mindan. *lib. 2. cap. 4. 6. de mandat.* & ſiquidem fibræ bellorum ſuccreſcant, ſuccendantur maturius, cum ſcintillæ neglectæ maximum ſoleant attrahere exitium, adeoque ex malo parvo majus creſcere juxta illud: jam cadunt folia, cras arbores inde labētur, Plaut. *in Menachmo.* Quintus Curt. *lib. 10. de reb. geſtis Alex. Mag.* Papir. Maſſan. *lib. 3. annal. Francon.*
plebe, † beſtia multorum capitum graſſante, quæ cum ſævire incipit, niſi fu- 17
ror reprimitur, non modo infinita mala, ſcandala, latrocinia excitat, ſed & ſibi ipſi tandem exitium & ruinam accerſit turpiſſimam, Cranz. *in Sax. 1. c.* 24.

Digitized by Google

crudelior quippe & inhumanior omni beſtia ſævit ira popularis, ait idem Crantz. *in Sax. lib.* 9. *c. fin.* Cam. *cent.* 1. *med. hiſt. c.* 40.

In quarta legis parte agitur de proditione & proditoribus: prodere vulgò eſt aliud actibus contendere, aliud mẽte meditari, machinari, *l.* 1. *ff. de priv. Carc.*

18 Proditor † dicitur, 1. qui auſu diabolico prodit aut prodere ſaltem pręſumit Principem aut rempublicam Romanam, *l.* 1. *l.* 6. §. 4. *ff. de re milit. l.* 7. *l.* 8. §. 2. *l.* 3. 8. *ff. de pœn.* exemplum punitæ proditionis commemorat Livius *lib.* 2. ubi de liberis proditionem Patriæ molientibus pater ipſe ſupplicium

19 ſumit, non ſecus ac filiusfamilias † patrem proditorem patriæ jure occidere poteſt, quoniam in cauſis publicis ceſſat jus & reverentia patriæ poteſtatis, *l.* 14. *ff. ad Trebell.* hinc Fabii Maximi ad filium reſcriptum: non ignoras, in-

20 quit, quid poteſtati patriæ debeatur? Verùm † publica inſtituta privata pietate potiora duco, Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 10. Alex. Mag. amicos, quos vice patrum filiorum, ut credebatur, honorabat, cùm malos repeřiſſet, punivit, dicens: Hi Schariores mihi reſpublica, Lamprid. *in vit. Alex.* Nullæ excuſationes ſunt, meus amicus eſt, ſit patria prior, meus agnatus eſt, an poteſt agnatio proprior eſſe patria, in qua etiam parentes continentur, Cic. 5. *Philipp.* Scævolæ JCto patria γλυκυτάτη dicitur, *in l.* 101. *ff. de leg.* 3. adeo, ut qui patriam auxerit, in cœlo definitum locum mereatur, ubi beato fruatur ævo, refert Cicero *de ſomn. Scipionis.*

21 2. Qui † prodit ſocium, amicum, &c. ut occidatur, uti Judas Iſcariotes fecit, proditor quoque dicitur, Bart. *in l.* 11. *ff. de pœn.* 3. Item qui Dominum, cui ſingularẽ fidem debebat exhibere, prodit, proditor eſt, quales ſunt Clientes, vaſalli, homines ligii, Matth. de Afflict. *deciſ.* 162. Decian. *in tr. crim. lib.* 7. *c.* 29. quos proditores Conſtit. Carol. V. *art.* 124. in partes quatuor diſ-

22 cindi, ſi † fœminæ vaſallorum, &c. flagitium hoc nefandum patraverit, ſuf-

23 focari aqua jubet, *d. conſtit.* hinc Trebius Germanus Legatus † impuberem ſervum quoque ad pedes Domini cubantem, cum occideretur, qui poſtea cædem ejus prodiderat, ultimo ſupplicio affecit Marcian. *in l.* 14. *ff. ad Senat. Syll.* Quanquam hę ſpecies ad propoſitum propriè haud pertinere conſtent, Damhoud. *in pr. crim. c.* 2. *tit.* 5. *de proditor.* ubi ſtatuit, pœnam ejuſmodi pro re natâ exaſperari & mitigari poſſe.

24 Cæterum ad legem Juliam Majeſtatis † cumprimis ſpectat. 1. quoties quis hoſtibus Romam imperii nuncium, literas miſerit, ſignum dederit, feceritvè dolo malo, quò hoſtes cõſiliis juventur, &c. *d. l.* 1. 2. aut ſi Dux in bello dolosè ceſſit. 3. arcem caſtra relinquens vel tradens hoſti ſine mandato.

De 1. præter *d. l.* 1. ibiq; Dd. Farinac. *de crim. majeſt. q.* 113. *n.* 25. *& in tr. de conſult. & auxil. quæſt.* 130. *num.* 41. Card. Tuſch. *tom.* 3. *pract. concl.* 7. *num.* 19. *lit. M.* eſt & agit receſſus imperii de anno 603. Ratiſbon. ubi Imperator quaſi gemebundus exponit ſtatibus imperii proditiones hinc inde commiſ-

ſas con-

Digitized by Google

ſas contra imperium Romanum ejusque ſalutem. De nuncio † vel proxene- 25
ta, ope & conſilio proditionem promovente jus eſt, ut non ſecus, ac ipſe Ca-
pitaneus L. Juliæ Majeſtatis teneatur, ejuſdemq; pœnis obnoxium ſe reddat,
qui à Doctoribus latè loquendo etiam transfuga dicitur, *l. 7. ff. de re milit.* in-
diciis ſtringentibus torquendis, modo antea exauctoratus ſit & capite pu-
niendus *d. l. 7.* de exauctorandi neceſſitate agit *l. 7. Cod. de malef. & malef. l. 33.*
Cod de decur. l. 7. ff. de re milit. l. 2. §. ſed etſi, ff. de his, qui not. infam. Jaſon. *in l. 32.*
ff. de ll. Clar. *§. fin. quæſt.* 74. Unde Herodot. *in vita Severi* ſcribit: quod mili-
tes † Pertinacis inde, quod Cæſarem occidiſſent, priuſquam condemnaren- 26
tur, fuerint exauctorati, cingulo militari ſpoliati, & recincti, &c. Cujus ſolen-
nitatis veſtigia hodie jus Canonicum adhuc ſequitur, neque enim Clericus
delicti reus, ſine degradatione antecedenti morti traditur, *c. prælatus. de ho-*
micid. in 6. Springer. *de pac. relig. c. 2.* Sleidan. *lib. 4 pag. mihi* 111. *& lib. 6. p. 159.*
Naucler. 2. *generat. 51. pag.* 321. Oſor. *in hiſtor Afric. lib.* 4. adde Conſt. Maxim.
3. *de anno* 95. *Wormatic. & conſtit. Auguſt. de Anno.* 548. §. Ob auch Geiſtliche
Perſonen / *adde* Briſſon. 2. *antiquit. juris civil. cap.* 7.

Ratio † hujus ſolennitatis degradandi inde procul dubio deprompta 27
videtur, quod non niſi ſolemnibus juſtis conferti ſoleant honores, ut cũ Cæ-
ſar corona aurea inſignitur, qua de re Johan. Schneidw. *in proœm. inſtit.* Dux
Marchio, vexillo ſumpto, de feudis regalibus inveſtiatur, Clericus collato
ſceptro, Vaſallus enſe, Doctor mytra, annulis, oſculo, Eques ſigno, cruce,
Magiſtratus Romanus olim ſecuri, faſcibus. Placuit idcircò, ut non niſi † ſi 28
gnis hiſce ademptis ne afficerentur infamia perſonæ graduatæ & inſignes:
per commune illud theorema: Quod eadem deſtructionis, quę conſtructio-
nis ſint principia, nihilq; facile mutandum ſit in ſolennibus, niſi ex legum prę-
ſcripto, *l. etſi. de R. J.* demum tandemq; reos aliquando honoratiores ad ſup-
plicium rapi, &c. *d. c. prælatus. de homicid. in 6.* ubi Doctores, &c.

Porrò miſſis literis hoſtem † juvare, contingere poteſt modis & dolis 29
variis, qui nefariis & atrociſſimis proditoribus excogitandi relinquuntur.
Conſtat quod aliquoties per columbas, literis ſub alis earum ligatis, hoſtes
aviſati fuerint. Titus Æmilius ingenti obſidione preſſus, ut ſtratagema hoc
averteret, columbam ſuper caſtra ſua volitantem (conſtabat quippe loco ta-
bellarii hoſtes columba hoc pacto uti) clamore voceq; elatâ exercitus pro-
ſtravit, ales enim clamore illo immenſo, quaſi turbine motâ decidit in ter-
ram, & ſic literæ pervenêre ad manus Ducis, ſcilicet in quibus perſcriptum
erat, eſſent modo ſanæ mentis obſeſſi, fore enim, ut citiſſimè liberarentur.
Suppreſſis literis aliæ exaratę & ad hoſtes miſſæ ſunt per columbam dimiſ-
ſam hac formulâ: Conſulant ſibi obſeſſi quàm bene poſſent, nullam auxilii
ſpem ſupereſſe, &c. *hiſtor. Venet. lib.* 2.

Notandum verò hic eſt, quod † à proditoribus exploratores differant, 30
ut ait

Digitized by Google

ut ait Contzius 10. *Polit.* 51. qui ruſticano aliove habitu, occultè hoſtium loca ſubeũt. Sed & nec proditio ſimulata ad hanc claſſem pertinet. Alcibiades per profugam Syracuſanis ſuaſit, urbe ut exirent, quam mox ipſe cœpit. Hannibal quò fidem transfugis detraheret haberetque in ſecreto conſilia, ſimulavit ſolertiſſimos milites ſuos ad hoſtes conſilia explorandi cauſa ſe tranſmiſiſſe, inde veri transfugæ pro exploratoribus habiti, abſciſſis manibus ſunt remiſſi, Contz. *d. loc.*

31 Præterea ſigno dato † eoq; hoſti manifeſtato, quoq; proditio expediri modis variis poteſt. Cum primis commemoratione dignum eſt, quod ſcribit Crantz. *in Wandal. lib.* 1. Danos nempe in claſſem Wandalorum arbuſtis & frondibus inſtructam per proditionem incidiſſe, claſſe non aliter ac ſylva amœna & frondosâ apparente: pari aſtutia Dithmarſos eluſerunt Holſati. Idem Crantz. 8. *Saxon. c.* 9. ibi: Gerhardus primo diluculo juſſit omnes ſuos ramum præ ſe ferre virentem, latitantes in ſpecie nemoris, &c. Quemadmodum de Julio Cæſare ſcribitur, habuiſſe ipſum naves in circuitu variarum arborum ſpeciebus, non ſecus, ac ſi ſylvam aliquam vireſcentem unà mari tranſveheret, ſeptam atque tranſplantatam, quibus procul dubio ad fallendos hoſtes quoq; uſus fuit, Anton. de Guevar. *in Epiſt. aureis, part.* 2. *pag. mihi* 253.

32 2. Proditionis genus *in d. l.* 3. expreſſum, ut cum dux belli † dolo, & proditorio animo ceſſit, quo facit die R. Reuter Beſtallung / *Maxim.* 2. *Anno* 570. *Spiræ promulgata.* Cujus vigore miles ordinem deſerens, & primum fugiens capite plectitur. Additur ibidem: quod quivis commilitonum fugientem impune occidere poſſit imò debeat. Hinc Lacena referente Valer. Maximo, filium ordines deſerentem fugientemq; ipſa occidit dicens: Non eſt meum hoc germen. Damatria quoq; filium vecordem atque fugientem interfecit: Cujus ſepulchro inſcribi juſſit hoc diſtichon:

Hunc timidum mater Damatrion ipſa peremit,
Nec dignum matre nec Lacedæmonium.

33 Jure feudorum † conſtitutum eſt, ut cum vaſallus ex acie fugiat, dimittatque dominum jam vulneratum, beneficium perdat, *c. 1. quib. mod. feud. amitt. c. unico. §. fin. de feud. ſine culp. non amittend.* ubi Frid. Schenck Baro, Hottom. Petr. de Ravennat. Vaſq. 1. *illuſt. cont.* 18. Gothofred. Antonii *diſp. feud.* 11. *theſ.* 8. *lit. b.* vide Luther. *tom* 3. *pag.* 315. *& ſeqq.* in quæſtione illa: Ob Kriegs Leute auch in einem ſeligen Stande ſein können / rc. & idem *pag.* 326. *tom.* 3. Majer. *in annalib. Belgic.* ubi remedia docent Theologico Politica, ne miles facilè dilabatur erumpat, nec bellum proſperis careat ſucceſſibus, ibi: Si Turcam
34 vincere † ſatagimus, reformemus Eccleſiæ ſtatusq; politici mores, priusquã in aciem deſcendamus, nec dubium eſt, quin Deus pugnaturus ſit nobiſcum miles haud dilapſurus. *Et alibi.* Turcam vincere, eſt ante omnia mores noſtros

ſtros vincere: hinc Luther. *d. tom. 3. pag.* 330. *ibi:* † Daß man Gott zuvor ge- 35
winne mit einem demütigen vnd furchtſamen Hertzen/ubi formulam ante pu-
gnam à militibus recitandam tradit, ibi: Wann ſolcher Kriegsleute in jhrem
Heer viel weren/ lieber / wer meineſtu würde jhnen etwas thun / ja wann neun
oder zehen ſolcher in einem Hauffen weren/ oder noch drey oder vier/ die ſolchen
(intellige ardentes preces à ſe traditas) mit rechtem Hertzen könten ſagen / die
ſolten mir beſſer ſeyn/ dann alle Büchſen/ Spieſſe/ Roß vnd Harniſch / dann
Chriſtlicher Glaube iſt kein Schimpff noch gering Ding/ ꝛc. *Marci* 11. *verſ.* 25.
fides dicitur omnipotens. Planè cauſa recuperandi † Palæſtinam, quod to- 36
ties tentatum ſed parum feliciter, inibiq; cultum reſtituendi ſepulchro Chri-
ſti, licet pia & juſta ſatis appareat, ſiquidem tamen paulò penitius eam intue-
mur, profectò videtur conatus irritus omnis. Cum certo certius ſit, reje-
ciſſe Deum Hieroſolymam, eamq; deletam perpetuo velle, ne lapis ſuper la-
pide relinqueretur, exſtinctamq; ibidem Eccleſiam eſſe, quam ſemel juſto
ſuo judicio repudiavit. Unde Luther. *tom. 2. de abuſ. Miſſ.* ait: Daß nach
dem Grabe Chriſti/ welches die Saracener innhaben/ Gott ſo viel nachfrage/
als nach allen Kirchen von Schweitz/ *pag. mihi* 49. *& in lib. de bulla Cæner. pag.*
58. Es gebührte dem heiligen Bapſt/ daß er ſelbſt vff ſeine Füſſe trette / hin-
gieng vnd Predigte den Türcken das Evangelium ſelbſt / daran ſetzte Leib vnd
Leben/ das were eine Chriſtliche weiſe Türcken zubekriegen/ꝛc.

Sed ad rem: Porrò 3. † arx eſt confinium cum hoſte limes terminusq; 37
munitus vel fidum contra impetus hoſtiles aſylum, præſidium, vel propugna-
culum. Caſtra † ſunt loca tentoriorum, vicorum, in quibus domicilia agunt 38
milites, vel territoria, quæ etiam caſtra dicuntur incorporata matriculæ im-
perii, utpote feuda imperialia. Atque hujuſmodi † arcem ſeu caſtra qui pro- 39
dit, eaq; ſine mandato, dolo malo aliove modo temerario, non ſumma rerum
id urgente tradit hoſti, legis Juliæ majeſtatis quoque reus efficitur, *l. 3. ubi Dd.*
ff. h. t. Quapropter Comes ab Hardeck fortiſſimum illud Hungariæ aſylum
(Raab, latinis Iaurinum dictum) irrequiſito Cæſare, nec extremâ id neceſſi-
tate exigente, cedens hoſti, meritò capite truncatus eſt. Vngeriſche Kriegs-
hiſtoria/ *quæ incipit ab anno 92. circ. med.*

Hoc flagitium † uti per ſe atrox & abominabile, ita ſæpenumero illis 40
ipſis, quorum gratia proditio facta eſt, deteſtabile exiſtit, juxta illud: Prodi-
tionem amo, proditorem odi. Qui enim proditoris opera uſus fuit, pericli-
tatur, ne idem ſibi referat proditor. Scribit Crantz. *9. Saxon.* 37. quod † Ca- 41
rolus Quartus cum Philippo Auſtriaco bella gerens, poſtquam proditoris
ope uſus eſſet, opus adulterinum proditionis moneta adulterina recompen-
ſaverit. Lepidum eſt proditoris præmium inſulam Rhodis Turcæ tradentis,
cui filiam excoriato ſponſam is promiſit. Camerar. *1. med. hiſtor. c.* 7. Sanè ea, † 42
ut plura paucis comprehendam, proditorum eſt deteſtatio, quæ beſtiæ vene-

Digitized by Google

noſæ, quibus cum virus & fel ademptum eſt, projicimus eaſdem. Plutarch. *in vit. Romuli.* hinc Epiſtola Aureliani *ad Chilonem.* Occidi paſſus ſum, ſcribit, cujus beneficio Thianam recepi, neque enim proditorem amare potui, libenter tuli, quod à militibus occideretur, cum mihi fidem vix ſervaſſet, qui patriæ non pepercit, &c.

43 Cæterùm † ad quintam L. Juliæ majeſtatis Claſſem *d.l.3.* pertinet, quo-
ties injuſſu principis Romani bellum geratur, quod proprium eſt ſolius Im-
peratoris, neq; ſubditis temerè concedi debet, quo occaſio majoris tumultus
& pernicioſæ malignitatis præcaveatur, *l.167. ubi Dd. ff. de R. J.* nec ſubditi ſibi
ipſis jus dicere nefariè præſumant, *l.10. ff. de juriſd. l.4. ubi Coſtal. ff. de jud. l. ex-
tat. ff. quod metus cauſ.* adeo ut omnes bellandi conatus & ſtudia privata pe-
nitus interdicantur, *d.l.3.* ibi: ne delectus habeatur, exercitus comparetur,
d l.3. diffidationes fiant. *receſſ. imper. de anno* 1552. *& anno* 1555. Cujac. 5. *feud.
pag.* 334. Bald. *in §. Vaſalli. de pac. tenend.* Schurff. *conſil. fin. cent.* 3. Frider. Mind.
1. *cap.* 25. *de proceſſ. extrah.* Hodie cum ejuſmodi quid contra leges publicas
attentatur, ipſe Cæſar contra militem injuſtum mandata avocatoria decernit,
44 ne prece vel precio militet, *Ord. Camer. p. 2. tit. 9.* ubi Ciſner. Utpote † cui
omnium maximè incumbit curare, ut pax illæſa in imperio cõſervetur, *l.3. ff.
de off. præfect. vigil. c.1. de prohibit. feud. alien. per Frider.* & nedum ſcandala a-
liaq; mala, ſed & occaſiones malorum è medio tollantur, *l.6. §. 3. ff. de off. præ-
ſid. l.13. §.3. ff. de uſufr. l.5. C. de his, qui ad Eccleſ. confuger. receſſ. imp. Ratisbon.
de anno 567. §.* So hetten wir. *receſſ. Spirenſi de anno* 570. §. nach erledigten
Puncten. *receſſ. de anno* 603. §. Vnd ob wir wol. Andr. Gail. *de pp. lib. 1. cap. 3.
45 num.* 11. ubi Principem † ſolertem paciſq; ſtudioſum ſimilem eſſe debere ait
Jano, antiquiſſimo Italiæ regi, geminam frontem poſt & præ ſe ferentem,
nempe ut præterita noſcat & futura proſpiciat, cum ex præteritis futura me-
tienda ſint, Eberhard. *in top. in loc. à præt. ad fut. ab anteced. ad conſeq.* quia in
minutis vigilandum, ne incidamus in majora, res quippe in initio puſillæ
46 creſcunt in majus, Gail. *d. loc.* ſcintilla † minima in maximum ſæpè incendiũ
exuberat, Anton. Fab. 9. *Cod.* 22. velut Tacit. 14. *annal.* ait: Omne malum
naſcens facilè opprimitur, inveteratum plerunque fit robuſtius, Cic. *Philipp.*
5. Ælian. *lib.* 19. unde verſiculi illi citati à Parthen. Litigioſ. *lib. 2. c. 1.*

Quæ præbet latas arbor ſpecialibus umbras,
Quo poſita eſt primum tempore virga fuit.
Tunc poterat manibus ſumpta tellure revelli,
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

Et Perſius *Satyr.* 5.

Helleborum fruſtra cum jam cutis ægra tumeſcit,
Poſcentes videas, venienti occurrere morbo.

Fucus à favo totius examinis morbus eſt, ideoque oportet bonum medi-
cum

Digitized by Google

cum ac legum fundatorem non minus, quam ſolertem apum cultorem emi-
nus præcavere, primum quidem ne fuci oriantur in civitate, deinde ſi orian-
tur, ut cum ipſis favis protinus excidantur, Plato *lib. 8. de repub.* Quâ in re
imperii ſtatuum officium eſt, curare ne quodvis hoſtile cæptum, in bellum
apertum erumpat, Imperatori æquè ac ſtatibus bella minantibus, quovis pa-
cto, ne bellum naſcatur, obviando, neq; † enim bellum unquam non detri- 47
mentoſum & ſummè ſcandaloſum fuit, imò priuſquam bella incipis, plus no-
cuiſti patriæ, quã his profuturus victor, victoriæ omnes lugubres ſunt, utpo-
te domeſtico partæ cruore, ait Valer. Maxim. *lib. 2. cap.* 8. civium opes ex-
hauris, domos funeſtas luctu, omnia latronibus, furibus ſtupratoribus im-
ples, has enim reliquias parit bellum, Eraſm. *in adag. dulce bell. inexpert.* Ju-
ſtin. Novell. *de arm. §. 1. & §. ſi autem, & l. C. publ. laetit. lib.* 12. ubi bellum perdi-
tionem animæ corporis & ſubſtantiæ inferre dicitur, hinc Lucan. 1. *de bello
civili:*

Heu quantum potuit terræ pelagiq; parari,
Hoc quam civiles hauſerunt ſanguine dextræ.

Ut idcircò divi † Imperatores tam ſollicitè animum ad pacem intenderint 48
in imperio ſartam tectam conſervandam, *receſſ. imp. Aug. de anno* 521. Worm.
522. *Noriberg.* 548. *Wormat.* 500. *Auguſt.* 555. *Ratiſbon.* 559. *Auguſt.* 566. *Spi-
renſ.* 570. bellatores temerarios pro hoſtibus imperii declarantes, ac in ban-
num, quod ipſo jure incidunt, pronunciantes, *ordin. Cam. p. 2. tit.* 15. Conſt.
Fred. *in receſſ. Auguſt. de anno* 559. §. Damit der hinfüro / *receſſ. Wormat.
de anno* 564. §. vnd damit / *receſſ. Ratiſbon. anno* 594. §. da aber einiger/ꝛc. Cir-
culorum † Ducibus, certa ac ſeria præcepta, qualiter graſſanti militi reſiſten- 49
dum, tradentes *receſſ. Auguſt. Carol. V. anno* 548. §. Wo ſich auch künfftig/
receſſ Ferd. de anno 564. §. Als in den Abſcheiden/ꝛc. quæ cautio à proficiſcen-
tibus commeantibus per imperium Ducibus cum exercitu exigenda, *receſſ.
Dep. Wormat. de anno* 564.

De militibus † circumforaneis vagabundis & pagatim graſſantibus 50
umblauffenden Herrnloſſen Knechten vnd Gartenbrüdern / qui incertis ſe-
dibus per imperium diſcurrunt atque colonos miſerè divexant, jus eſt, ut † 51
unicuiq; permittatur hoſce nebulones propria authoritate occidere, ut ipſi-
met mortem, quam minabantur, excipiant, & id, quod intendebant, incur-
rant, *l. 1. 2. C. q. unic. lic. ſin. jud. ſe defend. lib.* 28. §. 10. ubi Bart. *ff. de pœn. receſſ.
imperii, de anno* 555. §. Vnd damit angeregte / *conſtit. crimin. Carol. V. art.* 39.
Gail. 1. *de pp. cap* 4. Quandoquidem jure communi, quæ pro defenſione re-
rum, recuperatione ablatarum contra rebelles ſuſcipitur vindicta, permiſſa
atque licita ſit, Bald. *conſil.* 439. *volum.* 5. Bart. *in l. hoſtes, ff. de capt. & poſt. re-
verſ. c. 1. cap. 23. quæſt.* 1. hinc † juſtum bellum definitur propulſatio vis inſtan- 52
tis, defenſio corporis & bonorum recuperatio ablatorum, *Dd. in l. 3. ff. de j. &*

 j. l. 3.

Digitized by Google

1. *l.3.§.* cum agitur, *ff. de vi & vi armat. c. 2. 3. quæſt. 2.* Bart. *in l.2.ff.de ſerv. &*
aq. Bald. *in l.2.C.de ſerv.fugitiv.* Schenck Baro *de feud.tit.28.lib.2.* Petr. de Ra-
53 vennate *d.c.28.§.1.* ubi Feudiſtæ † concludunt, poſſe etiam irrequiſito Cæ-
ſare imperii ſtatus bella gerere, quam ſententiam quoq; ſtabilire videtur au-
rea bulla Carol. IV. *in tit. de diffidat. c.17.* Sed res plana eſt nec difficulta-
tem habet, ſublatâ nempe penitus diffidatione illa privata, *conſt. Max. in rubr.*
Von Auffhebung der Fehde / *& ord.pp.de anno* 1521. *rub.1. & 2. & de anno* 1548.
*Conſtit.Carol.V. art.*128. *&* 129. omnium verò expreſſiſſimè *per conſtit. Frider.*
3. de pac. quinquennali, ubi hoc caput 17. Aureæ Bullæ ſpecialiter abrogatur,
quam in corpore decretorum imperii omiſſam exhibet Goldaſt. in Reichs-
ſatzungen / *fol.* 183. Marquard. Freher. *in not. ad Pet. de Andlo lib. 2. c.16.* Min-
dan. *de proceſſ.extr.cap.25.* Gail. *1. de pp.4.* Denaiſ. *de jure Camerali tit.211.§.15.*
Schurff. *conſil.100.cent.3.* Henning. Gœd. *conſil.108. num. 22.* ad hoc enim ju-
diciorum uſus patet, hic legum actionumq; ſcopus & finis, ne quis ſibimet
ipſi jus dicat, quæ certè eluduntur pernitioſè, quoties ſingulis exemplo peſ-
ſimo id conceditur, quod per magiſtratum publicè poteſt fieri, ne occaſio ſit
majoris tumultus faciendi, ut ait Paul. *in l. 177. ff. de R. J.* hinc Tiridates apud
54 Tacit. 15. *annal.* † gloriatur, quàm magna laus, quaſi ſit aliena rapere, de
alienis certare, ibi: ſua retinere privatæ domus eſſe, at de alienis certare egre-
giam imò regiam laudem, &c.

55 Ad ſextam deniq; legis Juliæ Claſſem ſpectat, ſtatuarum † imaginum-
que Principis Romani violatio, *l.6. h. t.* Capic. *deciſ. 130. num. 10.* Foller. *in*
*pract.crim.in verb.item quod commiſit crimen læſæ majeſt.nu.*58. Sylveſter zum
Arenthal *in iconiſm. Aquil. Roman. collat. 10. ſub verſ. non prætereo, ibi aliud ſa-*
nè Herodi Regi perſuaſum, &c. ubi idem de inſignium imperialium violatori-
bus adſtruit. Cum enim ſtatuæ, columnæ vel Pyramides ſigna ac teſtimonia
rerum præclarè geſtarum eſſent perpetua, de quibus Horat. *in carmin.* ibi:

Exegi monumentum ære perennius,
Regaliq; ſitu Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo potens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, &c.

56 placuit † ab injuria hominum vindicandas eſſe, non ſecus ac ipſa deorum
aſyla ſine ſacrilegio haud violantur, *§.fin.inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alien.jur.*
ubi Schneidwin. *ego in diſput. meis Juſtinianis* Witebergæ *habitis diſp.2. theſi*
penult. Refert Ælian. *5. hiſtor. 5. Anonym. in not. ad Cunrad.* Hartz *tr. de inquiſit.*
57 *reor. concl.1. ad fin.* puerum † apud Athenienſes cum auream laminam, quæ
ex Dianæ corona deciderat, ſuſtuliſſet, in judicium deductum fuiſſe, judices
verò cum crepundia, talos & laminam auream propoſuiſſent puero, isq; ite-
rum ad laminam inclinaſſet, plexum idcircò ut ſacrilegum neq; veniam æta-
ti datum

Digitized by Google

ti datum: vindicta legis Juliæ hujus Claſſis ſat rigoroſa & crudelis. Nabuchodonoſor Babyloniç Rex ſtatuam ſuam adorari jubebat ſub pœna mortis. *Dan. cap.3.* Caligula † ſtatuam ſuam collocabat in templum Hieroſolymitanum, 58
eamq; adorari mandabat, cui cum gentiles cultum exhiberent, peringens riſus in templo Diaboli quaſi ſubſannantis hanc idololatriam ſive potius abominationem, exauditus fuit. Joan. Wolff. 1.*lect. memor. in cent. de calig.* Imò ſancivit Tyberius Cæſar (autore Claud. Suetonio *in illius vitâ, c.58.*) reum læſæ majeſtatis eſſe illum, qui circa Auguſti ſimulacrum ſervum cecidiſſet, veſtem mutaſſet, numo vel annulo effigiem impreſſam latrinæ aut lupanari intuliſſet, per dictum ullum factumvè ejus exiſtimationem aliquem læſiſſet.

Planè † qui ſtatuas imaginesvé privatorum violat vel ludibrio habet, 59
actione injuriarum tenetur, *l.27.ff. de injur.* quanto magis publicarum ſtatuarum offenſor, *d.l.6.ff.h.t.* Qua in parte defunctorum, quod ſtatuæ repræſentant, † hæredes contumeliam hanc vindicare tenentur, *l.1.ff. de injur.* ſcilicet 60
qui defuncti, ſiquidem is de ſanguine eorum fuerit, imago viva dicuntur, ut idcirco injuria ejuſmodi ipſos heredes quoque afficere videatur. *Dd. in d l.1. §.6.ff. eod.* hinc præcepta ſapientum: Defuncti injuria ne afficiuntor, de mortuo ne rideto, &c. Refert Robert. Ganguin. *in hiſt. Franc. lib.* 11. *c.* 12. quod licet Ludovicus II. Agnetem patris pellicem ſummè odiſſet, voluerit tamen 61
illibatam permanere memoriam defunctæ. Cum enim Clerici ſupplicarent, ut liceret monumentum defunctæ, in medio templi exſtructum, removere atque in locum alium transferre, id prorſus concedere noluit. Suidas de ſtatua Niconis *lib.6.* refert, ut cum eam æmulus defuncti fuſte cæderet, collapſam fuiſſe atque cæſorem oppreſſiſſe ſtatuam. Sic è contra homine crucem Chriſti immenſæ magnitudinis ſtantem juxta portas in porte du ſainct Niclae, in Lotharingia, adorante, decidit ſimulacrum, atque hominem ſua mole oppreſſit, quod viri illius loci non vulgares retulêre, demonſtrantes locum, quo ſteterat ſtatua.

Planè hæc ſtatuarum illuſtrium † reverentia, quam lex julia, uti abunde 62
dè conſtat, attribuit ſtatuis proculdubio in Eccleſiam ex foro proſerpſit cultus ille ſtatuarum & imaginum devotus, concilio Bizantino, anno Chriſti 741. ab Epiſcopis 330. qui illi concilio interfuere, damnatus, atque anathemate proſcriptus: Æneas Sylv. *in hiſtor. Boem. compend. in med. vide diſt.3.c.27. v.28. de conſec.* Hinc Colloquium Lutheri cum ſutore exquiſitum de imaginibus tollendis habitum Orlamundæ, ubi ſutor Lutherum adeò cõfundit. *tom. 2. pag. mihi* 465. Eraſmus Roterodam. *in lib. de laud. ſtultitiæ paſſim.* ibi: Sunt qui ſtatuis præcipuè Deiparç virginis plus propè tribuunt, quam filio, verum ab his Divis, quid tandem petunt homines, niſi quod ad ſtultitiam attinet. *p.* 28. adde Verger. *de Maria Lorettana Lipſ. de Maria Hallenſi & Aſpremontenſi.* ubi vir tantus, tantam prodit ſtultitiam. Poſtrema † legis Juliæ pars eſt, ut ſi 63

Digitized by Google

quis læſæ Majeſtatis reum captivumq; dolo vel culpa latâ dimittit, *d.l.3.ff.h.t.* deprompta hæc ex jure communi, & conformis eſt, *t.ff. de cuſtod. & exhibit. reor.* qui commentarienſis enim prece vel precio corruptus dimittit reum, eandem ſuſtinet pœnam, quam luere principalis tenebatur, *l.4.C. eod. ubi Bart.* Menoch. *de arbitr. jud. caſ.*302. Damhoud. *in prax. crim. cap.*17.*num.*3.
64 *conſt. crim. Car. V. art.*180. Sicut qui furioſum † dimittit ut noxam faciat, delictum committat, inde pœnis ll. ordinariis tenetur, *l.14.ff. de off. præſid.* legibus Platonis *lib.*12. cautum reperitur, ut propinqui furioſum domi, quocunque modo poſſint cuſtodiant, quod niſi fecerint, mulctentur, qui maximi cenſus ſunt drachmis 100. ſive ſervum ſive liberum minus diligenter cuſtodiant, qui ſecundi cenſus quatuor de quinque minæ partibus: qui tertii tribus, qui quarti, duabus, &c.

Atque hæ ſunt ſpecies criminis læſæ majeſtatis, quæ non uniformiter juxta juris civilis præcepta, hodie coercentur, quæ enim pœna proditionis ſit? docet *Conſtit. Car. V. art.*124. ſeditioſorum, *art.*127. diffidatorum, 129. blaſphematorum, 106. Commentarienſium, qui dimittunt læſæ majeſtatis reos 180. ac tandem conjuratorum in caput auguſtum, docet *l.5.C.h.t.* Dam-
65 hud. *cap.*62. ubi dicit: quod frequentius l. majeſtatis rei † ſecentur in 4. partes, ipſæq; locis eminentioribus ſuſpendantur, quæ pœna civibus ſeditioſis Francofurtenſium infligebatur anno 613. *deducente idipſum varia per jura Pet. Fel. Cæſare JCto in reſp. ſingulari jam tum hâc de re evulgato.* Ipſorum Cæſarum denique interfectores non ſat crudeliter puniri & excruciari poſſe contendo, Ægyptii, quo homines à tanto crimine abſterrerent, rebelles quoque corio vivos exuerunt, Scaliger *exerc.*246.*ſect.*2. excoriatos diu, magno cum cruciatu vivere, donec carnifex umbilicū ferro attingat, quo tacto, mox eos exſpirare refert Frid. Wendelin. *in admir Nili pag. finali.* ubi tamen notatum eſto, ne pœnæ crudeliores in non ſubditos, Ægid. Boſſ. *in tract. crim. de crimin. læſ. maj. num.*80. Bald. *in l.2.C. de crim. falſ. in conſiliarios Cæſaris,* Didac. Cant. *in quæſt. crim. c.*2. Boſſ. *d. loc.* nec quoties imperii ſtatus, inferioresq; Cæſare ſive tyranni offenſi fuerint, exerceantur. Didac. Canter. *d. loc.* Dura lex Valerii erat, cujus Plutarch. *in publicola* meminit, non modo abſolvens occiſorem tyranni, quam cuivis tyrannum occidendi poteſtatem concedens. Et ſanè ecquis magiſtratum cohortibus ſtipatum in jus vocabit, quos arces & pro-
66 pugnacula tenentem comprehendet? Phocas Maximinus † nullo judicio conſtituto aliiq; eodem pacto tyranni de medio ſublati ſunt. Adolphus anno 1296. Wenceslaus 1400. judicio parum ſolenni, exauctorati, vide eleganter Bodin. *lib.*2 *c.*5. Henricus Quartus heros incomparabilis an jure imperii inſignibus privatus ſit, dubito: Refert Carol. Molin. *in comment. ad Edict.*
67 *Henric. IV. Gall. reg. contr. parv. dat. Eccleſiæ Roman.* † quod hic inſignis princeps in aciem bellorum civilium à Pontifice motorum, ſexagies & bis deſcen-

Digitized by Google

deſcendere coactus fuerit, cum Marcus Marcellus non niſi trigeſies, Julius Cæſar quinquagies, & bis ſtatoria pugna ſummoq; Marte cum hoſtibus ſint conflictati. Carol. Molin. *d. loc. pag. mihi* 101.

Confiſcationem † bonorum rei læſæ majeſtatis, quam partem quoque 68
pœna legis complectitur, *l. 5. C. h. t.* quod attinet, meminiſſe oportet: Quod licet jus ſacrum diſponat iniquum eſſe, ut anima quæ non peccavit, moriatur, nec filius patris iniquitatem portare cogatur, *Deut. c.* 18. 4. *Reg.* 14. *Ezech.* 18. id generice, haud ἁπλῶς eſſe ſubintelligendum, nec enim allegati loci, jota quidem attingunt hanc noſtram juris materiam, & ponamus ita eſſe, non tamen inde aliquid momenti moveri poſſet, propterea quod jus ſacrum extra mandata moralia atque articulos fidei conſtitutione civili licitè queat mutari. Hinc eſt, † quod diſſimulandum non ſit, civiles Romanorum leges ad 69
eo cum Divinis conſentire, ut hinc penè ad verbum deſumptæ videri poſſint, Theod. Beza *in tract. de Polyg. pag mihi* 27. non ſecus uti canonibus permiſſum eſt, extra prædictos caſus cauſa neceſſitatis publicæ id exigente, nonnihil in divinis diſpenſare. Anton. Quett. *conſil.* 45. *num.* 13. *& conſil.* 98. *num.* 6. adde Donell. 13. *com.* 20. ubi adſerit † contra principia juris civilis Papam non poſ- 70
ſe diſpenſare. Unde Jeſuita Contzius *lib. 6. polit. c.* 28. Papæ, † ſi mala jubet, 71
non parendum, ſi injuriam inferat, licita eſt contra eum inculpatæ tutelæ defenſio, non ſecus ac contra tyrannum, cum † Eccleſia militans fallat & fallatur. 72
text. in c. à nobis de ſent. ex omm. Joan. Baptiſt. *Zilett. 1. vol. conſil. matr. conſil.* 48. *num.* 6.

Cæterum quod pœna L. Juliæ in liberos tam rigoroſè exacuetur, *in d. l.* 5. inde evenit † procul dubio, ne vel necem patris ulciſci & criminis pater- 73
ni veſtigiis inhærere valeant, *d. l.* 5. Cum pauci filii patribus meliores, plures pejores inventi fuerint, Valer. Max. 3. *cap.* 5. unde Marcell. Palingen. *in Leone pag. mihi* 116.

Nam ſimiles ſiunt nati plerumq; parentum,
Qualis quæq; arbor, tales ſolet edere fructus.

Neq; enim arbor mala fructus bonos producit, *Matth.* 7. *&* *Luc.* 6. & Ariſt. 1 *polit.* 4. uti ex hominibus homo (ait) ex beſtiis beſtia, ſic ex † homine bo- 74
no bonus generatur. *&* 3. *cap.* 8. conſentaneum eſt, ex melioribus ortos fuiſſe meliores. *&* 3. *Rhetor.* ex probis probos. Uvas acerbas comederunt patres & dentes filiorum obſtupuêre, ita legitur *in Jerem. c.* 33.

Et quanquam conſtitutio pœnalis utrumq; ſexum complecti ſoleat regulariter, late Joan. Gœd. *in l. 1. ff. de V. S.* Placuit tamen ratione † filiarum rei 75
majeſtatis, hanc pœnam nonnihil mitigari. Ipſæ enim uti molles nec auſuræ hoc, quod pater improbus audebat, capiunt de ſubſtantia materna, ſive ea teſtata ſive inteſtata deceſſerit, falcidiam *d. l. 5. §.* 3. nec infamiam paternam, inſtar fratrum, incurrunt, *d. l. 5. §. 3.* hinc Aurelianus Imper. Zenobiam à militibus ad

bus ad

Digitized by Google

bus ad pœnam requiſitam inde, quod ſibi imperium uſurpaſſet, ream l. Juliæ Majeſtatis dimiſit impunè, Flav. Vopiſc. *in Vit. Aurel.* juxta Virgilii illud *l.2 Æneid.*

——— *Nullum memorabile nomen*
Fœmineâ in culpa eſt. ———

76 Colophonis ergo: Quid ſi quis Romano Principi maledixiſſet? Jus † Sacrum & Canonicum morte dignum eum judicant, *Exod. 22. Act. Apoſt. c. 23. cauſ.*
77 *25. quæſt. 1.* jure civili id † negatur, *l. unic. C. ſi quis Imper. maledix.* quam legem tres ſucceſſivè Imperatores promulgarunt, ut Impp. Theod. Arcad. Honor. *Aaa.* Rufino præfecto præt. tranſcriptam, quam inſcriptionem, ſcilicet trium Imperatorum vix in Codice invenies, Petr. Lorich. *de vind. German. ad exter. pag. mihi 97.* Ut ſummè mirari liceat vel [1] modeſtiam tantorum Imperatorum, quæ etiam Auguſto tribuitur, Quintil. 2. *Orator.* etiam
78 paſquillos de ſe ſparſos non expaveſcenti, quem † Tiberium inde increpaſſe dicitur, cui reſpondet Auguſtus: Noli nimium indignari hac de re, mi Tiberi, ſufficit ſi nemo eſt, qui nobis malè faciat, Sueton. *in Tiber. & vit. Auguſti.* De Alexandro etiam hoc prædicatur, quod conviciis impetitus dixerit: Regium hoc eſſe, cum benefeceris, malere audire, unde Lorich. *d. loc. p.* 98. Bone Jeſu, ait, noſtris temporibus, quæ vehementia & peraſpera producunt capita, ſi proceres verbo aliquo percellantur non immeritò, quanta truculen-
79 tia, quantus furor, quanta rabies? [2] vel contemptu infamiæ, Nero † enim omnium quadrupedum nequiſſimus, ait Tiraquell. *in præf. tr. de pœn. num.* 17. eos, qui in eum maledicta atque convicia congeſſerant, pœna affici prohibuit, &c. hinc illud Juvenalis:

——— *Famam contempſerat olim*
Cujus apud molles minima eſt jactura. ———

Sueton. tamen *cap.* 32. longè aliud de ipſo teſtatur, ſcribens Neronem etiam optimè de ſe dicta interpretatum fuiſſe in partes deteriores, modo delator non abeſſet, eáque legis Juliæ Majeſt. pœna vindicaſſe, Contz. 8. *polit.* [3] vel ſingulari privilegio ebrietati conceſſo, quoniam in propatulo eſt, tempore
80 latorum illius legis, Græcis † adeò uſitatam fuiſſe, ut ſub ſcyphis commiſſa deliria prorſus impunita relinquerentur juxta illud Horat. 2. *Satyr.* 6.

——— *Prout cuiq; libido eſt,*
Siccat inæquales calices conviva ſolutus
Legibus. ———

aut quod prorſus judicia compotationum de iis, qui fideliter non epotaſſent reddita fuerint ſecundum eundem, 2. *Satyr.* 2.

——— *Poſthac ludus erat cuppa (culpa,)*
Potare magiſtra.

81 Quam † conſuetudinem Græcos adhuc imitari, atteſtatur Joan. Jacob à Bu-

chenb.

Digitized by Google

chen. 6. *in itiner. lib.* 1. Hiſce † moribus prædicti Impp. morem gerere & nonnihil temulentiæ indulgere voluiſſe videntur. Prout † ſæpenumerò ma- 82
giſtratus prudens & politicus connivere ſolet iis, quæ ſine ſcandalo non niſi ſucceſſu temporis abrogare poteſt, exemplo Moyſis, Judæis duræ cervicis, quod concedendum non erat, aliquando permittentis. Quoniam vero, [1] modeſtia illa & remiſſio injuriarum, quę non niſi contemptū parit nec à capite tanto ferenda, † cum ad ſeveritatem declinare tutius, quam ad contem- 83
ptum, Arniſæ. 2. *polit.* 4. [2]. nec exemplum Neronis, ſi verum eſt, quod adſeritur, trahi poſſit ad conſequentias, *l. 16. ff. de ll.* adeo, ut † Alcibiades, qui 84
quoque famæ prodigus à quibuſdam dicitur, pertœſus maledicentiæ canem, quem coronatis ſeptingentis emerat, caudam præciderit, ut hæc doformitas & mutilatio naturæ contraria & eo tempore inſolita in omnium oculos & ſermones incurreret, ſubinde talem loquendi occaſionem dare ſatagens in alia ſua facta, interea ut minus inquirerent, Warem. ab Erenberg. *in tract. de fœd. p. 1. pag. mihi* 238. [3] tandemque † ebrietas, utpote occaſio omnis mali, 85
cum in hominum vita, quicquid eſt malitatis, calamitatis & nequitiæ, ſola voluptas prodat, Camer. 2. *med. hiſtor.* 36. receſſibus imperii damnata ſit, ac proinde unâ corruat, ſi quod privilegium eidem inhærere poterat, *receſſ. Auguſt. reform. polit. de anno* 530. & 1548. *ſub tit.* Vom zutrincken / adeoque *l. 6. §. 7. ff.* de re militari abrogatâ in der Römiſchen Reuter Beſtallung / *Max. 2. noviſſ. conſt. Spirenſ. de anno* 570. *art.* 50. *ibi:* Welcher Vollerey halben † Feindes 86
Noth verſaumet / oder verſchläffet / der ſoll an Leib und Leben geſtraffet werden / *adde art. 52. ejuſdem conſtitut.* hinc Epaminondas Thebanorum Rex, cum excubias militum circumiret, ac deprehendiſſet militem dormientem, transfodit eum gladio, ajens: hominem inveni mortuum, quem reliqui mortuum. Plutarch. *in paralell. cap.* 3. hinc emphatica verba *reform. polit.* ſupra partim relatæ de anno 548. §. Nachdem / ibi: das Zutrincken iſt eine endliche Urſa- 87
che alles Ubels / und dem Menſchen an ſeiner Seligkeit / Ehren / Gunſt / Vernunfft / langem Leben und Manheit nachtheilig / ꝛc.

CAPUT V.

DE INDICIIS LÆSÆ MAIESTATIS humanæ.

SUMMARIA.

1. *Indicia læſæ Majeſtatis quoad obſidum fugam & dimiſſionem, quæ?*
2. *Quo fine obſides potiſſimum recipiantur?*
3. *Quàm crudeliter obſides tractati, rebellantibus devictis.*
4. *Obſides fugientes impunè occiduntur.*
5. *Hoſtilitatis & belli indicia quæ?*

Digitized by Google

6. *Indicia, quæ ex Comitiis & Collegiis illicitis eliciuntur, diverſimodè poſſunt conſiderari.*

7. *Delictum unum parit indicium delicti alterius.*

8. *Duæ vel plures qualitates in eodem ſubjecto concurrentes, diverſimodè quoq; conſiderari poſſunt.*

9. *Quæ circumſtantiæ Collegium faciant ſuſpectum, & quanta hinc indicia?*

10. *Ius collegii non habentes ſine prava coitione non cogunt conventicula.*

11. *Plinius Bythiniæ proconſul nedum fabrorum paſſus collegia ſine ſpeciali Trajani reſcripto.*

12. *Vtrum Iudæi jus collegii habeant?*

13. *Milites in caſtris an jus collegii habeant?*

14. *Nocturnæ coitiones paſſim ſunt ſuſpectæ.*

15. *Cur Dæmonax Philoſophus ſacra Eleuſina contempſerit?*

16. *In Boëmia aliquando nocturna ſacra & coitiones fuerunt commiſſa, non ſine immani ſcelere & ſcandalo.*

17. *Ordo fratricellorum ſive Beghinarum nocturna quoq; celebravit ſacra impietatis & nequitiæ pleniſſima.*

18. *Qualiter Bacchanalia in Hetruria quondam ſint peracta, & poſtea ad Romanos tranſlata?*

19. *Conſpirationes, fœdera, ligæ, quanta indicia pariant?*

20. *Status imperii ne ſanciant fœdus cum exoticis.*

21. *Definitio fœderis legitimi ſubjicitur.*

22. *Fiſcalis Camera inquirat in injuſta fœdera.*

23. *Indicia maligni & injuſti fœderis & Ligæ quæ?*

24. *In omni fœdere Cæſar. Romanus excipitur.*

25. *Quid de fœdere Hanſiatico arbitrandum?*

26. *Clypeum defenſionis induere quid?*

27. *Qualiter à rege ad tempus deficere liceat?*

28. *Quomodo Gallia ſeſe exemerit poteſtati pontificum?*

29. *Indicia ſeditionis referuntur.*

30. *Cur authores ſeditionis tantummodo plectendi ſint?*

31. *Quando nedum multitudini parcendum ſit?*

32. *Peccati agnitio, peccati medicina.*

33. *Effectus deſperationis permagni.*

34. *Pontius Pilatus iniquiſſimè proceſſit, Dominum Salvatorem mundi, ob tumultum popularem, morti condemnans.*

35. *Moſes non pepercit multitudini peccanti.*

36. *Quid de decimatione antiqua ſeditioſorum?*

37. *Quo ſtratagemate plebs ſeditioſa ſedanda?*

38. *Indicia proditionis referuntur.*

39. *Iudas proditor an adhuc vivat? uti quidam ſcribunt.*

40. *Miracula prophana aliquot deſcripta, haud diſſimilia ſummis Dei miraculis.*

41. *Principes inſcii multos latrones fovent in aulis ſuis.*

42. *De indiciis proditionum aulicarum.*

43. *Prudentiam non niſi prudens capit.*

44. *De ſubtilioribus non guſtat aſinus.*

45. *Quomodo proditor ſub quæſtione examinandus ſit?*

46. *Indicia proditionis militaris quæ?*

47. *Factioni civili nihil mali non ineſt.*

48. *Quibus factionibus Dux Albaniæ inſidiatus ſit regnis ſeptentrionalibus?*

49. *Quo conſilio Hiſpanus Belgiam ſuperare conetur?*

50. *Quæ terrarum loca Antichriſtus ſuperaturus non ſit?*

51. *Alia adhuc proditionis indicia recenſentur.*

52. *Quam neceſſarium hoſtes ſpoliare commeatu?*

53. *Quomodo aura popularis ut maxima captanda in bello?*

54. *Quæ Romanorum olim fuga & deſertionis pœna?*

55. *Iuramentum militare Romanorum deſcribitur.*

56. *Omnis fuga eſt periculoſa & proditoria.*

57. Quan-

Digitized by Google

57. *Quando demum miles fugere poſſit, & quo ordine militari?*

58. *Major fugiendi, quam pugnandi ars eſt.*

59. *In ſpe tenui audacia tutiſſima eſt.*

60. *Quo ſtratagemate miles proſequens in fuga tardandus?*

61. *De Carolo Borbonio nonnulla relatu digna.*

62. *Sub neutralitate immenſæ latent inſidiæ.*

63. *Quâ cautelâ neutralitas ſit probè tenenda?*

64. *Neutralitas paſſim diſſuadetur à politicis.*

64. *Quæ incommoda neutralitatis?*

68. *Salvaguardia infert tacitam ſubjectionem.*

69. *Qualiter Salvaguardia proditionis indicium præbeat?*

70. *Quomodo puniatur, Salvamguardiam offendens?*

71. *Salvaguardia & ſalvusconductus an differant?*

72. *Rationes quædã dubitandi reſolvuntur.*

73. *Cur agricolæ & opifices ad bella inepti.*

74. *Reſolvuntur argumenta quædam contraria.*

75. *Mortem non timet, qui minus deliciarum novit in vita.*

76. *Tranſgreſſio mandati in literis capitalis eſt.*

77. *Enormis annonæ erogatio indicium proditionis ſpirat.*

78. *Quomodo frumentum ſub terra recondi perdiu poſſit?*

79. *Quæ ſtatuarum Principis violatarum indicia.*

80. *Quomodo Ennius eques Romanus hac in re criminis poſtulatus?*

81. *Explicatur hoc indicium variis exemplis illuſtrioribus.*

82. *Judaicis bellis initium præbuit ſtatuæ Tiberii contemptus.*

83. *Qualiter vis publica in læſæ majeſtatis incidat delictum;*

84. *An & quando principi de maleficio referẽti credatur, & quale indiciũ inde emergat?*

QUemadmodum læſæ majeſtatis crimen in ſeptem ſpecies cum Ulpiano, Marciano & Venulejo JCtis diviſimus, ita conſequentiæ ratio ſuggerit, ut in enucleatione indiciorum iſtius criminis, ordinem eundem quoq; amplectamur.

Primæ claſſis itaque ſunt † indicia, cum obſidibus converſatio, commu- 1
nicatio & familiaritas, migratio & fuga cum obſidibus, arma vel inſtrumenta, quibus ſe expedirent, obſidibus ſuppeditata, literæ de intervertendis obſidibus penes aliquem repertæ, aviſatio obſidum, quo aufugiant, inſtante eo-
rum ſupplicio. Equidem obſidum † jus eſt, ut quoties inducias, pacem, fidem 2
frangant hoſtes, illi capite plectantur, proinde Liv. *lib.9.* In veliternos veteres cives (inquit) graviter ſævitum, quod toties rebellaſſent, muri disjecti,
ſenatus abductus. Idem: perfugæ † bello punico Romam miſſi, virgis in co- 3
mitio cæſi & de ſaxo dejecti, obſides vero capite luebant, ſi qui dederant, à fide deſciviſſent.

Porrò cum Volſci fidem fefelliſſent, Romam trecentos Volſcorum
obſides ſecuri percuſſerunt. Dionyſ. Hallic. *lib.6.* Sic Tarentinorum † obſi- 4
des (quantum fugæ pœnam attinet) fugientes retracti ac virgis diu cæſi de Tarpejo dejecti ſunt. Livius *lib.35.* Adeò ut hæc clauſula, ut obſides in pœnam capitalem acciperentur, veteribus planè fuerit incognita, quandoquidem ſem-

Digitized by Google

dem ſemper jure licuerit obſides non modo fugientes necare, verum etiam
ſi illi, qui obſidibus caverant, fidem fregiſſent. Jul. Cæſar *in Comment. bell. à ſe*
geſtor. paſſim. Bodin. 5. *de repub.* 5. *pag mihi* 965. Cæterùm 2. & 5. claſſis l. ju-
liæ majeſtatis indicia pro identitate ſubjectæ materiæ ſunt paria; Ergo idem
5 de iis judicium, Eberhard. *in top. in loc. à pari.* Indicia verò † harum ſpecie-
rum ſunt clandeſtinæ & repentinæ ducum militumq; conſcriptiones, minæ,
factiones, conjurationes in rempublicam & ſalutem Romani imperii factæ,
inveterata odia, hoſtilitates, ambitio, cupido, & conſuetudo dominandi ſu-
per gentem alienam, amplificandi potentiam, opes, fortunam, affectata ty-
rannis, invaſio confinium ſuſpecta, confœderationes interdictæ, & legibus
imperii adverſantes, ligæ cum exoticis exteriſq; Regib. & Principibus factæ,
clarigationes, repreſſaliæ, pignorationes vel apprehenſiones civium vel
populorum Romani imperii.

Tertia claſſis, quæ eſt collegiorum illicitorum & ſeditionis materia,
uti diverſas comprehendit ſpecies, ita quoque non niſi diverſa admittit indi-
cia. Cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio, jus & diſpoſitio.

6 Neque hic adverſatur, quod † coitiones & collegia interdicta alibi *c.* 92.
indiciis adſcripſimus generalibus collegiorum illicitorum, prout inter indi-
cia ſeditionis eamet haud incongruè etiam collocantur à Dd. *in l.* 11. *ff. de illic.*
colleg. Reſp. non novum neque inconveniens eſſe, ut res & cauſæ pro ſub-
jecta materia oblata diverſimodè operentur. Bald. *in l.* 15. *§.* 1. *ff. de adopt. & in*
l. 5. *ff. quand. ex fact. tutor.* adeò, quod *parte* 1. toties inculcavimus, ſæpenu-
7 mero contingere conſtat, delictum † unum indicium parere alterius, *d. p.* 1.
8 *cap.* quò pertinet trita ætiologia juris: Quod quoties † duo vel plura jura,
actiones vel præjudicia concurrant diverſa in re vel perſona eadem, ea non
confundenda eſſe, ita vero accipienda, ſeparanda, acſi in rebus & perſonis
concurrerent diverſis, quod egregiè explicat Eberhard. *in top. in loc. de tanq. ſeu*
9 *reſpect. & in loco de ſubjecta. mater.* Collegiorum † ſeu conventuum iſtiuſmo-
di indicia ſunt, cætus inuſitati, nec legibus permiſſi conventus, congregatio-
nes privatæ & clandeſtinæ, nocturnæ atque in locis ſuſpectis coactæ coitio-
nes. Neque hic præterea movet, quod ipſi cœtus illegitimi dicantur illegiti-
morum conventuum indicia. Cum enim congregatio omnis & quælibet
collegium illicitum dici jure nequeat, priuſquam conſtet, 1. utrum coëun-
tes jus collegii habeant, 2. eoq; dextrè & ſine noxa vel fraude utantur.
10 Profectò † collegii non ſatis fundata conſtitutio vel approbatio indicium
quæſtioni ſuppeditat, facitq; ſuſpectam coitionem ſuſpecta conſilia in colle-
gio illicito vel revocato acta, unde deinceps promanat conſequens præſum-
ptio, quam indicia hæc præ ſe ferre ſtatuimus, neque enim ex tribulis ficos,
de ſentibus uvas colligere licet, cumprimis republicâ quodammodo nutan-
te, collegiatis, generalibus indiciis paſſim notatis, in tantùm ut qui Romæ
antiqui-

Digitized by Google

antiquitus collegia jure & conceſſione ſpeciali haud permiſſa agerent, apud præfectum urbis accuſarentur. *l. 1. §. fin. ff. de off. præf. urb.* Quapropter † 11
Plinius Bythiniæ proconſul nedum collegium fabrorum ipſe inſtituit, licet è re Nicomedenſium fore exiſtimaret, quin potius id Trajano referret, *lib.10.epiſtol.* Sic † Judæis religionis cauſa conventus in provinciis præſides 12
inhibuiſſe conſtat, donec Auguſtus epiſtola ad Norbanum Flaccum Aſiæ proconſulem ſingulari reſcripto jus collegii eis concederet, quod poſtea Claudius expreſsè revocavit, Dion. *lib.58.* hinc *in l.1.C.de Judæis.* ſancitur, ne Judæorum univerſitati, veluti publicè improbatæ, legari poſſit, & *in l.1. ff. de colleg. & corpor.* dicitur: quod † neque milites in caſtris collegia habere poſ- 13
ſint. Barnab. Briſſon. 1. *antiq. ſelect. c.14.*

Nocturnas & clandeſtinas coitiones hic intelligo, ſi quos conventus 14
quoque agant hi qui collegiorum jus habent, quoties clam non apertè collegiati congregantur, cum clam geſta non careant ſuſpicione, juxta illud; Qui malè operatur, lucem odit, *Johan 1.c.conſuluit.de poteſt. & off.jud.Roman.conſil.54.col.3.* Unde Philoſophus ille † Dæmonax ad ſacra Eleuſina accedere no- 15
luit, quo nomine accuſatus, veluti patriç religionis contemptor reſpondit: Sacrificia ejuſmodi ſibi eſſe ſuſpecta, propterea, quod clanculum, & in occulto fierent, quoniam ſi bona eſſent, ea omninò in aperto fieri oporteret, Lucian. *in vit. Philoſoph. pag. 234.* Faber. *or. inſt. 5. c. 20.* quem non fefellit opinio, non ſecus ac quondã † Boëmi nocturnos agentes conventus ſacra ſcil. 16
conficiẽdi immania patrarent flagitia. Quamprimum n. Geneſeos illud pronunciaretur, quod ſæpiſſimè contingebat, *creſcite & multiplicamini, &c.* lumina, quæ accenſa erant, ilico exſtinguebantur, & tunc neque ætatis ulla neque ſanguinis attentâ reverẽtia promiſcuè viri, & in quam per tenebras quiſq; incideret, mulieres cognoſcebant. Peracto ſcelere, cum in locum quiſque ſuum ſe recepiſſet, luminaria rurſus accendebantur, & ſacra peragebantur, quam nefandam impietatem quatuor Reges, Wenceslaum, Sigiſmundum, Albertum & Uladislaum extirpare voluiſſe ſed fruſtra id attentaſſe ſcribit Joan. Boëm. *in lib. de morib. & ll. gent. lib.3. cap.11. pag. mihi 235.* Propter quam impietatem & luxum ſimilem & jam olim Majuma ſublata *in tit. C. de majum. lib.11. ibiq́; Dd.* Wilhelm. Antonii *in corollar. tr. ſuo de reſcript. morat. ſubject. ſect.1. corol.5. in fin.* Cæterùm ordo Fratricellorum vel Beghinarum quoq; talis fuit, ut frater & Monacha nocturnos agerent conventus in locis abditis, ubi ſacerdos primum quædã in laudem Dei cecinit, deinde de religione diſſerens, promiſcuos amplexus virorum & mulierum exſtinctis luminibus concedebat, infans ſubinde natus violentis manibus, eo uſque fuit diſtractus, ut exhalaret animam, in cujus vero manibus is exſpiraret, ſede vacante Pontifex Maximus inter ipſos creabatur, Bernhard. Lucell. *lib.8. Saxon.* qui ordo à Bonifacio VIII. Clemente V. & Joanne 22. damnatus atque excommunica-

 tus

Digitized by Google

tus reperitur, Joan. Wolff. 13. *lect. memor. pag. mihi* 540. Similia hiſce con-
18 ventibus† bacchanalia in Hetruria primò recepta, mox Romam perlata, ubi
noctu multa, vini & crapula epularum maribus permixtæ mulieres in abdi-
to conventus concelebrarunt, nullo neque ſexus neq; ætatis reſpectu habi-
to ad promiſcua puerorum ac matronarum ſtupra irruentes, quorum ſacro-
rum capita Qu. Martius, Philippus & Poſthumius Albinus conſules abroga-
runt, Sabell. *Ennead.* 5. *lib.* 7.
19 Similes denique, ut ad priora revertamur, † hiſce collegiis & conven-
tibus illicitis, conſpirationes, pacta, fœderationes, Ligæ eorum nempe, qui
jus fœderis non habent, qua de re Aurea Bulla *cap.* 15. ibiq; Buxtorf. Arumæ.
& Rumelin. *in comment.* Conſtit. Frider. *de pac. tenend. l.* 15. *C. de Epiſc. & Cler.*
Farin. *in tract. crim t.* 4. *q.* 113 *num.* 169. Schrader. *de feud. pag.* 10. *ſ.* 10. *num.* 27.
Roland. à Valle *conſil.* 17. *volum.* 4. *conſtit. imp. de p. p. anni* 1548. ibi: Daß kei-
ner einige *conſpiration* oder Bündnuß wider den andern auffrichte/ *juncto re-
ceſſ. imperii, de anno* 1155. §. Setzen demnach ordnen vnd wöllen/ *& receſſ. de an-
no* 1495. *ſub rubrica.* Die Königl. Majeſt. ſoll keinen Krieg anfahen/ ubi di-
20 sertè ſancitur, daß die Churfürſten † Fürſten vnnd Stände deß Reichs ohn
wiſſen vnnd willen Jährlicher Verſamblung/ kein Bündnuß oder Einigung
mit frembden Nationen oder Gewalten machen ſollen/ die dem Reich zu
Schaden/nachtheil oder zuwiedern ſein möchten/ꝛc.
21 Quapropter † fœdus non immeritò pactio publica ad bellum geren-
dum contra alios inita dicitur, Mancin. *de jur. priv.* 6. *cap.* 12. Thuan. *lib.* 41. *hi-
ſtor.* paulo aliter fœdus definientes. Exinde conſtat, quid judicandum de fœ-
deribus illorum ſtatuum, urbium, quæ jura majeſtatis non habent, *l.* 16. *ubi
Gœd. l.* 17. *num.* 17. *ff. de V. S.* Gail. 1. *obſerv.* 1. *num.* 18. nempe, ſi quæ fœdera
22 illas ferire contingat, in hoc caput L. Juliæ incidant, nec dubium eſt, quin †
Fiſcalis Cameræ in diffamatas civitates, eò, quòd arma capere ſatagant, in-
23 quirere poſſit, cujus rei indicia † clanculariæ conſiliorum communicatio-
nes, ſuppeditatio commeatus, annonæ, pecuniæ, militum receptio ſocio-
rum interceſſio, & deprecatio culpæ tranſgreſſorum importuna & enixa, de-
negatio auxilii, commeatus, paſſus ſive tranſitus, cui jure opitulari debeba-
mus, &c. Cæterùm quod nonnulli ſtatus urbesq; jus fœderis habeant, tra-
dit Warem. ab Erenberg. *in medit. pro fœder. part.* 2. *pag. mihi* 30. *& ſeqq.* ne-
que addubitat Buxtorff. *ad Conſt. Carol. IV. aur. bullæ. theſi* 49. *lit. b.* quin li-
ceat imperii ſtatibus ejuſmodi fœdera, quæ pacis publicæ & ſecuritatis ergò
24 fiunt, inter ſe contrahere, *ord. Cam. p.* 2. *t.* 9. §. So jemand/ubi tamen † per-
ſona Imperatoris auguſta omninò excipitur, Bodin. *de rep.* 1. *cap.* 7. *num.* 77.
Dn. Joan. Wurmſer. *exercit. Academ. de jur. publ.* 8. *quæſt.* 2. Hanſaticum †
fœdus quod attinet, anno Chriſti 1270. inſtitutum, niſi à Carolo Quarto
confirmatum eſſet, nullius precii eſſe exiſtimarem, quoniam illud fœdus non
tam

tam civitates liberas, quàm mediatè ſubjectas imperio, in Comitiis, nec circularibus conventibus, nec ſeſſionem nec vota habentes, complectuntur, Warem. *d.loc.p.1.pag.mihi* 149. Steph. Jun. *in tr. de vindic. contr. Tyr. quaſt.* 2. ut dubitandum non ſit, quin inveterata longaque annorum ſerie recepta & præſcripta confœderatione conglutinati, contra Tyrannum jus & jura perniciosè violantem, ſcutum clypeumq; defenſionis opponere jure poſſint, Regem Regi agentem pareant, Regi fines excedenti contra fidem, pacta, inducias, capitulationes notoriè procedenti parêre iniquum ducant. Neq; enim pro imperii hoſtibus cenſendi ſunt, quicunque † clypeum hoc pacto indue- 26
re coguntur, qui armis laceſſiti, vim illatam demum propulſant, nam ut fugitivum ſervum illum jure non dixeris, qui vulnus intentanti domino manum opponit, qui furenti ſeſe ſubducit, cellulæ ſuæ januam, interea dum furor deferbuerit, occludit; ita † defectores non ſunt multò minus hoſtes regis, qui- 27
cunq; ſtatus particulares pari furore percito, portas urbis claudunt Regi donec reſipuerit: ita David furores Saulis avertit, Sailam urbem regi opponit, militem colligit, non ut vitam Sauli adimat, ſed ut ſalutem propriam tueatur, ejuſmodi ergo ſignis, ait Auguſtin. *de Civit. Dei, 16. cap.* 21. hi à defectoribus diſtinguendi ſunt, præſertim ſi ſtatus unus atque alter ita à Rege ſecedat, ut ſublatâ ſeceſſionis causâ ultrò redeundũ ſtatuat, quaſi poſtliminii jure, tunc enim non à Rege ſed à Joramo receſſêre, Steph. Jun. *de vind. cont. Tyran. q.* 2.
Hinc † Gallia Bonifacio 8. regalia regni ſibi vendicanti, etiam Sorbona ita 28
reſpondente, Pontificis poteſtati, quam antehac pluris fecerat ſeſe ſubtraxit, Bodin. 1. *de repub.* 9. *pag.* 219. & quod plus conſcripſit exerercitum, quem Nognareto Duce in agros Romanos miſit, qui Pontificem captivum duxit, Rex vero (Philippus pulcher) Papam furore & amentia correptum conſpiciens, liberum tandem abire paſſus eſt, Bodin. *d. loc.* Benedictus 13. affectavit idem, à quo ſimiliter defecit Gallia, Papam pro hæretico (auſu temerario) declarans, ut tandem Clemens 5. Philippum pulchrum ab interdictione Bonifacii 8. purum & ab omni Pontificum poteſtate & imperio liberum pronunciaret, quod decretum ſeptem pontificum reſcriptis renovatum & confirmatum eſſe, ait Bodin. *d. loc. pag.* 219. Pluribus argumentis pro dicto fœdere Hanſatico pugnat Joh. Wurmſer *exercit. Acad.* 8 *q.* 5. *per tot. ubi vide omninò.*

Denique ſeditionis † indicia ſunt, partim ex indiciis generalibus repe- 29
tenda, ut minæ, converſationes cum ſeditioſis, mali & depravati mores, conſuetudo commovendi turbam, partim variis rerum circumſtantiis & ſignis particularibus depromenda, ut conſpirationes, collegia illicita, de quibus modò diximus, quod indicium huc refert Guntherus Poëta *lib.* 8.

Nec conventiculum nec conſpiratio fiat:
Sive ſodalitii, ſeu juncti ſanguinis aſtu.

Cui

cui interfuiſſe dicitur reus, quod collegium poſtea in ſeditiones & motus apertos erumpat, literæ, quæ ſeditionem ſpirabant, præ ſe ferebant, penes aliquem inventæ, clamor & vociferatio alicujus ſub tumultu & concurſu populi, ut plurimum audita, obſervata, pulſatio campanæ, ſi de authoribus quæratur, tympani, clangor tubarum aliusq; ſigni editio, concio ad populum, convicia in magiſtratum, de quorum corio luditur, conjecta, apportatio armorum, novarum aviſatum, quibus populus magis magisq; concitatur, relatio, & quæ alia, &c.

30 Contra authores † indicia hæc ut maximè ſtringere ajo, quæ locutio ſubjectæ materiæ inde potiſſimum quadrat, quòd inquiſitio hæc regulariter in authores formari ſoleat, Machiavell. *lib.* 2. *c.* 24. Tacit. 2. *annal.* Schonborn. 7. *polit.* 14. ſcilicet qui primi ſoliq; ut plurimum ad pœnas luendas evocantur. Qui enim omnes ſeditionis reos, omnes complices coërcere, & ad ſupplicia rapere ſatagit, infinitis ſeſe cruentabit cædibus, non habiturus aliquem cui parcere poſſit, *c. conſtitueretur. in fin. diſt.* 50. *c. ordinationes, in fine, & c. ipſa pietas. & c. non poteſt. diſt.* 4. *c. ult. de tranſact. c. latores. de cler. exc. vel depoſ. l. pen. ff. de Sicar. l. aut facta.* §. *fin. ff. de pœn.* inde tritus verſiculus:

Ob populum multum, crimen pertranſit inultum.

Bart. *tamen in d. l. aut facta.* Innocent. *in c. dilectus. de Simon.* aliiq; Dd. non immerito ſtatuunt pœnam, quam multitudo hoc paſſu quidem merita erat, in pecuniariam, mulctamq; commutandam eſſe.

31 Octav. Farneſius † nedum in ſeditiones complices inquirere voluit, ſolos authores de medio tollens, Henr. Scot. *ad lib.* 2. *annal.* Tac. *pag.* 150. Et refert Ventur. de Valent. *in parth. litigioſ. p.* 2. *c.* 3. Cujat. 11. *obſ.* 22. penes Francos Suevosq; quondam uſitatum fuiſſe, ut authores ſeditionis graviter plecterentur, complices verò vel coadjutores canem ignominiæ ergò de comitatu in Comitatum portare palam cogerentur.

Quod ſi vero multitudo delictum quaſi ex authoritate pertinaciter juſtificare, authoresq;, ne ad ſupplicia traherentur, concedere vellet, nedum multitudini eſſet parcendum, *c.* 1. *in fin. ubi gloſſ. de pœn. diſt.* 6. juxta illud: Quod ſeverius is ut plurimum coërcendus, qui ſua nitatur crimina authoritate defendere, *c. plurimos, c. quia diſt.* 28. *& c. prædicator.* 16. *q.* 1. *c. inter. de ex-*
32 *ceſſ. prælat.* peccati † agnitio, peccati medicina. *d. c.* 1. Porrò nec multitudini parcere fas eſt, quoties ſcandalum proculdubio non ſubſecuturum ſit, *gloſſ. in c. commeſſationes, & c. quotiens, & c.* 1. *in verbo recedenda, de pœn. diſt.* 6. ut ſtra-
33 ges † multorum, deſperatio nefanda. Refert enim Quintus Curt. *l.* 6. *hiſtor.* Dymnum Macedonem, cum ad conſpectum Alexandri Magni, cui inſidias paraſſet, deduceretur, conſcientiâ ſceleris mortem ſibi conſciviſſe, *adde gloſſ. deniq, ſacerdotes, diſt.* 4. Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 47. *in fine.* Ceſſante enim cauſa effectus quoque ceſſare debet, Eberh. *in top. in loc. à ceſſ. rat. legis.* idem Tira-

Tiraquell. *cauſ* 46. *num.* 2. ubi authoritate gloſſæ *in l. decurionum*, *C. de pæn.* reprehendit † Pilatum Palæſtinæ præſidem, propter tumultum popularem 34
Chriſtum Meſſiam occidentem, &c.

Quemadmodum ambigendum non eſt, quin extra ſeditionis terminos, univerſitas quoque reſpectu ſingulorum, offenſâ læſave divinâ majeſtate, puniri debeat, Lucas de Penn. *in l fine*, *C. de exac. & exec. lib.* 12. Felin. *in c. dilecte in Chriſto. de except. & in c. dilectus. de Simon.* Bart. *in d. l. aut facta.* 16. *§. fin. ff. de pæn.* hinc Moſes † ob idololatriæ peccatum occidi præcepit viginti duo mil- 35
lia hominum, *Exod.* 32. Quod vir ille juſtiſſimus nunquam præcepiſſet, niſi juſtum fuiſſet, peccantem multitudinem humano judicio condemnari, ait
Tiraquell. *de pæn. d. cauſ.* 47. *n.* 13. non obſcura eſt † punitæ multitudinis con- 36
ſuetudo, veteribus decimatio dicta, ubi ſorte decimus quiſque ad ſupplicia lectus fuit, Dionyſ. Hallicarn. *lib.* 9. Julius Frontin. 4. *ſtratag.* 1. Liv. 1. *dec.* 2. hinc Cicero *in orat. pro A. Cluent.* majores *(ait)* ſtatuerunt, ut ſi à multis eſſet flagitium rei militaris commiſſum, ſortitione ad quoſdam animadverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. *hæc ille.* Denique (ut ad priora revertamur) non abs re, neque inconſultum erit, quò certiora ſeditionis habeantur indicia de authoribus, juxtaq; ſopiatur, tollatur
ipſa ſeditio, ad ſeditioſos † ablegari viros prudentes, eadem, quæ ſeditioſi 37
tractant, velle ſe ſimulantes, ſubinde autem nihil intentatum relinquentes, quo plebem furentem vel mitigent, vel conſiliis ſalutaribus, conatus beſtiæ multorum capitum ad minimum fruſtrentur ac emolliant. Aliàs inter media tollendæ ſeditionis vulgo hoc recenſetur dogma [1] ut populus ambiguis promiſſionibus lactetur. Machiavell. 3. *c.* 27. Tacit. 1. *annal.* Schonborn. 7. *polit. c.* 14. [2] ut diſpergantur quamprimum ſeditionis authores, ſi de iis conſtare poſſit, *l.* 38. *ubi Dd.* §. 3. *ff. de pæn. t. t. de ſeditioſ.* [3] ut vir gravis & eloquens ad ſeditioſos eat, eosq; oratione ſolenni demulceat, ſpe & promiſſione aureorum montium emolleſcat. Quanquam enim lupum auribus haud teneri vulgò dicamus, populum tamen omninò auribus ducendum teſtatur experientia rerum magiſtra. Sic Menen. Agripp. populum à ſenatu ſecedentem oratione blandâ reduxit. Polyb. *lib.* 11. Auguſtus Imp. ſolo vultu & aſpectu legiones Attiacas ſeditioſas exterruit, quod de Caligula quoque ſcribit Sueton. *lib.* 9. Petr. Lor. *Venet.* turbæ, quâ ſplendebat magnificentia, tumultum compreſſit, ad quam ſenatorum nemo aliàs prodire audebat Bodin. 4. *de rep.* 7. Franc. Godevus Florentinus populum ſeditioſum habitu pontificali in publicum progrediens ſedavit, Machiavell. *lib.* 1. *c.* 15. inde verſus Virgil. 6. *Æneid.* ibi:

> *Tum pietate gravem ac meritis ſi fortè virum quem*
> *Conſpexère ſilent, arrectiſq; auribus aſtant,*
> *Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

K Quar-

38 Quartæ Claſſis, quæ de proditione agit, † indicia ſunt, expreſſa partim *conſtit. crim. Carol. V. art.* 42. ibi: So der Verdacht ungewöhnlicher und geſährlicher weiſe bey den jenigen/ denen er verzahten zu haben in Verdacht ſtehet/ geſchen worden/ unnd ſich doch ſtellet/ als ſey er vor demſelben unſicher/ und iſt ein Perſon dazu man ſich ſolches verſehen mag/ iſt ein anzeig zu Peinlicher Frage/ 2c. Notatum verò hic eſto, indicia hæc, uti tenor textus id arguit, ad proditionem propriè ſic dictam, adeoque legis Juliæ Majeſtatis partem præſentem haud pertinere, ſed ad facta proditoria, proditiones privatis illatas, de quibus *l. 1. §. Athletas, ff. de his, qui not. infam.* potius reſtringenda eſſe. Cujus
39 flagitii reus cumprimis inclaruit † Judas Iſcarioth, Meſſiam & magiſtrũ ſuum oſculo prodens, eumq; Judæis tradens, quem licèt Scriptura ſacra ſtrangulatum, mediumque ruptum & exenteratum aſſeveret, non tamen deſunt, qui vivere eundem adhuc, Monachumq; agere intrepidè ſtatuunt, videatur Petr. Gregor. Tholoſ. *tom. 4. art. mirab.* Joan. Wolff. *part. 1. lect. mem. pag. mihi* 163. Cujuſmodi plura ſunt exempla, ut hæc obiter ſaltẽ attingamus, quibus Scripturæ ſacræ è diametro contradicunt prophani ſcriptores: Sic 1. *Geneſ.* 7. Scriptura dicit: Noah cum familia & domeſticis ſolummodò nõ periiſſe diluvio, arcamq;, quâ conſervatus ſit, unicam fuiſſe; hoc non obſtante, non pauci tradunt plures tempore diluvii nataſſe arcas, plures præter Noah & familiam ejus tum in arcis paſſim natantibus, cum in monte Armeniæ, Paride dicto, cujus cacumen unda non attigerit, ſalvatos fuiſſe, vide eundem Joh. Wolff. *p.*
40 *1. lect. mem. p.* 24. Sic † quanquam miraculum ſummum eſſet, quando Iſraëlitæ per mare rubrum pede ſicco tranſirent, *Exod.* 14. cui par majusvé haud extare exemplum credatur; refert tamen eo minimè refragrante Aithomus Armen. *in lib. de Tartar.* Tartaros ultra montem Belgiam habitantes, poſtquam aliquando noctè totâ in orationibus perſeveraſſent, mane facto per ſiccum mare traduxiſſe exercitum in Aſiam, Johan. Wolff. *cent.* 14. *lect. memor. pag.* 633. Imò, vice aliâ Padus unus de quatuor Europæ fluviis majoribus in altum ſeſe aliquando erigens, ita in modum fornicis ſtetit elevatus, ut inter terram & aquam via pateſceret tranſeuntibus, cumq; diutius aqua ſic hæreret, penderetq; in aëre, tandem in ſemetipſam colliſa cum tanto fragore ſtrepituq; ab alto cecidit, ut ſonitus illius per aliquod milliaria audiretur, Idem Wolff *cent.* 15. *lect. memor. pag. mihi* 932. Sic licèt *Exod. cap* 1. dicatur, inde obſtetricibus fuiſſe mandatum interficiendi maſculos, mares in flumen abjiciẽdi, ut ſucceſſu temporis ſtirps Judaica eradicaretur; ſcribit tamen Lyra *cap.* 2. *Exodi* id hac de causâ contigiſſe, quod Pharao habuerit Magum prædicentem, unum de Iſraëlitis naſciturum, (Moyſen intellexit,) qui populum Hebræum ex Ægypto ducturus, & regnum ejus debilitaturus ſit. Idem tradit Joſephus, quem refert Wolff. *cent. 1. lect. mem. pag.* 25. & quæ exempla recenſeri poſſent alia. Sed ad rem redeo: Si prophana facti proditorii reſpicimus exem-

Digitized by Google

exempla, profectò nullum memorabilius occurrit prolixâ illa hiſtoriâ de Overberyo *in ſuppl. de anno* 1615. quam Meteran. habet *pag.* 84. quò lectorem remitto, ut veriſſimè dixerit, quicunq; dixit, † Principes inſcios, multos latrones, proditores, fovere in aulis, Crantz. in Wandal. 12. *cap.* 13. *& 9. Saxon.* 37. facti verò proditorii, quod aulæ paſſim deplorant, indicia ſunt calumniæ, delationes, mendacia, & clanculariæ inſuſurrationes Principibus factæ, Warem. ab Erenberg *in tract. de fœd. p.* 1 *pag.* 245. ibi: proditiones fugientes fugiant hanc peſtem, & magno ſtudio veritatem inquirant: & idem *d. loc. pag.* 250. ibi: Quamobrem cum † pauci bonas artes in aulam adferant, vel allatas contemni videant, Princeps ipſe audiat, & audiendo det operam, ut non minus cognoſcat, cujuſmodi, & qui ſint, qui de aliis aliquid retulerint, (ne habeat pro indiciis indubitatis delationes & relationes quaſvis) quàm ii, de quibus ad Principem relatum eſt. *Hæc ille.* 41 42

Qua in re ſummâ Princeps utatur prudentiâ, neque enim † non prudens capere poteſt ea, quæ prudentiæ propria ſunt, Angel. *conſil.* 259. *col. penult.* ubi dicit: Quod aures incapaces non capiant, quæ ſunt de apicibus juris, quia de † ſubtilioribus & prudentioribus non guſtat aſinus, Claud. de Batt. *in l.* 3. *ff. de I. & Iur. col.* 15. Princeps ergo cauſam, quam ipſe non capit, meritò committat conſiliariis non ſuſpectis, nec omni exceptione majoribus, ne quiſquam aulicâ delatione indiciatus, inauditus, vel indefenſus condemnetur, hoc enim ſceptro eſt abuti, hac de cauſa ſæpenumero Princeps eſt privatus ſceptro, Molin. *in tr. contr. abuſ. pap. de parv. dat.* quem *num.* 115. allegat Warem. ab Erenberg. *d. loc. pag.* 251 *part.* 1. qui tamen hæc ibidem non habet. 43 44

Cæterùm † qualiter proditor, ſive aulicus ſive privatus ſive etiam læſæ Majeſtatis reus dicatur, interrogari debeat? docet *conſtit. crimin. Carol. V, art.* 49. ibi: Bekennet der gefangener Verrätherey/ man ſoll jhnen fragen/ wer jnen dazu beſtellet/ vnnd was er darumb empfangen/ auch wol/ wie/vnnd wann ſolches geſchehen ſey/ vnd was jhnen dazu verurſachet habe/ ꝛc. Alex. *conſil.* 145. *volum.* 7. Alber. de Roſat. *in l.* 9. *ff. ad l. Iul. de adult.* Blanc. *de indic. num.* 149. 45

Indicia verò † quæ ad hanc claſſem potiſſimùm ſpectant, ſunt literæ [...]riales ſeu proditoriæ, penes reum inventæ vel interceptæ, factiones in [...]empublicam vel ſalutem R. I. factæ, deſertio locorum munitiorum ſuſpecta, tranſitus, annonæ, commeatus, munitionis ad hoſtes conceſſus, neceſſi[...]as & conjunctio ante habita, colloquium & converſatio cum hoſte, deſer[...]io ſtationis & militiæ in acie, ceſſio & fuga non neceſſaria, omiſſio forman[...]ndæ aciei appropinquante hoſte, ſuſpecta caſtrorum locatio, eorumque [...]eſertio, odia contra Ducem belli inveterata, inhibitio pugnæ, ubi neceſſariò [...]micandum eſt, ſuſpecta neutralitas, non neceſſaria Salvæguardiæ receptio, 46

 ſalvus

Digitized by Google

ſalvus conductus ſuſpicioſè conceſſus vel acceptus, dimiſſio militum veteranorum, annonæ & commeatus profuſa prodigalitas, &c. quæ exempla paulò altius conſiderantes, indicia hæc certiora faciemus, explicabimus.

1. De literis aviſatoriis diximus capite præcedenti. Adde ex Juſtino nonnulla *c.20.* quæ pro evidentiori hujus indicii declaratione adſcribere lubet, quæ ſic ſe habent: Dux belli (ait author) Hanno Carthaginenſis erat, cujus inimicus Suniator potentiſſimus ea tempeſtate pœnorum, cùm odio ejus græcis literis Dionyſio adventum exercitus & ſegnitiem Ducis familiariter prænunciaſſet, comprehenſis epiſtolis proditionis damnatur facto SCto, ne quis poſtea Carthaginenſis aut literis græcis aut græco ſermoni ſtuderet, ne aut loqui cum hoſte, aut ſcribere ſine interprete poſſet, *hæc ille.* Et idem *cap.21.* Hamilcar per Parmenionem aditu Regis obtento profugiſſe ſe ad Regem expulſum patria fingit, militemq; ſe expeditionis offert, atq; ita conſiliis ejus exploratis in tabellis ligneis, deſuper cera vacua inductâ, civibus ſuis omnia perſcribebat, &c.

47 2. De factione † & diſcordia civili, cui nihil mali non ineſt, ut ait Thucidides, Philipp. Melanth. *in reſp. contr. Cler. Colon. circa finem.* nemo ambigere ſanæ mentis poteſt, quin motâ ea proditio præſtò ſit, rerumque ſumma periclitetur. Sic † Albaniæ Dux per Angliam & Scotiam, quas vi ſuperare ſe haud poſſe videbat, per proditores ſuos, factiones & inteſtinos motus excitavit, ſperans hoc pacto regnorum ſe potiturum. Per ipſam Reginam Mariam 400. confeſſores fidei Apoſtolicæ, trucidans, proſcriptam à ſe Angliam tandem vi occupare motibus diſſeminatis, illucq; ope proditorum, belli ſedem contra Hollandos & Gallos, Regesque ſeptentrionales figere intendit, quod procul dubio præſtitiſſet, modò Philippus H. R. idipſum tunc temporis non diſſuaſiſſet, exſpectans aliam ad hæc expedienda, eamque opportuniorem occaſionem, qua una & fretum Gallicum & Britannicum occupare poſſet *Author. conſil. Hiſp. conſ.* 1. cujus conſilii actiones partusq; (ut nonnunquam fit) abortivi prodiere anno 1596. quam expeditionem Turca avertebat prece & precio Eliſabethæ. Vngeriſche Kriegs hiſtoria / *quæ incipit ab anno 93. in princ.* tamen funeſtas proditiones alias & tentatas cædes regno huic uti & Gallico impendentes, quo (Britannico) regno † Hiſpaniæ poteſtati ſubacto, actum erit de Belgis, belgiâ ſuperatâ cum Portugalenſibus mundum Hiſpanus liberè circumnavigabit, Colonias deducet, quò velit, Germaniam, Galliam & regna ſeptentrionalia nullo negotio ſubjugabit, negotiationes maximas exercebit, & quicquid imperio tam vaſto & lato dignum fuerit, ſibi quoque acquiret. Sic Julius Cæſar Belgiam pridem occupavit, deinde in Angliam trajecit, Germaniam ſuperiorem, Galliam, & quæ illis propè adjacent regna ſeptentrionalia, interim ſecura relinquens, quæ mox & ſine tædio quoque ſibi ſubjugavit. Cæſar. *in Com. paſſim.*

48

49

Submi-

Digitized by Google

mirandum verò quo fato nedum matrimonii nexu, hæc duo regna copupotuerint. Unde Philipp. Nicolai *in lib. de regno Chriſti, lib.* 1. *c.* 180. ibi: wird alle Mühe dieſes Thiers (*Hiſpaniam intelligit*) vergebens ſeyn / ſo es Erweiterung ſeines Gewalts in vnſern *oceano*, was wird fürnehmen / vnd weder den Dennemärckern oder Schweden / ja auch den Moſcowitern / ets wird abzwacken wollen / wie vergeblich *Olaus Magnus* fürgibt: Es hat ır für etzlichen jahren der Spanier das Königreich Engelland als eine ɔrgengab zu ſeinem Königreich gebracht / vnd ein weile eingehabt / aber dieſe ſammenfügung vnd Vereinigung hat alßbald der vnverſehende Todt der nigin Mariæ wider zertrennet / welches denn nicht ohne Gottes Wunder-ckung alſo geſchehen / welcher nicht gewolt / daß das Königreich / ſo das nb Gottes vnter ſich gebracht / wider abgeſondert würde / rc. Nochmals als König in Spanien im Jahr 1558. mit groſſer Armada in Engelland wi-kommen / hatte er nichts als Spott vnd Schaden erlangt vñ gewonnen / rc. ò, ut Theoloſph. de Cuſent *in lib. de mag. tribul. Eccleſ.* non obſcurè præerit, nempe nedum † Antichriſtum, qui alias totum orbem ſuæ poteſtati 50 ubacturus, ſuperaturum Britanniæ regnum, Venetias, Luteriam Pariſion. Wolff. *cent.* 14. *lect. memor. pag. mihi* 664.

3. De deſertione locorum munitiorum ſuprà *cap. præcedenti* quoque mus.

4. Tranſitus ſeu deportatio annonæ, † commeatus ad hoſtes, ſuſpe- 51 inde videtur, quod Dux vel Capitaneus in hoc connivens operam det rei citæ, quoniam capitali ſupplicio jure inhibeatur, commeatum, arma ſupitare hoſti, commeatum prodigaliter conſumere, dimittere aliunde comatum, excurrentibus barbaris, *l.* 1. *C. de commeat. ubi Dd. lib.* 12. Quam † 52 tare enim loca munitiora providere annonâ, tam neceſſarium, quâ par intriâ hoſtes ſpoliare eâdem, hinc Tacit. 2. *annal.* vulgò (*ait*) non ex repu-a annonæ cura eſt, & Juvenal. *Satyr.* 10.

——— duas tantum res anxius optat

Panem & Circenſes, &c.

eò ut ad auram † popularem quoque captandam locis munitioribus ob- 53 is & præſidio inſtructis, unicum hoc præſtet, ſiquidem gubernator vel ſtaldus earum rerum copiam paraverit, quæ vulgò maximè ſunt neceſſa-, Cic. 2. *de off.* imò pacatiores inde conſervari cives, Senec. *de benef.* & re-t Tac. 1. *annal.* prudentiores Duces militem donis, populum annonâ, cunſ dulcedine ocii pellexiſſe.

5. Conjunctio & neceſſitudo anteacta & converſatio cum hoſte hanus hic ſtringunt, modò alia accedant indicia. Quapropter Eberhard. *in* *in loc. de tanquam ſeu, &c. pag. mihi* 664. excuſat Comitem Flandriæ, qui ſpectu Comitatus Flandriæ & Artheſii vaſallus Regis Galliæ erat, & re-

ſpectu aliarum provinciarum vaſallus imperii, vel juris proprii facientem pacem, ſeq; familiarem præbentem Regi Angliæ, hoſti Gallorum tunc temporis antiquo, ne feloniam ex inde incurrere, vel proditionis alicujus argui poſſe videntur. Eberhard. *d. loc.* Extat hac de re locus penes Juſtin. *lib.* 16. ibi: ſed Clearchus exilio facinoroſior redditus, & diſſenſionem populi invadendæ tyrannidis occaſionem exiſtimans, primo tacitè cum Mithridate civium ſuorum hoſte colloquitur, ut revocatus in patriam proditâ ei urbe præfectus ejus conſtitueretur, &c. Poſtea inſidias, quas civibus parârat, in ipſum Mithridatem verterat, namque cum velut arbiter civilis diſcordiæ de exilio reverſus eſſet, ſtatuto tempore, quo urbem Mithridati traderet, ipſum cum amicis ſuis cepit, captumq; ingenti pecunia dimiſit, atque ut in illo ſubitum ſe ex ſocio hoſtem fecit, &c.

6. Adde, quod deſertio crimen per ſe inferat ultimo ſupplicio dignũ
54 Dionyſ. Hallicarn. *lib. 9. antiq. Roman.* ibi: Poſtquam hoc † Centurionum, quorum manipuli fugerunt, & anteſignorum quicunq; ſigna amiſerant, aliis ſecuribus deciſa ſunt colla, alii fuſtibus percuſſi periere, cæteræq; multitudinis decimus quiſque, quem ſors popoſcit, quorum alii moriebantur, ea enim eſt Romanis in deſertores aciei ſignave abjicientes patria punitio. C. Matienus apud Tribunos plebis accuſatus, quod exercitum in Hiſpania deſeruiſſet, damnatusq; ſub furcâ diu cæſus eſt, & ſexterrio uno væniit, quam pœnam hodie abrogatam ait Jacob. Menoch. *9. remed. recuper. poſſ. n. 362.*

7. Porrò ceſſio hic propterea ut plurimum ſtringit, quod quoque ſolâ formidine cedens perjurii rearum incurrat. Milites enim, teſte Livio *lib. 2. decad. 3.* jurejurando à Tribunis militum adacti, juſſu conſulum conventuros,
55 neque injuſſu abituros: conjurabant † autem deni ſive centeni, neque ex ordine receſſuros niſi teli ſumendi, vel hoſtis feriendi, vel civis ſervandi causâ.
56 Menoch. *d. loc. num. 360.* Ecquid equidem † fuga præ ſe ferat, quanta pericula importet, nemini obſcurum eſſe poteſt, hinc illud: fuga rempublicâ pro-
57 dit, victoria & pugna cuſtodit. Sciendum verò eſt, ut ſiquidem ſigna † vexilla fuerint capta, exercitus pars maxima fugerit, nec in reſiſtendo ſpes ulla appareat, ſine ignominia ac vicio proditionis fugere miles poſſit. Cum ἀνὴρ ὁ φεύγων πάλιν μαχήσεται, modò fuga non diſſolutis ordinibus fiat, ſed ſanâ cum ratione, eâ utatur miles, ſecus ſi faxit, pleriq; omnes in fuga peribunt, juxta iſtud: In pugna pauci, in fuga univerſi periclitantur, vel ut proverbium
58 aliud ſonat: Major † fugiendi quam pugnandi ars eſt. Commendatur præ cæteris cautela, ut agmen extremum conſiſtat cæteris fugientibus eisq; viam
59 tutò recedendi præparantibus. Etenim † in ſpe tenui audacia tutiſſima eſt. Froto Danorum Rex ab Anglis victus ſparsâ pecunia victorem remoratus eſt Crœſus flammâ Cyrum à perſequendo retardavit, Polyæn. *lib. 7.* Mitridates fugiens cujuſdam urbis ſupellectilẽ publice expoſuit, quò milites quoq;

tarda-

Digitized by Google

tardavit. Amurathes Chriſtianos anno 1596. quorum alias victoria erat, eodem pacto ſupplantavit, Ungeriſch Kriegshiſtoria *ſupra citata*. Quia verò † itineris ſeu migrationis fuga majora ſolet inferre damna, cũ in acie omnes 60
animis corporeq; armati ſint locus cognitus, hoſtes ante oculos, quocirca quàm cautiſſimè tunc cedendum, fugiendum, Ranzov. *in tr. bellico. lib. 2. paſſim.* Contz. *1. polit. cap* 35.

8. Multò deterius profectò vicium eſt ſuſpicione proditionis non carens, hoſte appropinquante, militem non continere in ordine & ſtatione, prohibere pugnam, ubi neceſſariò pugnandum eſt, ordinem præter præſcriptum variare, mutare, niſi rerum ſumma ſuadeat, cedere potius ordinibus probè compoſitis, quàm militem tradere hoſti.

9. De caſtramentatione ſive caſtris tutò & probè collocandis, formandis, vide Henric. Ranzov. *in tract. bellico lib. 2. paſſim. in c. de caſtris*, quo remitto lectorem; adeò ut qui minus probè & fideliter ea locet & cuſtodiat, non proditionis expers videatur, Ranz. *d. loc.* de quorum deſertione temerariâ vel neceſſaria ad eludendum hoſtem pertractat Idem *in loc. de ſtratagem. lib.* 2.

10. Quàm facilè proditionem concipiant odia inveterata, † Caroli 61
Borbonii exemplum à Franciſco ad partes Cæſaris ſecedentis, luculenter demonſtrat, Arnold. Ferron. *de reb. geſt. Gallor. pag. mihi* 117. qui in ore ſolitus fuit habere dictũ illius Aquitani, à Carolo ſeptimo rogati, quo tandem præmio impelli poſſet, ut fidem ſibi tot magnis rebus perſpectam falleret? Non tuo (inquit) here regno, non orbis imperio adduci poſſim, non omnium theſauris, contumeliâ tamen & ſtomachosâ injuriâ poſſim. Utcunque enim hiſtorici diſſentiunt, quo pacto quâ de causâ Borbonius defecerit, res tamen obſcura non eſt, nec dubitandum, quin à matre regis laceſſitus & ob reſtitutionem oppidorum aliquot, quæ ſibi ab inteſtato delata regina prætendebat, in jus vocatus, defectionem illam in ſummum regni diſpendium & ruinam molitum fuiſſe, quod idem teſtatus eſt retulitque capto rege hiſce verbis: *Ego quidem here, ſi nemo me coëgiſſet ad ea molienda, libenter ſuperſediſſem*. Idem Ferron. *pag.* 197. Sumptâ hâc vindictâ Borbonius poſthac erga regem benignum ſe ſatis ſuperq; præbuit, quotieſq; ſe præſente cœnandum erat, ad manus abluendas Regi mantile obtulit, Lanojo lancem argenteam lavanti Regi guſtante, Vaſtio hydriâ argentea aquam infundente, Ferron. *d. loc. p.* 198.

11. Inhibitio pugnæ expreſſa vel diſſimulatâ, deterior ſuſpectâ deſertione militiæ videtur, quâ de re aliisq; indiciis proditoriis concurrentibus ultimo ſupplicio affectus eſt Comes de Hardenberg. Ungeriſche Kriegs Hiſtoria / *quæ incipit ab anno* 1593.

12. Quanquam neutralitas nemini invideri nec prohiberi jure poſſit, cum pluribus ſæpenumero fuerit utilis, Æneas Sylv. *lib.* 1. *epiſtol.* 65. Dubium

bium

Digitized by Google

62 bium tamen nõ eſt, quin ſub † neutralitate ſæpenumerò immenſæ lateant inſidiæ, cumprimis autem ſimulatâ, ut ſiquidem neutraliſta cum utroq; occultam fovet ſocietatem, quæ non minus ſociis nocent, uti ſcopuli latentes iis, qui eminent & in conſpectu ſunt, multò ſunt nocentioribus nautis. Cui ſimile illud paradoxon, ſocietatem cum uno palàm induendam, cum altero
63 per occulta & fida conſilia. Sic Epirotæ, † qui bellum adverſus Ætolos ab Achæis ſuſceptum ſe in conſilio Achæorum probare dicebant, Ætolis clàm ſignificantes, quid illi machinarentur. Sic Marchio Perſequerenſis, ut regnum Neapolitanum conſequeretur, idem molitus eſt, Bodin. *5. de republ.*
64 *pag. mihi* 934. & 935. Quanquam vulgariter † neutralitas à Politicis ſanioribus diſſuadeatur, Chriſtoph. Beſold. *de fœder. cap. ult. num.* 1. Magnus nodus eſt (ait Saluſtius) cum diſſentiunt inter ſe vicini, qui nec vincere nec vinci ſine tuo periculo poſſunt. Quid ergo facies? Unum aut hoſtem habeas, alterum amicum, è re tuâ erit. *Liv.* 33. nam quod nemo tanquam mediam & tutiſſimam conſilii viam, ut quieſcas abſtineasq; armis oſtenderit, ea non media, ſed via nulla eſt, *Idem.* Ecquid aliud, quàm nuſquam gratia ſtabili, velut qui eventum expectaveris, ut fortunæ applicares tua conſilia, præda victoris eris. Idem *d. loc.* vidimus & videbimus (ait Saluſt. *in Epiſt. ad Mitth.* eos, quos ignavia aut prava calliditas, ut alienis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acerbiſſimas ſoluiſſe pœnas, Lipſ. 4. *pol.* 9. *pag.* 221. Utri autem adhærendum ſit, rebus ſic ſtantibus, ſi quæres ex politico, reſpondebit; ſi pares potentiâ, meliori, ſin diſpares, potentiori, niſi tamen alia opportunitas aut utilitas vincat, Lipſ. *d. loc.* quo caſu, poteſtatem omnem ad unum referri conſequenter præſtat, Tacit. 5.

———— Εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς. juxta Homer.

Waremund. ab Erenberg. *in med. pro fœder. part.* 1. *pag. mihi* 268. diſtinctione aliâ adhuc, hanc quæſtionem decidit, neutraliſtas in genere æquiparans hi-
67 ſce, qui † media in domo habitant, qui ab inferioribus inhabitantibus fumo necantur, à ſuperioribus perminguntur, allegans Thucyd. *lib.* 3. De hâc ipsâ neutralitate, præcipuè utrum & quibus ea cautionibus arripienda ſit, ſingularia quæq; ad rationem ſtatus hodierni per diſcurſum tradit Sylveſter zum Aurnthal / *in Iconiſm. Aquilæ Rom. coll.* 10. *ſect.* 2. *in* περισμ. ubi etiam quædam de novâ illâ ſpecie Neutralitatis, quam ſubdomitam vocat, ſubjicit. Plenè verò & ex profeſſo hâc de materiâ eſt videndus Joan. Wilhelm. Newmaier von Ramßla / *in tract.* von der Neutralität vnd *Aſſiſtens, ad quem ſitibundos lectores ablego.*

68 13. Porrò quia † Salvaguardia protectionis modus eſt, & quædam confœderata ſociatio, Bodin. 1. *de rep.* 7. Feudiſt. *ad c.* 2. 1. *feud.* ſubjectionem tacitam inferens, Schurff. *conſil.* 23. *cent.* 3. ſeceſſionemq; à magiſtratu competenti

enti, Felin. *in c.recipimus.de privileg.* Zaſ. *conſil.7. vol.2.* Budæ. *ad l. Heren- ſ.de evict.* Cum primis, quòd concedens Salvasguardias ſoleat notas inſi- um ſuorum, vel alia ſigna gentilitia, quæ vulgò penuncelli dicuntur, ap- iere in prædiis haſtæ vective infixa, vel ſi pro domo concedantur, ea val- januarum affigere, quæ ſigna vela appellitant, Theod. & Valent. *in l.2.C. :emo priv.tit.præd.ſuis vel alien.* imponat vel vela regia ſuſpendat, Certè ɔium non eſt, quin † Salvæguardiæ uſus contra magiſtratum competen- 69
ı, unde protectionem petere vel ſperare debebat, proditionis nonnihil : ſe ferat, Felin. *& Dd. d.loc.* Alias † Salvamguardiam violans punitur 70
itrio judicis, Guido Pap. *quæſt.*417. Boër. *quæſt.*179. Menoch. *de arb.jud. 2.cent.4.caſ.*338. *num.*13. ubi cum Cagnolo *in proœm.ff. num.*57. hoc arbi- ım ad mortem uſq; extendi poſſe contendit.

14. Salvus conductus † quia à Salvaguardia parum vel nihil differt, 71
evincit Menoch. *d.cap.*338. *num.* 1. *&* 2. de utriſque meritò idem erit icium, cum par cauſa paria jura deſideret, per noriora, &c. Et quanquam nnulli tradant, Salvasguardias vel ſalvos conductus, quæ repentinum pro- tionis modum, non juriſdictionem fidelitatem nec ligium tribuunt, nihil : ſe ferre proditionis, *d. c. recepimus.de privil. & l. deſertorem, §.fin.ff.de re* :adeoque nec defectionem à magiſtratu ordinario, Gail. 2. *obſerv.* 54. ibi: :ſpicuum eſt protectionis privilegia, quæ ab Imperatore etiam privatis da- onſuevêre, juriſdictioni ordinariæ nihil derogare & mediæ ſubjectioni lum ad ferre præjudicium, &c. Addatur Johan. Wurmſer. *exerc. Academ. uæſt.* 12. Reſp. Inferri † inde à diverſis: Quod enim Imperator ſupre- 72
:m rerum clavum tenens Salvasguardias per imperium dare queat, neque admittunt eaſdem, rebellare, vel proditionem moliri dici revera merean- ,exinde ad exoticos Reges vel Principes vel etiam imperii ſtatus, qui jus li gerendi non habent, imò ne ad tyrannos, qui ſummi regiminis ſpecie ɔdvis attentare non intermittunt, argumentari non licebit. Quapropter m Gail. *d.loc.* ſtatuit, ut ſi ſuperior ſupra Guardiam mediatos imperii ſub- ɔs vi armatâ juramento homagii ſibi addicere de facto ſatagat, nihil hic :ſter, cum talis occupator Tyrannus ſit, Gail. *d.loc.*

15. Veteranorum dimiſſio abſque mandato inde proditionem ſpirat, Quod militum delectus belli fundamentum conſtituat, Veget. 1. *cap.*7. ni- ı; † tam periculoſum, quam ex agricolis, tyronibus, opificibus exerci- 73
ı ſuſtinere, qui hoſtium conſpectu vel claſſico perterriri ſigna deſerere ıſuevere, opifices inde inepti & fragiles judicentur, tum quòd in oppido- ı umbra deliteſcant, cùm quòd etiam ſeſſione diuturna membrorũ mol- :m & præſertim tibiarum imbecillitatem contraxerunt, nec injurias cœli ferre, nec ſtare diu poſſint, quos Romani ad bella minimè omnium ido- ɔs eſſe ſummo conſenſu judicarunt, *Liv.lib.*8. *in fine*, Bodin. *lib.*5. *de repub.*

5. *in fine.* Neque hic obſtat. Quod miles fortior è confragoſo veniat nempe tolerantior laboris, iis, qui in urbibus & locis delicatioribus degunt. Tac.
74 3. *annal.* imo ex † agricolis milites robuſtiores gigni ſcribit Cato 1. *de re ruſtica*, hyemem & æſtatem juxtà pati, humi requieſcere, eodem tempore inopiã & laborem tolerare non detrectantes, Veget. 1. *c.* 3. Saluſt. *in jugurtho*. Quibus non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus, non armatus ho-
75 ſtis formidoloſus, Cæſar 1. *de bell. Gallic.* Quomodo enim † minus mortem timeat, qui minus deliciarum novit in vita? Veget. 1. *cap.* 3. Tacit. 6. *annal.* Reſp. hæc omnia ſi ad ruſticanos reſtringantur, uti revera intelligi de iis debent, rem planam eſſe, modo illi non prorſus tyrones fuerint, quos hoſtium conſpectu territos potius terga hoſti daturos quoque arguimus, quam ſtare intrepidos & ſervare ordines. Si partim veterani ſint collecti ex ruſticis, ſanè eos milites optimos fore, vel jamnum eſſe, meritò dicimus, atque hoc ſenſu capienda ex Veget. Tacito aliisq; authoribus citata dicta arbitramur. 2. Quod
76 mandatum † militare nedum in minimo violandum ſit, cùm excedens limites mandati capite puniatur, etſi res bene & proſperè ceſſerit, *l.* 3. *§. in bello. ff. de re milit.* Eleganter Tiraquell. *de pœn. cauſa* 52. Eberhard. *in top. in loc. à rat. legis, &c. pag. mihi* 404. ubi teſtatur, quod *§. 9. inſt. de mandat.* in militibus non limitetur, quanquam §. illum variis modis Dd. limitare ſoleant, Hoſtienſ. *in c. cauſam. ext. de procurat.* non dubitat tamen And. Gail. reſpectu militum quoque limitare illum §. 9. adſerens, quod Dux vel Capitaneus ex nova ſupervenie nte cauſa mandato ſummi ducis impunè parere non poſſit, *l. ſi hominem, in fine, ff. mandati*, quam legem pro legatis principem facere ait mandati fines aliquando excedentes, Gail. 1. *de pac. pub. c.* 4. *n.* 30.

77 16. Quæ incommoda † annonæ defectus præ ſe ferat in bello, nemini obſcurum eſſe poſſit, ut enormis & profuſa ejus erogatio non levem inducat ſuſpicionem, *l.* 1. *ubi Dd. C. de comment. lib.* 12. nec careat proditionis ſuſpicione. Egeſipp. *de devaſtat. Hieroſ. lib.* 5. Hinc Fredericus Gonzaga frumentatores perfidos non ſecus ut proditores capite plexit, Arnold. Ferron. *de reb.*
78 *geſt. Gallor. lib.* 7. de † conſervando frumento in locis ſubterraneis tradit idem. Ibi ſunt autem, ut his, qui vicini ſunt, Tholoſatibus accidit, qui granaria habent ſub terris uti ſpeluncas, quas vocant Syros, ut in Cappadocia. Horum ſolum, ut ait M. Varro, paleis ſubſternunt & curant, ne humor aut aër tangere poſſit, niſi cum promitur ad uſum, ſic conditum, ait, triticum manet vel annos quinquaginta, milium vero plus annos centum, & quò ſpiritus non pervenit, ibi non oritur curculio, &c. hæc. Ferron. *d. l. pag. mihi* 176.

Denique Quintæ Claſſis Juliæ Majeſtatis, quæ de bello ſine authoritate & juſſu Cæſaris non gerendo agit, indicia ad claſſem 2. unà relata & tradita ſunt.

79 Sextæ Claſſis, quæ de † imaginibus ſtatuisq; principum jam conſecratis,

Digitized by Google

is, non conflandis vel violandis agit, indicia ſunt ſtatuæ mutilatæ partis pe-
ies reum inventio, venditio particulæ imaginis auratæ, ejusq; ſic corroſæ,
it tandem appareat ſacrilegium, apprehenſio hominis ante vel poſt mutila-
itionem ſtatuæ juxta eam, inventio inſtrumentorum in domo alicujus, qui-
us veriſimiliter confringi vel conflagrari poterat ſtatua: Adde indicia ex
.7.*part.1.* hæc quoque ſpectantia. Ennius † Eques Romanus inde ſub quæ- 80
ſtionem læſæ majeſtatis pervenit, quod effigiem principis ſolummodo ad u-
um argenti promiſcuũ vertiſſet, quẽ tamen inter reos recipi Attejo Capito-
ie JCto contra ſenſente Tiberius vetuit, ſic Falavius eques Romanus † inde 81
lelatus atq; indiciatus fuit læſæ majeſtatis, quòd venditio hortis ſtatuam Au-
guſti ſimul mancipaſſet, Cornel. Tacit. *lib. 1. narrat.* qui quoque reſcripto
Tiberii periculum effugit, refert Barnab. Briſſon. *ſelect. antiquit. lib. 4. cap. 11.*
andem quidam Auguſti ſtatuæ caput demens alteri alicui ſtatuæ id impoſi-
urus, damnatus eſt reus majeſtatis. Sueton. *in Tiber. c. 58.* Seneca *lib. 3. de be-
nef.* narrat, Tiberio eodem adhuc imperante, prætorium quendam virum
nnulo inſculptam Cæſaris imaginem habentem cum matellam ſumpſiſſet,
najeſtatis poſtulatum, quod imaginem obſcænis admoviſſet, &c. *hæc ille.*
Quanquam multos talia patrantes impunè evaſiſſe legamus: ſicut de Pontio
ribuno plebis, Aquila condicto, refertur, eum ſemel eò audaciæ proceſſiſſe,
it Coronam Julii Cæſaris ſtatuæ impoſitam ſpectante populo detraxerit, Cæ-
are nec quicquam fremente, qui dein cùm amicis honores aut imperia de-
erneret, ſubjiciebat illud: *ſi per Aquilam licet:* Sylveſter zum Arenthal / *in
conſim. Aquilæ Rom. collat. 11. verſ. Fuit etiam Pontius.* addens eandem in
nundo adhuc hodie replicari fabulam, nec difficilè eſſe ad ſpeciem, quæ oc-
idit, deſcendere, niſi pax ſilentjum imperitet. Judaicis bellis † initium præ- 82
ebat ſtatuæ Tiberii in templo depoſitæ à Pontio Pilato contemptus & de-
nolitio, Egeſipp. *lib. 2. bellor. judaicor. c. 3.* ibi: So findet es ſich auch augen-
ſcheinlich / daß Pilatus der Römiſche Landpfleger ein Vrſach vnd Anfänger
illes dieſes Jammers ſey / dann er ſich zum erſten vnterſtanden hat / deß Key-
ſers Bildnuß in den Tempel zu ſtellen / als aber das Volck ſolches nicht ge-
achte zu leiden / wolte er ſie mit Gewalt zwingen / die Bilder anzunemen / vnd
ödtet ſehr viel darüber / 2c. hæc Egeſippus: Quanquam Suet. *in vita Veſpaſia-
ni* aliam recenſeat belli illius cauſam; *ibi:* percrebuerat toto Oriente vetus &
conſtans fama & opinio, eſſe in fatis, ut quo tempore filius virginis naſcere-
ur, in Judæa, præfecti rerum poirentur, vel ut Joſeph. *c. 31. antiq. judaic.* an-
eps quædam (ait) erat, & in ſacris literis fundata prædictio (de ruinâ poli-
iæ Judaicæ) quæ ad rebellandum incitavit Hebræos, Ægyd. Hunn. *in tr. de
cert. ſcript. ſacræ pag. mihi* 140.

Poſtremò, claſſis ſeptimæ indicia, quod attinet, ea infra de vi publica
iuc ſunt transferenda, ubi de eâ legis juliæ parte † vis publicæ agitur, pariter, 83

 ut ſi

Digitized by Google

ut ſi quis in jus vocatum vi exemerit, vel (de vi privata) concurſum feciſſe dicatur, quò minùs quis in jus produceretur, ubi hoc ſaltem intereſt, quantò ſceleratius graviuſque delinquatur in Principem Romanum, præterquam ſi privatus oſtenditur, eo enixius in indicia hujus claſſis inquirendum.

Poſt indicia verò illa hìc diſpiciendum cumprimis ſupereſt, qualiſnam perſona dimiſſionis inculpetur, utrumne ea ipſius delicti l. juliæ majeſtatis retro rea ſive conſcia ſit reputata, non quidem à Principe ipſo nec officialibus adulantibus, ſed perſonis teſtibusq; omni exceptione majoribus: &
34 quanquam aſſertioni † Principis regulariter fides habenda ſit, non tamen ei creditur, ſi factum proprium conteſtatio reſpiciat. Ancharan. *conſil.*398. Decian. *conſil.*23. *& conſil.*18. *lib.*1. Licèt nonnulli adſtruant, indicia parere etiam in re propria, relationem Principis, ut ſi Princeps ſuboleverit machinationẽ aliquam in ſe factam, officialibus non obſervantibus, adeò ut reus purgare ſeſe neceſſe habeat. Doctores *citat. loc.* uti aliàs communiter receptum eſſe apparet, quod hæc relatio principis de ſe ipſo, ut quia inſidias ſibi ſtrui ſenſerit, præbeat occaſionem inquirendi & procedendi contra reum, Clar. *in §. fin. q.*53. *verſu, ſed quid ſi aliquis.* imò principi aſſerenti de delicto, quem eſſe diffamatum pariter credendum eſt, quoad indicia fundanda, non probationem integram inde eruendam, Felin. *in c. cum à nobis. ext. de teſtib.* Crot. *de teſtib. num.*144. Porrò ſi de notorio & inexcuſabili delicto narrat, remq; ſibi ita ab aliis Principibus relatam, niſi revera notorium non ſit, quod pro notorio allegat *clem. paſtoralis. de re jud.* Dec. *conſil.*606. *num.*179. *& ſequentibus.*

CAPUT VI.

DE ADULTERIO.

SUMMARIA.

1. *Prædicatio quid & quænam delicti carnis ſpecies.*
2. *Adulterium quid & quotuplex?*
3. *Minor 25. annis ab adulterii accuſatione deſiſtens an incidat in SCtum Turpillianum?*
4. *In executionibus cauſarum criminalium ceſſat beneficium reſtitutionis in integrũ.*
5. *Quid juris, ſi plures ad accuſandum adulterum concurrant?*
6. *Quomodo mulier & virgo corrupta adulterii accuſent?*
7. *An Sponſus Sponſam adulterii poſſit accuſare?*
8. *An Sponſus cum Sponſà fornicantem virum in flagranti actu apprehenſum poſſit necare jure mariti.*
9. *An avus, pater, adoptivus pater jus occidendi habeant filiâ ſtupratâ?*
10. *Quomodo, & quò tempore, quo ſervore, patri permittatur & adulterum & filiam adulterantem unà occidere?*
11. *Cur differenter occidendi poteſtas & patri & marito detur?*
12. *Cur adulterum alias infamem & vilem lex indiſtinctè permittat occidi?*
13. *Tiraquellus leges citat nuſquam apparentes.*

14. Re-

14. Referuntur varia adulterii pœnæ ex antiquitatibus.

15. Olim dominus cum ancilla fornicans, nullâ tenebatur pœna?

16. Quis author legis Iuliæ de adulteriis? notabiliora.

17. An pater maritusve jus occidendi committere poſſint extraneo?

18. Vtrum maritus pulſans uxorem, quæ extra domum adulterium committit, eum poſſit adulterii accuſare?

19. Pœna mariti proſtituentis uxorem quæ?

20. Quando maritus adulteris accuſare non poſſit mulierem.

21. Quanto tempore jus accuſandi adulteros præſcribatur.

22. Cur maritus ipſe adulter, adulterii accuſare non poteſt uxorem?

23. Quæ accuſatio deſerta adulterii dicatur?

24. SCtum Turpillianum vetat de adulterio quaſcunq; tranſactiones?

25. Quomodo abſolutio vel condemnatio ſocii præjudicet conſorti?

26. Qualiter facti ignorantia excuſet delictum?

27. Vxor deſerta à marito adulterii non accuſatur.

28. Quomodo adulterium puniatur jure divino civili & canonico?

29. Gentes penè omnes longè atrocius, uti Chriſtiani faciunt, puniverunt adulteros.

30. Multa Chriſtianorum ſtatuta pœnam pecuniariam ſolummodò infligunt adulteris.

31. Quomodo adulterium probetur?

SECUNDA publicorum judiciorum pars adulterium, polygamiam, ſtuprum inceſtum, raptum, lenocinium, atque contrà naturam luxuriam,
quam † pædicationem appellitat Barnab. Briſſon. *in lib. ſing. ad L. Jul. de ad-* 1
ult. pag. 146. complectitur. Definitur verè adulterium thori alieni violatio,
cauſ. 36 quæſt. 1. à viro conjugato & muliere nupta admiſſa, Clar. *in §. adulter.*
nu. 2. quod aliis adulterium † duplex dicitur inde, quoniam adulterantium 2
uterque & proprium & alienum thorum una contaminet, Menoch. *conſil.*
149. *num. 2.* Porrò inter virum ſolutum & mulierem conjugatam, item &
inter virum ſolutum & uxorem nuptam, adulterium quoq; fieri meritò tradimus. Menoch. *d. loc.* Baſil. Monner. *in tract. de matr. pag. mihi* 118. Adul-
terii accuſationem patresfamilias etiam † minores 25. annis *l. 1. 5. §. 6. ff. ad* 3
Jul. de adult. ac ſervi habent paſſivè, *l. ſervos, ff. de accuſat.* ille ab accuſatione
deſiſtens temerè SCti Turpilliani notam non effugit, *l. in SCtum, §. eos, ff. ad*
Turpill. nec ipſe crimine adulterii ſe polluens, ætatis veniam conſequitur, *l.*
36. ff. h. t. cum in integrum † reſtitutionis beneficium ceſſet in executioni- 4
bus pœnarum, *l. 3. 8. ff. eod. l. 9. §. 3. ff. de minor.* adeò ut quilibet (dicente lege
Julia) experiri poſſit contra adulteros, ubi tamen Judex eliget unum, qui accuſet, causâ cognitâ æſtimatis accuſatorum perſonis, juxta dignitates & exinde, quod accuſantium intereſt, vel ætate vel moribus, vel alia juſta de cauſa. *l.*
plures, ff. de accuſat. In tantum, † ut de accuſatore conſtituendo quondam 5
peculiaria prodita eſſent judicia, judices ſingulares ad hoc deputati, Quintil.
lib. 3. decl. 10. *A.* Gell. 2. *cap.* 4. ſolâ muliere ab hac accuſatione exclusâ, *l. 1.*
C. de adult. niſi quæ à marito accuſata adulterii & in eum & lenocinii & adulterii relationis non accuſationis jure retorqueat, *l. 2. §. 5. ff. eod.* vel ſi violata

6 † virgo jam viripotens corruptorem accuſet curatoribus aſſiſtentibus, *lib.7. C.hoc titulo.*

7 An Sponſus † Sponſam, viventem turpiter & luxurioſè, adulterii poſſit accuſare? vulgò quæritur, atque diſtinguitur inter Sponſam de præſenti (de qua affirmant) & de futuro, nondum cingendam, *arg. cauſ.27.queſt.* 1. *& c.diſcretionem, ext. de eo, qui cognov. conſ. uxor.* Covarr. *in epit. de ſponſ. p.*4. *c.*1.*num.*7. Bart. *in l.* 12.§. 2.*ff. h. t.* tametſi, qui ſequuntur Lutherum *in libell.* Von Eheſachen / hanc canonicam diſtinctionem prorſus rejiciant, quæ tamen ἁπλῶς repudiari non debet nec poteſt, quod alibi demonſtrabimus.

8 Quæſtionis arctioris eſt: An † Sponſus jure mariti in adulterio deprehenſum virum cum Sponſa poſſit trucidare? Quod quidam affirmant *per c.cauſæ,*27.*queſt.*1. Sed verius multoq; humanius eſt, non habere locum hic legem notabilem ex reſponſo Papiniani nobiliſſimi, *l.* 38. §. 8. *ff. h. t.* tantum abeſt, jus vitæ neciſque (quod Gallis quondam adverſus uxores competiiſſe ſcribit Cæſar *in com. de bell. Gall.*) attribui maritis ſeu Sponſis in adulteros, quod alias patriæ poteſtatis jure patri convenire conſtat, *l.* 22. *ff. h. t.* Quoniam hæc lex uti dura, nulla extenſione juvari merito debeat, Barnab. Briſſon. *in tr. ad l. Jul. Maj. pag.* 152. ut ea propter facultas occidendi nedum † avo,
9 neque filiofamilias concedatur, *l.*20.*ff.h.t.* David Döring. *tom.*1.*Biblioth, Juriſconſ.verb. adulterium.num.*232. licèt de adoptivo non ambigatur, *l.*22.*ff.eod.* modò accuſandi poteſtatem quoque hi patres habeant, *l.* 24. *eod.* reperiantq; filiam in ipſa turpitudine ἐν ἔργῳ, vel ἄρθροι ἐν ἄρθροις ἔχοντας, ut loquitur lex Solonis, relata *in l.* 23.*ff.h.t.*

Extenditur verò *l.* 22. *ff. h. t.* in hac, ut adulter quilibet poſſit occidi ſecundum prædictam *l.* 29. §. *fin. ff. h. t.* ut non tam filia, quam filius quoq; dignitate eximia præditus jure poſſit jugulari, imò & adulter extraneus cum filia carnaliter ſeſe commiſcens, *l.* 23. *ff. eod.* modò incontinenti vel è veſtigio id fiat, utrique interimantur perſonæ; videatur Briſſon. eleganter *d.loc.* Sed an filiam prægnantem occidere ſit permiſſum patri? Diſtinguit Harpr. *in tr. crimin.*§.5.*ad l.*10.*ff.h.t.* Confer Döring. *d. verb. adulterium. n.*219. *verſ. & in filiam prægnantem.* Illa de re extat declamatio. Quintil. *declam.* 277. *ibi:* lex cùm occidere mihi adulterum cum adultera permittit, manifeſtè illud oſten-
10 dit, † non poſſe eos temporibus diverſis occidi, & ſi adultero ſupplicium remittatur, etiam impunitatem alteri dandam: debet itaque, ut ait Ulpian. *in fin. d.l.*23. propè uno ictu & impetu pater utrumque occidere, & æquali ira adverſus utrumq; ſumptâ, propterea, quod lex patrem in eos, qui deprehenſi ſunt, indignationem exigat, ſeveritatemq; requirat, quod ſi dum in adultera occupatus eſt, filia, profugerit, & interpoſitis horis cum pater perſecutus apprehenderit, in continenti videbitur occidiſſe, quo pertinet & ille Quintilian. *in inſtit. orat.* locus: ſed una, cauſa plures habere quæſtiones & judicationes,

Digitized by Google

iones, ut ego arbitror, poteſt, ut in eo, qui cum adulteram deprehenſam occidiſſet, adulterum qui tum effugerat, poſtea in foro occidit, cauſa eſt una, dulter fuit, quæſtiones, & judicationes: an illo tempore, an illo loco licuerit occidere? *idem:* aliàs non unum nocentem ſervabas, quia ante adultero dimiſſo adulteram occidere non licebat; hoc enim argumentum lex facit, quæ rohibet adulteram ſine adultero occidere: ejuſdem generis alias dubitationes Sulp. Victor. *in inſtit. orator. ad M. Sylonem* perſtringit. Eandem ſententiam Seneca in declamat: tenet & ſequitur ibi: Adulterum cum adultera qui eprehenderit, dum utrumque corpus interficiat ſine fraude ſit. Nihil autem intereſt, prius adulterum an adulteram pater occidat, dum utrumq; occidit, nam ſi alterum duntaxat occiderit, lege Cornelia de Sicariis reus erit, quod ſi adultero occiſo, filiam vulneret, verbis quidem legis non liberatur ed reſcripto Marci & Commodi ei impunitas conceditur, quaſi fatò magis, quam voluntate, ejus ſervatâ filiâ videatur, quæ gravibus ſibi vulneribus poſt dulteri mortem infixis ſupervixerit, ſumma eorum quæ diximus hæc eſt, atrem ita demum adulteros jure occidere, ſi & filium in poteſtate habeat, & dulteros in ipſa turpitudine domi ſuæ generive ſui deprehendat, & utrumq; n continenti occidat.

Cæterùm, cur hæc poteſtas † non æquè marito ac patri competat, re- 11 miſſo jam quodammodo patriæ poteſtatis rigore, *Dd. in §. fin. inſt. de his, qui unt ſui vel alien. jur.* traditur à Papin. *in l. 22. §. fin. ff. h. t.* extenditur autem ratio illa Papiniani à Barnab. Briſſon. *d. loc. pag. mihi* 153. ibi: animadvertit nim lex, tardius maturioriq; conſilio ad cædem acceſſurum patrem, qui liberis ex animo bene velit, illosque ſibi ſalvos & ſuperſtites votis omnibus xoptet, nunquam paterni affectus in tantum vincuntur odio, ut non aliqua eſideat in his de filiorum ſalute ſollicitudo, itaq; nihil periculi eſt, necis jus atri dare, quem præſumptum eſt non temerè occiſurum, qui vix in animum nducere poſſit, ut naturam ipſam vincat, patremq; ſeſe obliviſcatur. Contra aritum irâ percitum multo inconſultius ac facilius occiſurum lex cogitait, quod præſtringente mentis aciem juſto dolore adhibere in conſilium raionem non poſſit, itaque hunc pronum ad cædes mariti fervorem velut inecto freno cohibendum cenſuit, cui non aliter † lex hanc poteſtatem præ- 12 et, niſi uxorem cum perſona infami rem habentem deprehenderit, *l. 24. ff. .t.* quod ipſum juſto mariti dolori conceſſum videtur, quem difficile in mou hoc repetino temperare poſſet, Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 1. adeò ut vir moleius ferre cenſeatur uxoris adulterium, quam filii interitum, Tiraquell. *d. oc. nu.* 3. allegat *l. codicillis, ff. de leg.* 2. quæ tamen † nuſquam apparet. Qua- 13 ropter Athenienſium ll. & fratri & marito licuit † occidere adulterium 14 ἐν ἔργῳ deprehenſum, unde elegans penes Demoſth. Lyſiæ oratio κατ' αὐτοῦ: qua in adulterio à ſe prehenſum Eratoſthenem jure cæſum contendit. Gothorum

thorum ll. idem licuiſſe, tradit Caſſiod. *lib.1.variar.* referuntq; *conſtit. Neapol. lib.3.tit.*80. perinde permiſſum fuiſſe conſtitutione Regis Rogerii, & Valer. Max.*6.c.*1. teſtatur, Sempronium Naſicam C. Gallum in adulterio deprehenſum occidiſſe; Cajum Menam quoque Lucium Octavium loris ad necem uſque contudiſſe, flagellaſſe. Adhæc Carbonem Actionum à Bilieno, item Pontium à Publio Cernio deprehenſos caſtratos fuiſſe. Gell.10. *cap.* 23. Valer. Max. 8.*c.*1. ubi citat mulierem, virum filiumq; eodem tempore veneni interficientem, inde, quod filium matrimonii prioris illi inſidiosè occidiſſent, quam cauſam Dolabella ad ſe relatam, Athenos ad Areopagitarum cognitionem rejecit. Areopagitæ cauſa inſpectâ, & accuſatores & reum poſt annos centum ad ſe redire juſſere, mulierem tacitè abſolventes, *hæc ille:* Porrò quos marito occidere licet, utique & verberibus cædere vel qualibet corporis parte mutilare, aliisq; quas dolor ſuggerit, pœnis malè tractare licebit, proinde Juvenalis *Satyr.*10.

——————— fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet, quaſcunq; mariti
Exigere irati, nec erit felicior aſtro
Martis, ut in laqueos nunquam incidat, exigit autem
Interdum ille dolor pluſquam lex ulla dolori
Conceſſit, necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus, quoſdam mœchos & mugilis intret.

Et Horat.1. *Satyr.*2.

Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam, dedit hic pro corpore nummos,
Hunc perminxerunt calones, quin etiam illud
Accidit, ut quidam teſtes, caudamq; ſalacem
Demeterent ferro, &c.

Quapropter Paul. de Caſtro *conſil.*277. *lib.*2. viliſſimum atque infamem virum illum appellat, qui manu propria de uxoris adulterio non ſe vindicat, judici ultionem relinquens, quod pro dicto ſingulari reputat Socin. Jun. *conſil.* 34. *lib.* 2. multo ſingularius hoc, quod refert Quintilian. *lib.*5. non punitum
15 † olim domini cum ancilla concubitum, &c. Briſſon. *d.loc.pag.*159. Tiraquell. utrumque reprobat, *in ll.connubial.leg.*13.*gloſſ.*1.*part.*13. Aſcan.Centorm.*lib.* 4. *bellor.* Tranſylvaniæ ſcribit, ut eum refert Johan. Wolff. *tom.*2.*lect.mem. cent.* 16.*pag.* 637. quod maritus quidam uxorem in adulterio deprehenſam precibus exoratus dimiſerit incolumem, non multò pòſt vir ipſe deprehenſus ab ingratiſſima muliere ſecuri percuſſus & occiſus ſit.

16 Dubium circa † authorem hujus legis adeò ſeveræ occurrit, quod Ulpian. *in l.*1.*h.t.* hanc legem à divo Auguſto latam adſerat, inſcriptio tituli vero ſonet

Digitized by Google

[...]onet legis Juliæ? Reſp. Octavium, cui poſtea Auguſti nomen delatum eſt, teſtamento majoris avunculi adoptatum C. Julium Cæſarem quoque appellatum fuiſſe more Romanis uſitato, apud quos parentum adoptivorum nomina gentilitiis aliquantulum immutatis aſſumebant. Aliqui dicunt ipſum Julium Cæſarem authorem eſſe hujus legis, quæ poſtea ab Octaviano fuerit aucta. Tiraquell. *de Auguſt. c. 34.* ubi teſtatur, Auguſtum leges anteceſſorum partim retractaſſe, quaſdam de integro ſanxiſſe, quaſdam auxiſſe, ut de pudicitia & adulterio, &c. qui licet ipſe adulter eſſet, Tranquill. *c. 69. in Auguſto.* non tamen deſtitit in adulteros rigoroſè animadvertere: defuncto Auguſto ex Julia ad tempus obdormivit, reſuſcitavit verò ipſam Domitianus, multos cives etiam nobiliores ab adulterio ad mortem condemnans. Zonar. *in annal. tom. 2.*

Sed ad rem redeuntes utiliter quæremus, utrum pater † mariuſve 17
hanc occidendi facultatem committere poſſit extraneo? Ita velle videntur Dd. Covatruv. *in tract. de ſponſal. c. 7. § 2.* cum paria ſint ſive quis per ſe, ſive alium, quod jure licet, expediat. *l. 1. §. 12. ff. de vi & vi armat. l. 6. §. 1. ff. quod cuiſq; univerſitat. nom. l. 1. §. 1. ff. de eo, per quem factum erit, quominus, &c.*

Quod tamen comprobandum non eſt, quandoquidem exorbitantia, quæ contra rationem juris recepta extant, non trahenda ſint ad conſequentias, imò odia reſtringenda non amplianda. *l. 15. ubi Zaſ. Bart. ff. de ll. l. 162. ff. de R. J. Dd. in c. odia, de R. J. in 6.* Eberh. *Topic. in loco ab extenſiva legis rat.* De
marito an & quando † mulierem adulteram accuſare & ream criminis con- 18
ſtituere poſſit, inprimis oportet meminiſſe.

1. Accuſare maritum uxorem haud poſſe, quoties ipſe eam adulteram proſtituerit, *d. c. diſcretionem extra, de eo qui cognovit conſan.* Sed quid ſi eam pulſat, quod facere maritus poteſt ipſaq; aufugiat, atque ſic excluſa de cuſtodia mariti adulterium committat, utrum maritus, qui videtur cauſam dediſſe huic rei expellendo uxorem, poſſit eam accuſare adulterii? Dubium facit, cum paria ſint occidiſſe, vel cauſam mortis præbuiſſe, *l. 1. 48. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 28. ff. de pœn.* Ergo & hic nihil intereſt, proſtituiſſe mulierem vel cauſam dediſſe, ut ſe proſtitueret. At hoc non obſtante, poſſe accuſari mulierem, magis dicendum eſt, quoniam maritus pulſando eam, operam dediſſe rei licitæ & jure permiſſæ, omninò judicetur, *l. unica. C. de emendat. propinq.* & Donell. 1. *comment. c fin.* utpote qui eâ intentione non correxit fœminam, ut profuga ſe turpem daret, *l. 1. ff. ad L. Cornel. de Sicar. & l. 28. ff. de pœn.* Quantùm attinet, illæ agunt de eo, qui rem plane illicitam exercens cauſam mortis præbuit, quæ ſunt ſeparatiſſima, à quibus nihil momenti infertur, *l. 2. ff. ad l. Aquil.*

Pœna verò mariti † proſtituentis uxorem eſt, ultimum ſupplicium, pa- 19
rùm enim aut nihil à lenone differt, qui capite punitur. *Novell. de lenon.*

Digitized by Google

Mulier proſtitui ſe paſſa ordinariâ adulterii pœnâ tenetur, qua de re dicetur infrà.

20 2. Si uxorem poſt † adulterium commiſſum in thoro retinet maritus, eam accuſare non poteſt, *l* 11.§.10.*ff.de Jul.adult.* Cujus enim mores retinendo adulteram comprobat, reprobare nequit amplius, *d. t.* 11. *§.* 10. Döring. *d. verb. adulterium.n.* 33. quò tritæ ſpectant regulæ: Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet, *l.* 23.*ubi Dec.ff.de R.J.* Quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto fiunt neceſſitatis, hinc Jaſon *in §.æque.inſtit. de action.* quotieſcunque, ait, actus contradicendo poterat impediri, neque contradicatur, pro rato habetur, quicquid actum, *l.*5.*ff.de adopt.* Qui tacet cõſentire videtur, quod geſtum eſt, *l. qui tacet. ff. de reg. jur.* Matth. de Afflict. *in deciſ. Neapol. deciſ.*308.

21 3. Lapſo termino † quo accuſari debebat, non poteſt accuſare poſtea maritus nec extraneus, *l.*4.*ff d. t.* terminus ille reſpectu mariti eſt ſexaginta dierum, extranei intuitu quatuor menſium, *d.l.*4.*§.* 1. qui terminus currit facto divortio à die divortii facti, vel à tempore ſcientiæ commiſſi criminis, *d. l.* 4. §.1.*l.*29.*§.*5.*ff.de adult.* poſterior tranſit à die commiſſi adulterii & eſt utilis, *d.l.*29.*l.*6.*ubi Salycet.C de adult.* Cæterùm accuſaturus adulterum, querelam inſtituat infra quinquennium continuum, *l.*5.*C.eodem.* Döring *d. verb. adulterium n* 60.

22 4. Si Maritus † per ſe adulter eſt, mulierém adulterii ream poſtulare non poteſt, *c.ſignificaſti.extra de divortiis.l.*1.*C.de Adult.* hinc Ulpianus *in l.*13. *§.*5.*ff.de eodem tit.* Judex adulterii ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudicè vivens mulieri quoque bonos mores colendi auctor ſit: periniquum enim videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet, quæ verba ex reſcripto quodam Imperatoris Antonini à JCto ſumpta eſſe, ex Beato Auguſtino *lib.*2.*ad polen.* obſervarunt Anton.Conz. 1.*ſubciſiv. lectionum.c.*7. Cujat. *in expoſit.nov. Novell.*22.*& in recit. ſolenni. C. de divortiis.* Quorſum enim tu caſtam tibi virginem (uxorem) poſtulas, cum tuum corpus luem contraxerit? Aut cur dimidiam tui partem purgatam deſideras, alteram autem partem pollutam retineas, inquit magnæ Britanniæ Rex Jacobus *lib.*2. *Reg.inſtit.* referente inter ſimilia Wilhelmo Antonii *in coroll. tract. ſuo de reſcript. morat. ſubj. ſect.* 1. *coroll.* 7. *pag.* 11. *ad fin. & pag.ſeq.* Congruit hiſce Lactantii Firmiani ſententia, exemplo continentiæ, *ait*, docenda uxor, ut ſe caſtè gerat, iniquum eſt enim, ut id exigas quod præſtare non poſſis? Et quod Gregor. Nazianzen. ſcribit translatum Græco ſermone: Quo pacto, ſive qua fronte tu quidem pudicitiam exigis, non autem ex tua quoque parte eam infers? quadrat huc dictum Melancht. *in reſponſ. Colon* ibi: Sed ille bene ſaginatus monachus, qui ſcripſit librum delectorum, facit, quod ſolent hypocritæ, requirit ſatisfactiones, quas ipſe minimè præſtat,

Digitized by Google

tat. Æneas Sylvius de Ottogaro Rege Bohemiæ ſcribit, in dictis & factis Alphonſi *lib.* 3. Cum enim ad eum de pudicitia conjugis ſuæ ſiniſtri rumores eſſent delati, Rex, inquit, naturale eſt, ut *Cornua qui ſumunt, ne cornua ferre recuſent*, quod à quodam Vate in vernaculâ noſtrâ ita verſum:

Wer zu einem andern Weib ſich geſellt/
Und mit derſelbigen zuhält/
Der darff ſich drob beklagen nicht/
Wann jhm dergleichen auch geſchicht.

Sic Barbara Cilia Sigiſmundi Imp. conjunx ſupra modum laſciva, cùm ſuperos & inferos eſſe negaret, interitumq; vitæ & corporis ſtatueret, vitam omnem cenſuit inanem, quæ non coitu, luxu, libidine contineretur, quapropter ultro viros in ſuum complexum invitabat: Lehman. *in Chron. Spir.* Imperatore tamen non imprudenter artem arte deludente, nam Münſtero *in Coſmograph.* teſte: Soll der Keyſer eben in dem Spital kranck geweſen ſeyn. Quanquam *ad dict. l.* 13. §. 5. aliqui diſtinguant inter judicium criminale & civile à marito inſtitutum, ita ut hoc ſaltem caſu mulier adulterii exceptionem marito opponere queat. Et tradit Covarr. *in epitome 4. part. 2. c. 7. §. 7. num. 5.* quod uxor regulariter non poſſit accuſare maritum adulterii, neque per exceptionem neque per reconventionem, rationem diverſitatis ſubjicit *ex l. 9. C. de quaſtion. c. officii. de pœnitentia.* Didac. Cantar. *in qq. crim. c.* 4. cui ſententiæ tamen expreſsè reclamat *l.* 2. §. 5. *ff. hoc tit.*

5. Si maritus inſtitutam † accuſationem vel protſus deſeruerit vel eidem renunciaverit, *l. 15. §. 5. ff. hoc tit. l. 16. C. eadem.* Deſertio autem illa judicii non fit purè & abſolutè, ſed nonnunquam cum licentia judicis, Barr. *in d. l.* 15. §. 5. Eſt ſiquidem natura † abolitionis hæc in genere, ut fieri non poſſit ſine judicis auctoritate ſub pœna SCti Turpilliani, quæ eſt quinq; Librarum auri, *l. 3. ff de prævaricat. l.* 18. *Cod. de tranſact.* quæ vetat ſuper adulterio fieri tranſactiones, Bart. *& Dd. ibidem.* 23 24

6. Cum adulter abſolvitur, & mulier abſoluta quoque dicetur, maritus de novo ream adulterii poſtulare nequit. *l. 48. §. 6. ibi: Si abſoluta fuerit* mulier, *ff. ad l. Jul. de adult.* Sed quid ſi cōdemnetur adulter, nónne ex adverſo & condemnata tacitè cenſebitur mulier? Negat *d. l.* 17. §. 6. ubi ait JCtus, poſſe adulterum correum inimicitiis ac falſis argumentis, conteſtibusq; ſubornatis opprimi, quod factum injuria geſtum nec poſſit nec debeat gravare mulierem, imò integrum mulieri relinquitur defendere adhuc ſuam innocentiam, *d. l.* 17. §. 6. Bartolus in hac l. format thema tale, ut ſi quæratur de duobus correis † conſortibus criminis, qualiter alter ex alterius condemnatione teneatur? quod ſic reſolvit: aut (inquit) condemnatus eſt alter reus ad ſupplicium, & ſententia hæc non præjudicat alteri, aut abſolutus eſt ab accuſatione idem, quia factum ſeu delictum, quod proponitur, commiſſum 25

Digitized by Google

5. *in fine*. Neque hic obſtat. Quod miles fortior è confragoſo veniat nem-
pe tolerantior laboris, iis, qui in urbibus & locis delicatioribus degunt. Tac.
74 3. *annal.* imo ex † agricolis milites robuſtiores gigni ſcribit Caro 1. *de re ruſti-
ca*, hyemem & æſtatem juxtà pari, humi requieſcere, eodem tempore inopiã
& laborem tolerare non detrectantes, Veget. 1. *c.* 3. Saluſt. *in Jugurtho.* Qui-
bus non labor inſolitus, non locus ullus aſper aut arduus, non armatus ho-
75 ſtis formidoloſus, Cæſar 1. *de bell. Gallic.* Quomodo enim † minus mortem
timeat, qui minus deliciarum novit in vita? Veget. 1. *cap.* 3. Tacit. 6. *annal.*
Reſp. hæc omnia ſi ad ruſticanos reſtringantur, uti revera intelligi de iis de-
bent, rem planam eſſe, modò illi non prorſus tyrones fuerint, quos hoſtium
conſpectu territos potius terga hoſti daturos quoque arguimus, quam ſtare
intrepidos & ſervare ordines. Si partim veterani ſint collecti ex ruſticis, ſanè
eos milites optimos fore, vel jamnum eſſe, meritò dicimus, atque hoc ſenſu
capienda ex Veget. Tacito aliisq; authoribus citata dicta arbitramur. 2. Quod
76 mandatum † militare nedum in minimo violandum ſit, cùm excedens limi-
tes mandati capite puniatur, etſi res bene & proſperè ceſſerit, *l.* 3. *§. in bello. ff.
de re milit.* Eleganter Tiraquell. *de pœn. cauſa* 52. Eberhard. *in top. in loc. à
rat. legis, &c. pag. mihi* 404. ubi teſtatur, quod *§. 9. inſt. de mandat.* in militi-
bus non limitetur, quanquam §. illum variis modis Dd. limitare ſoleant, Ho-
ſtienſ. *in c. cauſam. ext. de procurat.* non dubitat tamen And. Gail. reſpectu mi-
litum quoque limitare illum §. 9. adſerens, quod Dux vel Capitaneus ex no-
va ſuperveniente cauſa mandato ſummi ducis impunè parere non poſſit, *l. ſi
hominem, in fine, ff. mandati*, quam legem pro legatis principem facere ait
mandari fines aliquando excedentes, Gail. 1. *de pac. pub. c.* 4. *n.* 30.
77 16. Quæ incommoda † annonæ defectus præ ſe ferat in bello, nemini
obſcurum eſſe poſſit, ut enormis & profuſa ejus erogatio non levem inducat
ſuſpicionem, *l. 1. ubi Dd. C. de comment. lib.* 12. nec careat proditionis ſuſpicio-
ne. Egeſipp. *de devaſtat. Hieroſ. lib.* 5. Hinc Fredericus Gonzaga frumenta-
tores perfidos non ſecus ut proditores capite plexit, Arnold. Ferron. *de reb.
78 geſt. Gallor. lib.* 7. de † conſervando frumento in locis ſubterraneis tradit
idem. Ibi ſunt autem, ut his, qui vicini ſunt, Tholoſatibus accidit, qui gra-
naria habent ſub terris uti ſpeluncas, quas vocant Syros, ut in Cappadocia.
Horum ſolum, ut ait M. Varro, paleis ſubſternunt & curant, ne humor aut
aër tangere poſſit, niſi cum promitur ad uſum, ſic conditum, ait, triticum ma-
net vel annos quinquaginta, milium vero plus annos centum, & quò ſpiritus
non pervenit, ibi non oritur curculio, &c. hæc. Ferron. *d. l. pag. mihi* 176.

Denique Quintæ Claſſis Juliæ Majeſtatis, quæ de bello ſine authorita-
te & juſſu Cæſaris non gerendo agit, indicia ad claſſem 2. unà relata & tradita
ſunt.

79 Sextæ Claſſis, quæ de † imaginibus ſtatuisq; principum jam conſecra-
tis,

Digitized by Google

is, non conſlandis vel violandis agit, indicia ſunt ſtatuæ mutilatæ partis pe-
ies reum inventio, venditio particulæ imaginis auratæ, ejusq; ſic corroſæ,
t tandem appareat ſacrilegium, apprehenſio hominis ante vel poſt mutila-
ationem ſtatuæ juxta eam, inventio inſtrumentorum in domo alicujus, qui-
us veriſimiliter confringi vel conflagrari poterat ſtatua: Adde indicia ex
.7.*part.*1. hæc quoque ſpectantia. Ennius † Eques Romanus inde ſub quæ- 80
tionem læſæ majeſtatis pervenit, quod effigiem principis ſolummodo ad u-
um argenti promiſcuũ vertiſſet, quẽ tamen inter reos recipi Attejo Capito-
e JCto contra ſenſente Tiberius vetuit, ſic Falavius eques Romanus † inde 81
lelatus atq; indiciatus fuit læſæ majeſtatis, quòd venditio hortis ſtatuam Au-
uſti ſimul mancipaſſet, Cornel. Tacit. *lib.*1.*narrat.* qui quoque reſcripto
Tiberii periculum effugit, refert Barnab. Briſſon. *ſelect. antiquit. lib.*4.*cap.* 11.
andem quidam Auguſti ſtatuæ caput demens alteri alicui ſtatuæ id impoſi-
urus, damnatus eſt reus majeſtatis. Sueton. *in Tiber. c.*58. Seneca *lib.*3. *de be-
ef.* narrat, Tiberio eodem adhuc imperante, prætorium quendam virum
nnulo inſculptam Cæſaris imaginem habentem cum matellam ſumpſiſſet,
najeſtatis poſtulatum, quod imaginem obſcænis admoviſſet, &c. *hæc ille.*
Quanquam multos talia patrantes impunè evaſiſſe legamus: ſicut de Pontio
ribuno plebis, Aquila condicto, refertur, eum ſemel eò audaciç proceſſiſſe,
t Coronam Julii Cæſaris ſtatuæ impoſitam ſpectante populo detraxerit, Cæ-
are nec quicquam fremente, qui dein cùm amicis honores aut imperia de-
erneret, ſubjiciebat illud: *ſi per Aquilam licet:* Sylveſter zum Arenthal / *in
conijſm. Aquilæ Rom. collat.* 11. *verſ. Fuit etiam Pontius.* addens eandem in
nundo adhuc hodie replicari fabulam, nec difficilè eſſe ad ſpeciem, quæ oc-
idit, deſcendere, niſi pax ſilentjum imperitet. Judaicis bellis † initium præ- 82
ebat ſtatuæ Tiberii in templo depoſitæ à Pontio Pilato contemptus & de-
nolitio, Egeſipp. *lib.*2.*bellor. judaicor. c.*3. ibi: So findet es ſich auch augen-
heinlich / daß Pilatus der Römiſche Landpfleger ein Vrſach vnd Anfänger
lles dieſes Jammers ſey / dann er ſich zum erſten vnterſtanden hat / deß Key-
ers Bildnuß in den Tempel zu ſtellen / als aber das Volck ſolches nicht ge-
achte zu leiden / wolte er ſie mit Gewalt zwingen / die Bilder anzunemen / vnd
oder ſehr viel darüber / ꝛc. hæc Egeſippus: Quanquam Suet. *in vita Veſpaſia-
ı* aliam recenſeat belli illius cauſam; *ibi:* percrebuerat toto Oriente vetus &
onſtans fama & opinio, eſſe in fatis, ut quo tempore filius virginis naſcere-
ır, in Judæa, præfecti rerum potirentur, vel ut Joſeph. *c.*31. *antiq. judaic.* an-
eps quædam (ait) erat, & in ſacris literis fundata prædictio (de ruinâ poli-
æ Judaicæ) quæ ad rebellandum incitavit Hebræos, Ægyd. Hunn. *in tr. de
ert. ſcript. ſacræ pag. mihi* 140.

Poſtremò, claſſis ſeptimæ indicia, quod attinet, ea infra de vi publicâ
uc ſunt transferenda, ubi de eâ legis Juliæ parte † vis publicæ agitur, pariter, 83

 ut ſi

Digitized by Google

ut ſi quis in jus vocatum vi exemerit, vel (de vi privata) concurſum feciſſe dicatur, quò minùs quis in jus produceretur, ubi hoc ſaltem intereſt, quantò ſceleratius graviuſque delinquatur in Principem Romanum, præterquam ſi privatus oſtenditur, eo enixius in indicia hujus claſſis inquirendum.

Poſt indicia verò illa hìc diſpiciendum cumprimis ſupereſt, qualisnam perſona dimiſſionis inculpetur, utrumne ea ipſius delicti l. juliæ majeſtatis retro rea ſive conſcia ſit reputata, non quidem à Principe ipſo nec officialibus adulantibus, ſed perſonis teſtibusq; omni exceptione majoribus: &
84 quanquam aſſertioni † Principis regulariter fides habenda ſit, non tamen ei creditur, ſi factum proprium conteſtatio reſpiciat. Ancharan. *conſil.* 398. Decian. *conſil.* 23. *& conſil.* 18. *lib.* 1. Licèt nonnulli adſtruant, indicia parere etiam in re propria, relationem Principis, ut ſi Princeps ſuboleverit machinationē aliquam in ſe factam, officialibus non obſervantibus, adeò ut reus purgare ſeſe neceſſe habeat. Doctores *citat. loc.* uti aliàs communiter receptum eſſe apparet, quod hæc relatio principis de ſe ipſo, ut quia inſidias ſibi ſtrui ſenſerit, præbeat occaſionem inquirendi & procedendi contra reum, Clar. *in §. fin. q.* 53. *verſu, ſed quid ſi aliquis.* imò principi aſſerenti de delicto, quem eſſe diffamatum pariter credendum eſt, quoad indicia fundanda, non probationem integram inde eruendam, Felin. *in c. cum à nobis. ext. de teſtib.* Crot. *de teſtib. num.* 144. Porrò ſi de notorio & inexcuſabili delicto narrat, remq; ſibi ita ab aliis Principibus relatam, niſi revera notorium non ſit, quod pro notorio allegat *clem. paſtoralis. de rejud.* Dec. *conſil.* 606. *num.* 179. *& ſequentibus.*

CAPUT VI.

DE ADULTERIO.

SUMMARIA.

1. *Prædicatio quid & quanam delicti carnis ſpecies.*
2. *Adulterium quid & quotuplex?*
3. *Minor 25. annis ab adulterii accuſatione deſiſtens an incidat in SCtum Turpillianum?*
4. *In executionibus cauſarum criminalium ceſſat beneficium reſtitutionis in integrū.*
5. *Quid juris, ſi plures ad accuſandum adulterum concurrant?*
6. *Quomodo mulier & virgo corrupta adulterii accuſent?*
7. *An Sponſus Sponſam adulterii poſſit accuſare?*
8. *An Sponſus cum Sponsâ fornicantem virum in flagranti actu apprehenſum poſſit necare jure mariti.*
9. *Anavus, pater, adoptivus pater jus occidendi habeant filiā ſupratā?*
10. *Quomodo, & quò tempore, quo fervore, patri permittatur & adulterum & filiam adulterantem unà occidere?*
11. *Cur differenter occidendi poteſtas & patri & marito detur?*
12. *Cur adulterum aliàs infamem & vilem lex indiſtinctè permittat occidi?*
13. *Tiraquellus leges citat nuſquam apparentes.*

Digitized by Google

14. *Referuntur varia adulterii pœna ex antiquitatibus.*

15. *Olim dominus cum ancilla fornicans, nullâ tenebatur pœna?*

16. *Quis author legis Iulia de adulteriis? notabiliora.*

17. *An pater maritusve jus occidendi committere poſſint extraneo?*

18. *Vtrum maritus pulſans uxorem, quæ extra domum adulterium committit, eum poſſit adulterii accuſare?*

19. *Pœna mariti proſtituentis uxorem quæ?*

20. *Quando maritus adulterii accuſare non poſſit mulierem.*

21. *Quanto tempore jus accuſandi adulteros præſcribatur.*

22. *Cur maritus ipſe adulter, adulterii accuſare non poteſt uxorem?*

23. *Quæ accuſatio deſerta adulterii dicatur?*

24. *SCtum Turpillianum vetat de adulterio quaſcunq; tranſactiones?*

25. *Quomodo abſolutio vel condemnatio ſocii præjudicet conſortis?*

26. *Qualiter facti ignorantia excuſet delictum?*

27. *Vxor deſerta à marito adulterii non accuſatur.*

28. *Quomodo adulterium puniatur jure divino civili & canonico?*

29. *Gentes penè omnes longè atrocius, uti Chriſtiani faciunt, puniverunt adulteros.*

30. *Multa Chriſtianorum ſtatuta pœnam pecuniariam ſolummodò infligunt adulterii.*

31. *Quomodo adulterium probetur?*

SECUNDA publicorum judiciorum pars adulterium, polygamiam, ſtuprum inceſtum, raptum, lenocinium, atque contrà naturam luxuriam, quam † pædicationem appellitat Barnab. Briſſon. *in lib. ſing. ad L. Jul. de ad-* 1
ult. pag. 146. complectitur. Definitur verè adulterium thori alieni violatio, *auſ.* 36 *quæſt.* 1. à viro conjugato & muliere nupta admiſſa, Clar. *in §. adulter.*
m. 2. quod aliis adulterium † duplex dicitur inde, quoniam adulterantium 2
uterque & proprium & alienum thorum una contaminet, Menoch. *conſil.* 149. *num.* 2. Porrò inter virum ſolutum & mulierem conjugatam, item & inter virum ſolutum & uxorem nuptam, adulterium quoq; fieri meritò tradimus. Menoch. *d. hoc.* Baſil. Monner. *in tract. de matr. pag. mihi* 118. Adulerii accuſationem patrés familias etiam † minores 25. annis *l.* 1. *ſ.* §. 6. *ff. ad* 3
Jul. de adult. ac ſervi habent paſſivè, *l. ſervos, ff. de accuſat.* ille ab accuſatione deſiſtens temerè SCti Turpilliani notam non effugit, *l. in SCtum, §. eos, ff. ad Turpill.* nec ipſe crimine adulterii ſe polluens, ætatis veniam conſequitur, *l.* 6. *ff. h. t.* cum in integrum † reſtitutionis beneficium ceſſet in executioni- 4
bus pœnarum, *l.* 3. 8. *ff. eod. l.* 9. §. 3. *ff. de minor.* adeò ut quilibet (dicente lege Julia) experiri poſſit contra adulteros, ubi tamen Judex eliget unum, qui accuſet, causâ cognitâ æſtimatis accuſatorum perſonis, juxta dignitates & exinde, quod accuſantium intereſt, vel ætate vel moribus, vel alia juſta de cauſa. *l. lures, ff. de accuſat.* In tantum, † ut de accuſatore conſtituendo quondam 5
peculiaria prodita eſſent judicia, judices ſingulares ad hoc deputati, Quintil. *lib.* 3. *decl.* 10. *A.* Gell. 2. *cap.* 4. ſolâ muliere ab hac accuſatione exclusâ, *l. 1. C. de adult.* niſi quæ à marito accuſata adulterii & in eum & lenocinii & adulterii relationis non accuſationis jure retorqueat, *l.* 2. *§.* 5. *ff. eod.* vel ſi violata

6 † virgo jam viripotens corruptorem accuſet curatoribus aſſiſtentibus, *lib.7.*
C.hoc titulo.

7 An Sponſus † Sponſam, viventem turpiter & luxurioſè, adulterii
poſſit accuſare? vulgò quæritur, atque diſtinguitur inter Sponſam de præſen-
ti (de qua affirmant) & de futuro, nondum cingendam, *arg.cauſ.27.quæſt.1.*
& c.diſcretionem, ext. de eo, qui cognov. conſ. uxor. Covarr. *in epit. de ſponſ. p.4.*
c.1.num.7. Bart. *in l.12.§.2.ff.h.t.* tametſi, qui ſequuntur Lutherum *in libell.*
Von Eheſachen / hanc canonicam diſtinctionem prorſus rejiciant, quæ ta-
men ἁπλῶς repudiari non debet nec poteſt, quod alibi demonſtrabimus.

8 Quæſtionis arctioris eſt: An † Sponſus jure mariti in adulterio de-
prehenſum virum cum Sponſa poſſit trucidare? Quod quidam affirmant *per*
c.cauſæ,27.quæſt.1. Sed verius multoq; humanius eſt, non habere locum hîc
legem notabilem ex reſponſo Papiniani nobiliſſimi, *l.38.§.8.ff.h.t.* tantum
abeſt, jus vitæ necisque (quod Gallis quondam adverſus uxores competiiſſe
ſcribit Cæſar *in com. de bell. Gall.*) attribui maritis ſeu Sponſis in adulteros,
quod alias patriæ poteſtatis jure patri convenire conſtat, *l.22.ff.h.t.* Quo-
niam hæc lex uti dura, nulla extenſione juvari merito debeat, Barnab. Briſſon.
9 *in tr. ad l. Jul. Maj. pag.* 152. ut ea propter facultas occidendi nedum † avo,
neque filiofamilias concedatur, *l.20.ff.h.t.* David Döring. *tom.1.Biblioth. Ju-*
*riſconſ. verb. adulterium. num.*232. licèt de adoptivo non ambigatur, *l.22.ff.eod.*
modò accuſandi poteſtatem quoque hi patres habeant, *l.24.eod.* reperiantq;
filiam in ipſa turpitudine ἐν ἔργῳ, vel ἄρθροι ἐν ἄρθροις ἔχοντας, ut loquitur lex
Solonis, relata *in l.23.ff.h.t.*

Extenditur verò *l.22.ff.h.t.* in hac, ut adulter quilibet poſſit occidi ſe-
cundum prædictam *l.29.§.fin.ff.h.t.* ut non tam filia, quam filius quoq; di-
gnitate eximia prædirus jure poſſit jugulari, imò & adulter extraneus cum
filia carnaliter ſeſe commiſcens, *l.23.ff.eod.* modò in continenti vel è veſtigio
id fiat, utrique interimantur perſonæ; videatur Briſſon. eleganter *d.loc.* Sed
an filiam prægnantem occidere ſit permiſſum patri? Diſtinguit Harpr. *in tr.*
crimin.§.5.ad l.10.ff.h.t. Confer Döring. *d. verb. adulterium. n.219. verſ. & in*
filiam prægnantem. Illa de re extat declamatio. Quintil. *declam. 277. ibi:* lex
cùm occidere mihi adulterum cum adultera permittit, manifeſtè illud oſten-
10 dit, † non poſſe eos temporibus diverſis occidi, & ſi adultero ſupplicium re-
mittatur, etiam impunitatem alteri dandam: debet itaque, ut ait Ulpian. *in*
fin.d.l.23. propè uno ictu & impetu pater utrumque occidere, & æquali ira
adverſus utrumq; ſumprâ, propterea, quod lex patrem in eos, qui deprehenſi
ſunt, indignationem exigat, ſeveritatemq; requirat, quod ſi dum in adultera
occupatus eſt, filia, profugerit, & interpoſitis horis cum pater perſecutus
apprehenderit, in continenti videbitur occidiſſe, quo pertinet & ille Quin-
tilian. *in inſtit. orat.* locus: ſed una, cauſa plures habere quæſtiones & judica-
tiones,

Digitized by Google

iones, ut ego arbitror, poteſt, ut in eo, qui cum adulteram deprehenſam)ccidiſſet, adulterum qui tum effugerat, poſtea in foro occidit. cauſa eſt una, dulter fuit, quæſtiones, & judicationes: an illo tempore, an illo loco licue-it occidere? *idem:* aliàs non unum nocentem ſervabas, quia ante adultero di-niſſo adulteram occidere non licebat; hoc enim argumentum lex facit, quæ rohibet adulteram ſine adultero occidere: ejuſdem generis alias dubitatio-es Sulp. Victor. *in inſtit. orator. ad M. Sylonem* perſtringit. Eandem ſenten-am Seneca in declamat: tenet & ſequitur ibi: Adulterum cum adultera qui eprehenderit, dum utrumque corpus interficiat ſine fraude ſit. Nihil au-:m intereſt, prius adulterum an adulteram pater occidat, dum utrumq; oc-idit, nam ſi alterum duntaxat occiderit, lege Cornelia de Sicariis reus erit, uod ſi adultero occiſo, filiam vulneret, verbis quidem legis non liberatur :d reſcripto Marci & Commodi ei impunitas conceditur, quaſi fatò magis, uam voluntate, ejus ſervatâ filiâ videatur, quæ gravibus ſibi vulneribus poſt dulteri mortem infixis ſupervixerit; ſumma eorum quæ diximus hæc eſt, atrem ita demum adulteros jure occidere, ſi & filium in poteſtate habeat, & dulteros in ipſa turpitudine domi ſuæ generive ſui deprehendat, & utrumq; ı continenti occidat.

Cæterùm, cur hæc poteſtas † non æquè marito ac patri competat, re-ıiſſo jam quodammodo patriæ poteſtatis rigore, *Dd. in §. fin. inſt. de his, qui int ſui vel alien. jur.* traditur à Papin. *in l. 22. §. fin. ff. h. t.* extenditur autem ra-o illa Papiniani à Barnab. Briſſon. *d. loc. pag. mihi* 153. ibi: animadvertit nim lex, tardius maturioriq; conſilio ad cædem acceſſurum patrem, qui li-eris ex animo bene velit, illosque ſibi ſalvos & ſuperſtites votis omnibus optet, nunquam paterni affectus in tantum vincuntur odio, ut non aliqua :ſideat in his de filiorum ſalute ſollicitudo, itaq; nihil periculi eſt, necis jus atri date, quem præſumptum eſt non temerè occiſurum, qui vix in animum ıducere poſſit, ut naturam ipſam vincat, patremq; ſeſe obliviſcatur. Contra aritum irâ percitum multo inconſultius ac facilius occiſurum lex cogita-t, quod præſtringente mentis aciem juſto dolore adhibere in conſilium ra-ɔnem non poſſit, itaque hunc pronum ad cædes mariti fervorem velut in-cto freno cohibendum cenſuit, cui non aliter † lex hanc poteſtatem præ-:t, niſi uxorem cum perſona infami rem habentem deprehenderit, *l. 24. ff.* . quod ipſum juſto mariti dolori conceſſum videtur, quem difficile in mo-hoc repetino temperare poſſet, Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 1. adeò ut vir mole-us ferre cenſeatur uxoris adulterium, quam filii interitum, Tiraquell. *d.* :. *nu.* 3. allegans *l. codicillis, ff. de leg.* 2. quæ tamen † nuſquam apparet. Qua-opter Athenienſium ll. & fratri & marito licuit † occidere adulterium ἔργῳ deprehenſum, unde elegans penes Demoſth. Lyſiæ oratio κατ᾽ ... : ıa in adulterio à ſe prehenſum Eratoſthenem jure cæſum contendit. Go-

thorum

thorum ll. idem licuiſſe, tradit Caſſiod. *lib.1.variar.* referuntq; *conſtit. Neapol. lib.3.tit.*80. perinde permiſſum fuiſſe conſtitutione Regis Rogerii, & Valer. Max.*6.c.1.* teſtatur, Sempronium Naſicam C. Gallum in adulterio deprehenſum occidiſſe; Cajum Menam quoque Lucium Octavium loris ad necem uſque contudiſſe, flagellaſſe. Adhæc Carbonem Actionum à Bilieno, item Pontium à Publio Cernio deprehenſos caſtratos fuiſſe. Gell.10. *cap.* 23. Valer. Max. 8.*c.*1. ubi citat mulierem, virum filiumq; eodem tempore venenis interficientem, inde, quod filium matrimonii prioris illi inſidiosè occidiſſent, quam cauſam Dolabella ad ſe relatam, Athenos ad Areopagitarum cognitionem rejecit. Areopagitæ cauſa inſpectâ, & accuſatores & reum poſt annos centum ad ſe redire juſſere, mulierem tacitè abſolventes, *hæc ille*: Porrò quos marito occidere licet, utique & verberibus cædere vel qualibet corporis parte mutilare, aliisq; quas dolor ſuggerit, pœnis malè tractare licebit, proinde Juvenalis *Satyr.*10.

——————— fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet, quaſcunq; mariti
Exigere irati, nec erit felicior aſtro
Martis, ut in laqueos nunquam incidat, exigit autem
Interdum ille dolor plusquam lex ulla dolori
Conceſſit, necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus, quoſdam mœchos & mugilis intret.

Et Horat.1. *Satyr.*2.

Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam, dedit hic pro corpore nummos,
Hunc perminxerunt calones, quin etiam illud
Accidit, ut quidam teſtes, caudamq; ſalacem
Demeterent ferro, &c.

Quapropter Paul. de Caſtro *conſil.*277.*lib.*2. viliſſimum atque infamem virum illum appellat, qui manu propria de uxoris adulterio non ſe vindicat, judici ultionem relinquens, quod pro dicto ſingulari reputat Socin. Jun. *conſil.* 34. *lib.* 2. multo ſingularius hoc, quod refert Quintilian. *lib.*5. non punitum
15 † olim domini cum ancilla concubitum, &c. Briſſon. *d.loc.pag.*159. Tiraquell. utrumque reprobat, *in ll.connubial.leg.*13.*gloſſ.*1.*part.*13. Aſcan. Centorm. *lib.* 4. *bellor.* Tranſylvaniæ ſcribit, ut eum refert Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. cent.* 16.*pag.* 637. quod maritus quidam uxorem in adulterio deprehenſam precibus exoratus dimiſerit incolumem, non multò pòſt vir ipſe deprehenſus ab ingratiſſima muliere ſecuri percuſſus & occiſus ſit.

16 Dubium circa † authorem hujus legis adeò ſeveræ occurrit, quod Ulpian. *in l.1.h.t.* hanc legem à divo Auguſto latam adſerat, inſcriptio tituli vero ſonet

Digitized by Google

onet legis Juliæ? Reſp. Octavium, cui poſtea Auguſti nomen delatum eſt,
eſtamento majoris avunculi adoptatum C. Julium Cæſarem quoque appel-
atum fuiſſe more Romanis uſitato, apud quos parentum adoptivorum no-
mina gentilitiis aliquantulum immutatis aſſumebant. Aliqui dicunt ipſum
ulium Cæſarem authorem eſſe hujus legis, quæ poſtea ab Octaviano fuerit
ucta. Tiraquell. *de Auguſt. c.* 34. ubi teſtatur, Auguſtum leges anteceſſorum
artim retractaſſe, quaſdam de integro ſanxiſſe, quaſdam auxiſſe, ut de pudi-
itia & adulterio, &c. qui licet ipſe adulter eſſet, Tranquill. *c. 69. in Auguſto.*
on tamen deſtitit in adulteros rigoroſè animadvertere: defuncto Auguſto
ex Julia ad tempus obdormivit, reſuſcitavit verò ipſam Domitianus, multos
ives etiam nobiliores ab adulterio ad mortem condemnans. Zonar. *in annal.*
om. 2.

Sed ad rem redeuntes utiliter quæremus, utrum pater † maritusve 17
anc occidendi facultatem committere poſſit extraneo? Ita velle videntur
Dd. Covarruv. *in tract. de ſponſal. c.* 7. *§* 2. cum paria ſint ſive quis per ſe, ſive
lium, quod jure licet, expediat. *l.* 1. *§.* 12. *ff. de vi & vi armat. l.* 6. *§.* 1. *ff. quod*
uiſq; univerſitat. nom. l. 1. *§.* 1. *ff. de eo, per quem factum erit, quominus, &c.*

Quod tamen comprobandum non eſt, quandoquidem exorbitantia,
uæ contra rationem juris recepta extant, non trahenda ſint ad conſequen-
as, imò odia reſtringenda non amplianda. *l.* 15. *ubi Zaſ. Bart. ff. de ll. l.* 162. *ff. de*
. J. Dd. in c. odia, de R. J. in 6. Eberh. *Topic. in loco ab extenſiva legis rat.* De
arito an & quando † mulierem adulteram accuſare & ream criminis con- 18
ituere poſſit, inprimis oportet meminiſſe.

1. Accuſare maritum uxorem haud poſſe, quoties ipſe eam adulteram
roſtituerit, *d. c. diſcretionem extra, de eo qui cognovit conſan.* Sed quid ſi eam
ulſat, quod facere maritus poteſt ipſaq; aufugiat, atque ſic excluſa de custo-
a mariti adulterium committat, utrum maritus, qui videtur cauſam dediſſe
uic rei expellendo uxorem, poſſit eam accuſare adulterii? Dubium facit,
um paria ſint occidiſſe, vel cauſam mortis præbuiſſe, *l.* 1. 48. *ff. ad L. Cornel.*
Sicar. l. 28. *ff. de pœn.* Ergo & hic nihil intereſt, proſtituiſſe mulierem vel
uſam dediſſe, ut ſe proſtitueret. At hoc non obſtante, poſſe accuſari mu-
erem, magis dicendum eſt, quoniam maritus pulſando eam, operam dediſ-
rei licitæ & jure permiſſæ, omninò judicetur, *l. unica. C. de emendat. pro-*
nq. & Donell. 1. *comment. c fin.* utpote qui eâ intentione non corexit fœmi-
um, ut profuga ſe turpem daret, *l.* 1. *ff. ad L. Cornel. de Sicar. & l.* 28. *ff. de pœn.*
antùm attinet, illæ agunt de eo, qui rem plane illicitam exercens cauſam
ortis præbuit, quæ ſunt ſeparatiſſima, à quibus nihil momenti infertur, *l.*
ff. ad l. Aquil.

Pœna verò mariti † proſtituentis uxorem eſt, ultimum ſupplicium, pa- 19
m enim aut nihil à lenone differt, qui capite punitur. *Novell. de lenon.*

Digitized by Google

Mulier proſtitui ſe paſſa ordinariâ adulterii pœnâ tenetur, qua de re dicetur infrà.

20 2. Si uxorem poſt † adulterium commiſſum in thoro retinet maritus, eam accuſare non poteſt, *l* 11.§.10.*ff.de Jul.adult.* Cujus enim mores retinendo adulteram comprobat, reprobare nequit amplius, *d. t.* 11. *§.* 10. Döring. *d. verb. adulterium.n.* 33. quò tritæ ſpectant regulæ: Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet, *l.*23.*ubi Dec.ff.de R.J.* Quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto fiunt neceſſitatis, hinc Jaſon *in §.æque.inſtit. de action.* quotieſcunque, ait, actus contradicendo poterat impediri, neque contradicatur, pro rato habetur, quicquid actum, *l.*5.*ff.de adopt.* Qui tacet cōſentire videtur, quod geſtum eſt, *l. qui tacet. ff. de reg. jur.* Matth. de Afflict. *in deciſ. Neapol. deciſ.*308.

21 3. Lapſo termino † quo accuſari debebat, non poteſt accuſare poſtea maritus nec extraneus, *l.*4.*ff d. t.* terminus ille reſpectu mariti eſt ſexaginta dierum, extranei intuitu quatuor menſium, *d.l.*4.*§.* 1. qui terminus currit facto divortio à die divortii facti, vel à tempore ſcientiæ commiſſi criminis, *d. l.* 4. §.1.*l.*29.*§.*5.*ff.de adult.* poſterior tranſit à die commiſſi adulterii & eſt utilis, *d.l.*29.*l.*6.*ubi Salycet.C de adult.* Cæterùm accuſaturus adulterum, querelam inſtituat infra quinquennium continuum, *l.*5.*C.eodem.* Döring *d. verb. adulterium n* 60.

22 4. Si Maritus † per ſe adulter eſt, mulierém adulterii ream poſtulare non poteſt, *c.ſignificaſti.extra de divortiis.l.*1.*C.de Adult.* hinc Ulpianus *in l.*13. *§.*5.*ff.de eodem tit.* Judex adulterii ante oculos habere debet & inquirere, an maritus pudicè vivens mulieri quoque bonos mores colendi auctor ſit: periniquum enim videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet, quæ verba ex reſcripto quodam Imperatoris Antonini à JCto ſumpta eſſe, ex Beato Auguſtino *lib.*2.*ad polen.* obſervarunt Anton.Conz. 1.*ſubciſiv. lectionum.c.*7. Cujat. *in expoſit.nov. Novell.*22.*& in recit. ſolenni. C. de divortiis.* Quorſum enim tu caſtam tibi virginem (uxorem) poſtulas, cum tuum corpus luem contraxerit? Aut cur dimidiam tui partem purgatam deſideras, alteram autem partem pollutam retineas, inquit magnæ Britanniæ Rex Jacobus *lib.*2. *Reg.inſtit.* referente inter ſimilia Wilhelmo Antonii *in coroll. tract. ſuo de reſcript. morat. ſubj. ſect.* 1. *coroll.* 7. *pag.* 11. *ad fin. & pag.ſeq.* Congruit hiſce Lactantii Firmiani ſententia, exemplo continentiæ, *ait*, docenda uxor, ut ſe caſtè gerat, iniquum eſt enim, ut id exigas quod præſtare non poſſis? Et quod Gregor. Nazianzen. ſcribit translatum Græco ſermone: Quo pacto, ſive qua fronte tu quidem pudicitiam exigis, non autem ex tua quoque parte eam infers? quadrat huc dictum Melancht. *in reſponſ. Colon* ibi: Sed ille bene ſaginatus monachus, qui ſcripſit librum delectorum, facit, quod ſolent hypocritæ, requirit ſatisfactiones, quas ipſe minimè præſtat,

Digitized by Google

at. Æneas Sylvius de Ottogaro Rege Bohemiæ ſcribit, in dictis & factis
lphonſi *lib.* 3. Cum enim ad eum de pudicitia conjugis ſuæ ſiniſtri rumo-
es eſſent delari, Rex, inquit, naturale eſt, ut *Cornua qui ſumunt, ne cornua ferre
cuſent*, quod à quodam Vate in vernaculâ noſtrâ ita verſum:

Wer zu einem andern Weib ſich geſellt/
Und mit derſelbigen zuhält/
Der darff ſich drob beklagen nicht/
Wann jhm dergleichen auch geſchicht.

ic Barbara Cilia Sigiſmundi Imp. conjunx ſupra modum laſciva, cùm ſupe-
os & inferos eſſe negaret, interitumq; vitæ & corporis ſtatueret, vitam o-
nem cenſuit inanem, quæ non coitu, luxu, libidine contineretur, quapro-
ter ultro viros in ſuum complexum invitabat: Lehman. *in Chron. Spir.* Im-
eratore tamen non imprudenter artem arte deludente, nam Münſtero *in
oſmograph.* teſte: Soll der Keyſer eben in dem Spital kranck geweſen ſeyn.
Quanquam *ad dict. l.* 13. §. 5. aliqui diſtinguant inter judicium criminale & ci-
ile à marito inſtitutum, ita ut hoc ſaltem caſu mulier adulterii exceptionem
arito opponere queat. Et tradit Covarr. *in epitome 4. part. 2. c. 7. §. 7. num. 5.*
uod uxor regulariter non poſſit accuſare maritum adulterii, neque per ex-
eptionem neque per reconventionem, rationem diverſitatis ſubjicit *ex l. 9.
de quæſtion. c. officii. de pœnitentia.* Didac. Cantar. *in qq. crim. c.* 4. cui ſenten-
æ tamen expreſsè reclamat *L. 2. §. 5. ff. hoc tit.*

5. Si maritus inſtitutam † accuſationem vel prorſus deſeruerit vel ei- 23
em renunciaverit, *l. 15. §. 5. ff. hoc tit. l. 16. C. eadem.* Deſertio autem illa judicii
on fit purè & abſolutè, ſed nonnunquam cum licentia judicis, Bart. *in dil.*
5. §. 5. Eſt ſiquidem natura † abolitionis hæc in genere, ut fieri non poſſit 24
ne judicis auctoritate ſub pœna SCti Turpilliani, quæ eſt quinq; Librarum
ri, *l. 3. ff de pravaricat. l.* 18. *Cod. de tranſact.* quæ vetat ſuper adulterio fieri
anſactiones, Bart. *& Dd. ibidem.*

6. Cum adulter abſolvitur, & mulier abſoluta quoque dicetur, ma-
tus de novo ream adulterii poſtulare nequit *l. 48. §. 6. ibi:* Si abſoluta fuerit
ulier, *ff. ad l. Jul. de adult.* Sed quid ſi cōdemnetur adulter, nónne ex adverſo
condemnata tacitè cenſebitur mulier? Negat *d. l.* 17. §. 6. ubi ait JCtus, po-
iſſe adulterum correum inimicitiis ac falſis argumentis, conteſtibusq; ſub-
rnatis opprimi, quod factum injuria geſtum nec poſſit nec debeat gravare
ulierem, imò integrum mulieri relinquitur defendere adhuc ſuam inno-
entiam, *d. l. 17. §. 6.* Bartolus in hac l. format thema tale, ut ſi quæratur de
uobus correis † conſortibus criminis, qualiter alter ex alterius conde- 25
natione teneatur? quod ſic reſolvit: aut (inquit) condemnatus eſt alter reus
d ſupplicium, & ſententia hæc non præjudicat alteri, aut abſolutus eſt ab ac-
uſatione idem, quia factum ſeu delictum, quod proponitur, commiſſum

eſſe non conſtat, & talis ſententia prodeſt correo, aut abſolvitur; quia non fuit in culpa, & ſententia non relevat criminis conſortem. Hæc Bart. *d.l.*

7. Mulierem per vim adulteratam non accuſat maritus, *l.39.ff. d.t.l.13.§.7.ff.eodem.c.32.quæſt.5.* David Dőring.*tom.1.Biblioth. Juriſcon.ſ.verb.adulterium num.176.* Utique nec quando inſinuantem virum alienum, credens ſuum maritum eſſe patitur. Confer Dőring, *d.verb.adulterium.n.179.cauſa.*
26 34.*quæſt.*1.ubi textus ait: quod ſi aliquis † credens dormire cum uxore ſua, dormit cum ſorore uxoris, non inde cogatur relinquere uxorem, cum ignorantia facti excuſet quoque delicta, *c. 2. de ſententia excommunicat.c.felicis,de pœn.in 6.* hinc illud: ignorans non contemnit conſtitutiones imperii, Bart.*in l.5.ff.de receptatoribus*, adeò ut ſi quis neſciens ſtatum hominis percutiat clericum, non incurrat excommunicationem, *d.c.2.* Sic nec recipiens Bannitum (quem proſcriptum eſſe ignorat) omni ſcilicet hoſpitalitate indignum, quoniam nec cum excommunicatis orare licet, *c.2.de exc.Plato.2.de ll.* Livius 6. *decade* 3. Tiraquell. *de jure retract.§.1. concluſ.9.* bannum non incurrit, Johan. Tilem.de Benign.*in deciſ.Cam.* Syntagm. 4. *decad.3.vol.5.in princip.* Damh. *in prax.crim.c.*134. Ferr.*in forma libell.ad revoc.feud.§.contra.num.*4. Bart.*in l.fin.§.fin.ff. de abigeis.*

27 8. Cum mulier veriſimiliter † credens mortuum maritum, alteri nubit, vel venerem illicitam exercet cum alio, *cauſa.* 1.34.*quæſt.*2.adulterii rea poſtulari nequit, quandoquidem hac in parte facti error delictum excuſet, *ut ſuprà.* Confer Dőring.*d.verb.adulterium.num.*180. Quo uſq; mulier expectare debeat virum abſentem vagabundum? tradunt Canoniſtæ *in c.præſentium.ext.de ſponſalib.*

De pœna adulterii ſubjiciendum reſtat, quæ eſt jure divino ultimum ſupplicium ſive dilapidatio, *Levit.*20.*Deut.* 22.*Johan.* 8. jure Canonico Lai-
28 cus † mas vel fœmina excommunicantur, *c.intelleximus. de adult.* fœmina porrò in monaſterium detruditur, *c.gaudemus eodem.* clericus pro crimine adulterii deponitur, & in monaſterium per totum vitæ curriculum mittitur, *cauſa 2. ubi gloſſ. quæſt.* 7. jure civili ff. adulter punitur deportationis pœnâ, Hyppol.de Marſ.*in tract.crim.§. opportunè.num.*40. jure Codicis *l.30.C. ad l.Jul.adult.* pœna mortis ſacrilegos, inquit, nuptiarum gladio puniri oportet, *d.l.*30. Flamin.de Rubeis *in tract.de adulter.cap.16.n.4.* & 33. Cunrad. Harß *de reor.inquiſit.legit.inſtit.concluſ.1.num.7.ibiq. Anonym.in not.* quam pœnam etiam mulieres ſubjiſſe teſtatur *l. caſtitatis, Cod.de adult.* Poſtea Theodoſii tempore, mulier in adulterio deprehenſa in anguſto proſtibulo includebatur, mittebanturq; in id, qui cum ipsâ impudicè vixiſſent, atque interim tintinnabula percutiebant, ut ejus ſorores omnibus innoteſcerent, quod tamen ipſe correxit, Theodoſ. ut refert Soc.Conſt *apud Caſſ.in trip.hiſt.lib.9.cap.*23. hinc Auguſt.*de Civit.Dei* ſcribit. 3.*cap.*5.antiquos Romanos fœminas adulteras

Digitized by Google

teras morte non puniviſſe, qui locus ad hanc ætatem temporis reſtringendus & conferendus *cum auth. ſed hodie, C. eodem.* ubi diſponitur, ut mulier adultera virgis cædatur, & deinde in monaſterium detrudatur, Clar. *in d. §. adult. num.* 7. Imperator Leo mulieribus adulteris naſum abſcindi jubet, *Novell.* 32. Ælian. *lib.* 12. *var. hiſtor.* adulteros molli lanâ coronatos ad magiſtratum per plateas publice eductos, deinceps ignominiâ & infamiâ notatos eſſe teſtatur. Nicolaus nomine relatus à Stobæo, *ſerm.* 42. meminit, apud Piſidas adulterii convictum per urbem cum muliere circumductum, ſuper aſino ſedentem, aliquot dies fuiſſe coactum. Germani, referente Tacito, occiſis crinibus nudatam adulteram coram propinquis expellebant de domo, ac per omnem vicum verberibus agebant.

Parthi, authore Juſtino, *lib.* 41. † adulteria graviſſimè coërcebant, 29
prout Suidas refert citatus à Tiraquell. *in ll. Connub. l.* 13. *gloſſ.* 1. *p.* 13. *n.* 9. Placiadas in attica plaga degentes, impactis in pudenda adulteræ raphanis, vel ſteleo, id eſt, ligonis ligno, miſerrimè occidiſſe reos, hinc Catullus *ad Aurel.*

Athum te miſerum, maliq; fati,
Quem attractis pedibus patente porta,
Percurrent Raphaniq; mugilesq;.

Imp. Macrinus adulterii reos vivos unà incendi juſſit junctis corporibus. Diogenes Cynicus ſtatuit mæchum ea parte corporis, quâ peccaverat, ſuſpendendum; Et Hippomanes Athenarum Princeps, cum filiam ex Atalanta Linconem in adulterio deprehendiſſet, ipſam cū equo junxit, qui cum clauſus alimentis deſtitueretur, in puellam dentes injecit, adulterum verò ab equis diſtractum in partes, interfecit, Tiraq. *d. loc.* unde Ovid. *in Ibin.*

Pœna utq; novum paſſa eſt genus Hippomeide
Tractus & Acteâ fertur adulter homo, Et *ibid.*
Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam
Et tua dente fero viſcera carpat equus.

Et ſimilia de aliarum gentium & populorum pœnis huic delicto præſtitutis require apud David Döring. *tom.* 1. *Biblioth. Juriſconſult. verb. adulterium. num.* 152. Johan. Jacob. Speidel *in notab jurid. hiſt. polit. lit. E. num.* 5. *verb.* Ehebruch. Flamin. de Rube. *in tr. de adult. cap.* 16. *num.* 4. *verſ.* 34. Marquard. Freher. *de infam. cap.* 16. *num.* 2. Martin. Zeiler. *in theatr. trag.* Franciſc. de Roſſet *hiſtor.* 23. *pag.* 885. *& ſeq.* Conſtitutiones Carol. V. criminales *artic.* 120. ad jus commune ſe referunt, pœnam certam non exprimentes: So ein Eheman einem andern vmb deß Ehebruchs willen / den er mit ſeinem Eheweib verbracht hat / Peinlich beklagt vnd des überwindet / derſelbige ſampt der Ehebrecherin ſollen nach ſage vnſerer Vorfahren / vnnd vnſer Keyſerlichen Rechten geſtrafft werden / Jtem / daß es auch gleicher weiſe in dem Fall / ſo ein Eheweib jhrem Mann oder die Perſon / damit der Ehebruch vollenbracht hat / beklagen will / gehalten werden ſoll.

30 Conſuetudines † & ſtatuta, quorum vigore mulcta & pœna pecuniaria adulteris ſaltem imponitur, ad orcum damnant Clar. *d. loc.* Mynſing. *in h. §.5. inſtit.* Heig. *quæſt. 29. n. 37. part. 2.* adde Beuſt. *de jure Connub. lib. 2. cap.* 18. Dn. Aleman. *in palæſt. conſult. 1. de adult. pag.* 16.

Quorum ſtatutorum & conſuetudinum paſſim meminêre JCti noſtri: imprimis autem teſtatur Johan. Fab. *in l. conſuetudinis, C. quæ ſit longa conſuet.* quod in regno Franciæ nullus puniatur adulter vigore conſuetudinis; quam quoque refert *in §. ex non ſcript. col. pen. verſ. ſed quæritur. inſt. de jur. nat. gent. & civil.* dicens: inauditum in regno Franciæ, quod adulter puniretur pœna juris; & *in §. item lex Julia. h. t.* ait, quod hodie de facto adulterium reputetur induſtria. In Italia quoque adulteria mulctâ certâ coërceri, refert Corn. *conſil. 114. volum.* 1. ut Peruſii mulcta ducentarum librarum, trecentarum, ſi adulter quod notam detinuiſſet meretricem in domo perfectâ venere. Bononiæ 2. libris mulctata adulteria ſcribit Barb. *conſil. 63. lib.* 4. Florentiæ mille florenos penſitat adulter, Bald. *in l. ſed etſi, ff. ſi quis caut.* Angel. *in l. vulgaris, ff. de furt.* refert in omnibus penè civitatibus Italiæ pœna pecuniaria lui adulteria, Angel. *in l. 10. §. 2. ff. hoc tit.* quo referenda communia Dd. tra-
31 dita, exiſtimandum eſt, ſtatuentium, adulteria † præſumptionibus & indiciis fortioribus probari poſſe, Anchar. *in c. literis. num. 6. ext. de præſumpt.* Ludov. Roman. *conſil. 167. num.* 7. Hyppolit. de Marſil. *conſil. 116. num.* 10. idque ratione illa tritâ: Quod copula carnalis ſit difficilioris probationis, Philipp. Corn. *conſil. 192. lib.* 4. Dec. *conſil.* 577. Pariſ. *conſil. 54. lib.* 5. Menoch. *de arbitr. qq. 2. caſ.* 116. Flamin. de Rub. *in tract. de adult. cap. 15. num.* 2. Cauſa ſecus ſe habente, ubi diſpoſitione juris communis vel ſtatuto pœna corporalis adeoque ultimum ſupplicium adultero inferendum eſt, Matthæſ. *in ſingul. ſingul.* 118. Canoniſtæ *in c. præterea. ext. de teſtibus.* ubi ſcribunt, quod in hoc paſſu adulterium probetur uno teſte, de viſu deponente, junctâ famâ. vid. Menoch. *5. præſ.* 41. Matthæſill. *d. loco* diſtinguit inter præſumptiones hominis & legis, adeò ut legis indicium adulteria in genere probet; juxta legem famoſam 34. *c. de adulter.* ibi: manifeſtâ fide atque indiciis evidentibus publicabunt. vide Farinac. *de delict. carn. q. 136. tit. 16. vol.* 4.

CAPUT

CAPUT VII.
DE INDICIIS ADVLTERII.

SUMMARIA.

1. *Viſitatio nocturna mulieris abſente marito, indicium adulterii parit.*
2. *Nox fraudibus apta.*
3. *Omne clandeſtinum ſuſpectum.*
4. *Dictum Baldi de ſtudioſis ſcortantibus.*
5. *Applicatio argumenti à communiter accidentibus.*
6. *Quid de religioſo præſumendum exoſcu-ante mulierem.*
7. *Litera amatoria, annuli, veſtes, quale indicium arguant.*
8. *Indicia ex conſtit. Caroli V. huc ſpectantia quæ?*
9. *Nox indicia aggravat.*
10. *Qualiter oratio ambigua ſit explicanda?*
11. *Locus ſuſpectus indicia acuit.*
12. *Indicia ſecundum ſtatus moresq́; hominum ponderanda.*
13. *Ob ſolum oſculum qualiter pœna capitalis ſit ſumpta.*
14. *Maritus præſenti filiâ ne oſculetur uxorem.*
15. *De vi & efficatiâ oſculorum in cauſa moris: item* vom Brunnſchlagen.
16. *Quomodo ebrietas indicium pariat?*
17. *Omnis mulier commeſſatrix eſt quoq; meretrix?*
18. *Egnatius Mecennus homicidii abſolutus, quod mulierem vinoſam enecaſſet.*
19. *Applicatio hujus indicii.*
20. *Delictum unum parit indicium delicti alterius.*
21. *Veneficium vel ſortilegium indicium eſt adulterii.*
22. *Locus Briſſonii perelegans recitatur.*
23. *Porphyrio avis adulteria prodit.*
24. *Quomodo indicium pariat concubitus in lecto.*
25. *Causâ agendi pœnitentiam nemo ſubintrat alienum thorum.*
26. *An concubitus in lecto præſumptionem juris & de jure faciant?*
27. *An pernoctatio uxoris extra domum mariti, faciat indicium?*
28. *Conſuetudo adulterandi indicium novi delicti parit concurrentibus indiciis.*
29. *Deprehenſus in rebus veneris dicitur deprehenſus in præparatoriis adulterii.*
30. *Quæ res venereæ dicantur?*
31. *De tinctura faciei, ex ſtercore Crocodili.*
32. *Indicia de adulteriis oculis relata.*

ADulterii indicia ſunt, 1. Viſitatio † mulieris nocturna, ſeu frequentatio domus ejus, marito abſente ab adoleſcentibus, aliiſve viris levioribus acta, Joan. de Imola *in l. fin ff. de hered. inſtit.* Menoch. *de præſ.* 5 *præſ.* 41. Bald. *in l. fin. ff. de furt.* David Döring *tom.* 1. *Biblioth. Iuriſconſ. verb. adulterium. n.* 16. hinc Seneca *in Med. act.* 1. ubi incuſatur adulter noctem negligens, ibi: 1

Et tu quæ gemini prævia temporis
Tarde ſtella redis ſemper amantibus,
Te matres avidæ te cupiunt nurus
Quamprimum radios ſpargere lucidos.
——— *Nox † fraudibus apta eſt.*

it Poëta Paling. *in Aquar. pag. mihi* 333. *num.* 20. imò:

Nox

Nox & amor vinumq́, nihil moderabile ſuadent.

Vel ut ex dicto Johannis Evangeliſtæ 3. loquitur Pontifex *in c. conſuluit. extra. de off. & poteſt. jud. deleg. & c. porro. ubi gloſſa. de ſentent. excomm.* Qui malè agit, lucem odit: hinc Demonax, tempore Hadriani Philoſophus clariſſimus,
3 idcircò ſacra Eleuſina viſitare noluit, † quod noctu ac clàm ea peragerentur. Lucian. *in vit. philoſ. de damon.* Tiraquell. *de pœn. cauſa* 11. *num.* 13. adde, quæ tradit de hoc indicio Bald. *in l. neq; natales. C. de probat.* ſubjiciens, meretricem aliquam præſumi inde, quòd ædes ejus die nocteq; à ſcholaribus frequententur, quanquam actus venerei ſubinde haud probati fuerint, ut tactus, complexus, aliane indicia propinquiora, dicente Bartolo *in l. 3. ff. de furt. & l. 2.*
4 *§. fin. & in l. quod ait lex. ff. h. t.* quoniam † ſtudioſus cum muliere colloquens non præſumatur ei dicere pater noſter. Bald. *d. loc.* Panorm. Canoniſtæ *in c. tertio loco. ext. de probat.* atque hanc præſumptionem à communiter accidentibus depromi, atteſtatur Eberhard *in top. in loc. à commun. accident. n.* 8. *pag.*
5 *mihi* 583. Cumprimis † concurrente loco, tempore & causâ, quæ ſi ſtringunt, indicium fundatur, ſin deficiunt, ceſſat quoque præſumptio mali. *c. in omnibus, & c. clericus. diſt.* 81. *& c. ſciendum. diſt.* 25. *l. aut facta. ff. de pœn.* hinc eſt,
6 quod religioſus † mulierem exoſculans in loco non ſuſpecto, nec tempore prorſus incongruo, præſumatur benedicendi causâ id affectare, *gloſſ. in c. abſit.* 11. *q.* 3. Panorm. *in d. c.* 1. *in fine, de monach. non reſid.* Felin. *in c. auditis. de præſcript.* juxta illud: diſtinge tempora & loca, & concordabis demum conjecturas, *c. ſi peccaverit.* 2. *q.* 1. Wilhelm. Antonii *in corollar. tr. ſuo de reſcript. morat. ſubject. ſect.* 2. *corol.* 4. *lit. c. in fin.* ubi tamen ejuſmodi ſe benedictionis mavult eſſe exſortem. Eberhard. *in topic. d. loc. num.* 9. ubi taxat ſacerdotem, prætextu confeſſionis audiendæ accedentem ad fœminam languentem, cujus femoralia deinceps penes mulierem fuere inventa, addens *nu.* 10. ut ſi quis ſtudioſo locaverit domum, inde eum expellere nequeat, quod meretricem contubernalem habeat: quia ait: hoc præſumere ante debebat per
7 locum, à communiter accidentibus. *hæc ille.*

2. Si penes mulierem vel virum repertæ fuerint † literæ amatoriæ ita conceptæ, ut de adulterio commiſſo ſatis ſuperq; , vel committendo probabiliter conſtare poſſit, Maſcard. *vol.* 1. *concl.* 64. Pariſ. 4. *conſil.* 54. Döring. *tom.* 1. *Biblioth. Juriſconſ. verb. adulterium. num.* 122. Joh. de Pineda *in Job. c.* 25. *verſ.* 16. *num.* 2. ibi: niſi fortè hæc obſignandi & opprimendi ſigillum tranſlatio pertineat ad aliquid amatoriarum & arcanarum ſchedularum, ultrò citroque miſſarum, inter adulterum & adulterã, quibus inter illos agatur de quærendo vel patefaciendo aditu, aut aperienda feneſtra, & præbẽdo ingreſſu, &c. qui caſus nedum indicia, ſed & ipſam probationem adulterii infert, uti jure receptum eſt, adulterii cauſam, utpote probationis difficilioris, non niſi per indicia urgentiora etiam plenariè probari, *c. præterea, de teſtib. l. cum probatio, ff.*

tio,ff.de ædil. edict. Paul. de Caſtro *conſil.* 119. Mynſing.*decad.*1.*reſp.* 1.*num.*23. Döring. *d. verb. adulterium. num.* 88. Cum Ludovicus Bavarus Imperat.cum civitatibus ad Rhenum ſitis, inito fœdere contra eos, qui diſtractione Principum Germaniam vaſtabant, in armis eſſet, MARIA Brabantina ejus uxor Werdæ habitans, binas literas uno quidem annulo diverſa tamen cerâ, atra & rubra obſignatas, illas marito, alteras Henrico Ruchoni, Decurioni equeſtri mittit; atque is qui epiſtolas detulit, errore ſeductus, rubrâ cerâ complicatas, Ludovico tradit, qui lectis literis, amatoria agi ſuſpicatus, diſſimulatâ re relicto apud Rhenum exercitu, quam maximis poteſt itineribus, ad uxorem die noctuque contendit, & indictâ cauſa adulterii condemnatam ſecuri percuti jubet, poſtea veluti conſcias Helicam virginem Prennenbergenſem cultello confodit, & aliam fœminam nobilem, quam gynæcéo præfecerat, de turri præcipitavit, Anno 1256. Aventinus *lib.*7 *Annalium Bojorum.* Quanquam Cæſar ob celerem hanc executionem mirandam habuerit & horrendam nocturnam viſionē, quâ, unâ nocte totus factus eſt canus, & inde pœnitentiæ ductus monaſteriū in Bavaria ſuper Amrā, quod Principis campus, patria lingua, Fürſtenfeldt dicitur, extruxit, & donariis ac cenſibus locupletavit.

Porrò inter indicia ejuſmodi ponit annulos hinc inde datos, ſive in loculò reæ, reivè diffamati repertos, Mynſing.*d. loc.* quò pertinent baculus, annulus, armillæ Judæ, *Gen.*34. Empedoclis crepidæ ad Ætnæ radices inventæ, fœmoralia ſacerd[illegible]tis, ut modò meminimus, in lecto mulieris morbum ſimulantis reperta, quâ de re *conſt.crimin.Carol.V. artic.*49. ibi: So einer † in 8 Vbung der That etwas verlichret/oder hinter jhm liegen vnd fallen leſſet / daß man hernachmals findet/vnd ermeſſen mag/ daß es deß Tädters geweſen / mit Erkündigung wer ſolches am Nechſten für der Verluſt gehabt hat/iſt Peinlich zu fragen/ ꝛc. quo ſpectant nummi, ſupellex, resq; aliæ mariti adultero datæ dono à muliere, & viceversâ, neq; enim annulorum datio, ſed cujuslibet auri & argenti datio adulterium arguit, Johan. Spinæ. *de tranquill. anim. lib.*5. *pag.*25. Quemadmodum Phryne famoſa meretrix juvenes quoſdam admonuit, qui armati domum puellæ irrumpere volebant, pecunia, inquit, vobis citiùs, quam arma januam aperiet, &c. quâ vel ipſe Jupiter in ſuis amoribus eſt uſus, qui ſæpe in aureum imbrem verſus in gremium puellarum decidit, Spinæ. *d. loc.* ibi: præterea in lenas, in ancillas, quæ dominas amantibus concilient in convivia, epulas & veſtes precioſas quanti ſumptus faciendi? nam & veſtes, jocalia hinc inde data, indicia patiunt adulterii, Spinæ. *d. loc.*

3. Indicium ſuggerit, quoties ſolus cum ſola in loco ſuſpecto viſus fuerit, Bart.*in l.* 2.*ff. de furt.* Bald.*in l.* 4. *Cod. de adim. legat.* Cravet. *conſil.*206. Döring. *d. tom.*1.*verb. adulterium. ſub num.* 88. Locum ſuſpectum intelligo conclave januis clauſis, domum cellámve repagulis munitam: Segetes, ſylvasq; denſas, & demum lectum ipſum, ſi in illo concubuiſſe rei dicantur, ag-

N gravat

9 gravat indicia hæc circumſtantia temporis, utplurimum, qui enim † noctu
reperiuntur in ſuſpectis locis, duplici prægravuntur indicio. Nox fornicariò
panem dulcem efficit, inquit *Eccleſ.* 13. pellicitq; ad tranſgrediendum lectum
ſuum & dicentem: Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes coo-
periunt me, & nemo circumſpicit me, quem verear? Inde dictum, *Jobi cap.* 24.
verſ. 15. oculus adulteri obſervat caliginem: vides, hoc loco ait, Joh. de Pined.
in Job. d. verſ. 15. impios in mediis tenebris perſpicaces & oculatos, at in luce
& media die cœcutientes, ſordidiſſimi veſpertiliones noctu vident:

——— ——— *Lucemq; peroſi*
Nocte volant. — Ovid. 4. *Metam.*

Idem Job. perfodit in tenebris domos, &c. *d. loc. verſ.* 16. hinc præcaventes
prudentesq; patresfamilias admonet, Joan. de Pined. *hoc in loco Jobi.* circum-
ſpiciendi ſcilicet domum, ne quâ pateat adultero, & inſidianti aditus. Qua-
propter *cant.* 8.9. ait Sponſus: Quid faciemus ſorori noſtræ, in die quando al-
loquenda eſt, &c. Non verè audiendi ſunt hic, qui adſtruunt præ ſe nihil ferre
indicii, niſi perſonæ utræq; ſint inventæ jacentes humi, vel in lecto, ſtramine,
fœno, unâ viſæ corporibus mixtæ, lumbis tremulantibus, ut loquuntur: Re-
ſpond. diſtinguendum eſſe inter probationem indiciorum, & ipſius adulte-
rii, quæ ſeparata ſunt, neque confundenda, expeditum autem eſt, facto hæc
poſteriora ipſos adulterii actus & exercitia non aliter inferre, ut priora ſal-
tem præ ſe indicia ferre conſtat. Et quod modò diximus nõ niſi indiciis pro-
ximioribus & urgentioribus probari adulterium: non inde excluditur dire-
cta facti probatio, quod nimis abſurdum foret, cum poſitio unius, non ſit ex-
cluſio alterius, ſermo enim ambiguus, licèt utrumque non dicat, non tamen
excludit hoc, quod perinde ſubintelligebat, *l.* 3. *ubi Dd. ff. de reb. dub.* neque
10 aliunde loquentis mens, † quam ex ſequẽtibus, quæ vice extenſionis ſive ex-
11 plicationis ſubjiciuntur, perſpicitur. Donell. 14. *comment.* 30. Porrò quod †
locus ſuſpectus indicia augeat, depoſitiones teſtium de ſtrepitu in conclavi
audito, factæ, Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 64. Zanger. *de qq. & tortur. c.* 2.
num. 213. denique ſolus cum ſola repertus, ille ſolutis caligis, hæc recincta tu-
nica meritò quæſtioni ſubdatur, *c. ex literis. ext. de præſumpt. c. preterea. de te-
ſtib. gloſſ. in l.* 35. *ff. de fideicom. libertat.* Alexand. *conſil.* 77. *vol.* 7. Döring. *tom.* 1.
Bibl. juriſconſ. verb. adulterium. num. 93. Inde Ovidius *de arte amandi in Co-
rinnam.*

Ecce Corinna venit tunicâ velata recinctâ.

4. Indicium pariunt quæſtioni amplexus luxurioſi & obſcœni in loco
12 ſecreto & ſuſpecto facti, ubi quoque † perſonarum mores, vita & affectus,
qui delicta diſtinguunt, ſunt attendendi. Ergo & indicia *l.* 53. *ff. de furt* perinde
ſunt conſideranda. Confer Döring *d. verb. adulterium. n.* 123. Wilhelm An-
tonii *in corollar. tr. ſuo de reſcript. morat. appenſ. ſect.* 2. *coroll.* 4 *lit. a.* ex quo col-
ligo:

go: ſicut oſcula illa cæteris paribus indicium præbent ſponſaliorum ſeu matrimonii contracti: ita & pro re natâ adulterium inferunt: quoniam oſcula & colloquia ſunt Veneris præludia: Et de præparatoriis arguitur ad præparatum, *ut Anton. ibid.* quò ſpectat elegans illa priapeia apud neſcio quem Poëtam:

Incipit à geminis, perq; os deſcendit ocellis,
Incidat in centrum donec amoris amor.

Fridericus Comes de Leiningen Epiſcopus Spirenſis è carpento tollens ... gnetem juvenculam Rudolphi I. ſenioris conjugem violenter eſt oſculatus, qui & in more habuerat ſæpè oſculari fœminas, regi conqueſta illa bilem movet, qui per nobilem aulicum Epiſcopo denunciavit, ut aliud pacificale quæreret deoſculandum, id ſoli ſibi emtum, Epiſcopus iram regis timens maledixit Eccleſiæ, & in exilio delituit uſque ad mortem, Joh. Wolff. *tom. lect. mem. pag.* 476. An rectè fecerit Jacobus Trimultius propter † ſolum oſculum gallum quendam, quod dederat Suſannæ Trimultiæ, ſecuri percutiendum mandans, hæſito. Joh. Borcholt *de feud. c.* 8. prout Publius Mævius quoq; libertum alias ſibi gratum, eò, quod filiam ſuam jam nubilem & formoſam virginem exoſculatus eſſet, miſerè occidit, Valer. Max. 6. *c.* 1. Longè alia ſententia ſtetit puellæ illi magni ſtemmatis ab adoleſcente quodam è plebe oſculo exceptæ, de quibus lepidus Poëta Jo. Petr. Lotichius *in lib. ſing. carm.* ... commentatur: 13

Occurrens juvenis ſpecioſæ forte puellæ,
Cujus erat tenero captus amore diu,
Tranſit in amplexus, nec non citò baſia figit,
Baſia per publicas conſpicienda vias.
Virgo, velut celſo de ſtemmate nata propago,
Magnaq; longimani filia Regis erat,
Poſcitur ob ſtultum pœnas ſibi ſumere factum,
Et facinus ſceleris morte piare rei.
Illa ſub hæc: ſocio qui nos venerantur amore,
Faſnè ſit illorum tradere membra neci?
His cum quid, qui nos odio ſectantur iniquo,
Inſidiisq; petunt, tunc faciemus? ait.

Cato Cenſorius † edicto prohibuit, ne vir uxorem amplecteretur conſpiciente filiâ. Plutarch. in vita ejus, Johan. de Pineda *in Jobum cap.* 31. *pag.* 628. quæſtionem ejuſmodi attingens, uti peccatum levius eſt, inquit, quod pulchritudo ſuaſit; ſic leviores quoque pœnas ſtatui oportuit, pœnæ enim cum delictis commenſurandæ ſunt. *l. ſancimus. C. de pœn.* Quocirca Chryſoſtom. à clericis deciſionem ulteriorem hujus quæſtionis petam, *homil.* 3. *c.* 1. *ad Timoth.* illum, *inquit*, magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex vulgo, 14

quam qui reginam violaverit: Illic enim plurima irritamenta ſunt, puta opes elegantia formæ, & hujuſmodi cætera, quarum nihil hic invenies: eadem profectò ratione illum magis ebrium dixeris, qui quolibet vino, quam qui optimo inebriatur, &c. Eccleſiaſtes fornicarium appellat, non qui delicato tantum pane veſci concupiſcet, ſed cui panis nullus inſuavis exiſtat, *cap.* 23. turpiſſimi ſunt amatores, qui nullo delectu ad quævis objecta paſſim ruunt, ideoq; ſpurciſſimi: fur qui non erubuit contrectare quoque ferrum rubigine obſoletum, nunquam profectò is aſpernabitur vel aurum. Chryſoſt. *d. loc.* Illorum hæc maxima eſt:

Nocte latent mendæ vitioq; ignoſcitur omni.

Etenim uſque eò (verba ſunt Dóringii *tom.* 1. *bibl. juriſconſ. verb. adulterium. num.* 146.) inexplebilis hominum libido prorupit, ut & in fœdiſſimas mulieres cupiditatis ignes evomant, nec ullum ferè diſcrimen conſtituant, formoſæne an deformes ſint mulieres, quapropter deformatæ mulieres adulterii ſuſpicione non carent, & eo uſque progrediuntur, ut cùm hæ gratis ob deformitatem minimè ſolicitentur, pretium libidinis ultro viris offerre ſoleant, ſua & maritorum bona in eam rem profundentes, de quibus etiam conqueritur Ezech. *c.* 16. omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dediſti cunctis amatoribus tuis, ut intrarent ad te undiq; ad fornicandum tecum: Idq; potiſſimum faciunt deformes & anus. Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 61. *num.* 5. *& ſeqq.* quò pertinent, quæ Joan. Petr. Lotichius *in lib. ſing. Carm.* in Barbaram quandam ſeq. in modum argutè luſit:

Barbara dum juvenem ſimulat ſe nocte puellam,
Fingit & artifici murmura mille ſono.
Inſuper & totam graditur comitata per urbem,
Dignaq; vix caſta conjuge verba facit.
Et quid (ut emicuit dolus) inde rogata puellam
Fingeret, annoſo nupta marita viro?
Illa nihil tales faciens ſecura loquelas,
Ecquid & hoc à me quæritur, orſa refert?
Cùm dudum toti rata ſtet ſententia mundo,
Communi fertur quæ bene nota ſtylo:
Ut veteres gaudent ſale, lætanturq; capellæ,
Sic & anus juvenis gaudet amore viri.

Cæterum oſculis adulterinis Veneriq; proximis, demum conveniunt verſus Ovidiani,

Oſcula qui ſumpſit, ſi non & cætera ſumpſit.
Hæc quoq; quæ ſumpſit, perdere dignus erat,

Et qui ſequuntur authoris incerti:

Oſcula virus alunt blandum, nam labra venenum

Inſtil-

Inſtillant animis, effuge, tutus eris.

Maximè autem Petri Lotichii ad Matthiam Boruſſum diſticha admodum jucundiora.

Quæris † ſollicitos cupidis in amantibus ignes 15
Stoi, cur toties ſine carere putem,
Et memoras, quorum veteres meminère Poëtæ,
Quos ferus eximiâ tabe peredit amans;
Confiteor, flammas alit aſſuetudo latentes,
Ponere nec facilè eſt, quæ placuère diu.
Improba plus animos penetrant tamen oſcula Stoi
Oſcula conſtantes immoderata movent.
Scilicet alterni captatus ſpiritus oris
Neſcio, quid junctis motibus, intus agat?
Exanimaq; vagum lenem velut excipit auram,
Dum cupit ardores cor relevare ſuos,
Non aliter riguas tellus bibit arida lymphas,
Languidulas aliter non fovet aura roſas.
Vtq; peregrinâ coaleſcit in arbore ramus
Inq; vicem ſuccos miſcet uterq; ſuos.
Alter in alterius ſic corpore vivit, & ardens
Pectoris eſt verè pectus amantis amans.
Dulcis amarities amor eſt, tu candidè Stoi,
Mollibus illecebris, oſcula miſta cave.

Adde Joh. Spinæ. *de tranquill. anim. lib. 5. pag.* 245. ibi: cum motu nos ſenſu quoq; privant, & in beſtias transformant, quod fabulæ Circes cauſam dedit, qua priſci Poëtæ depinxerunt illius veneficæ laſcivos mores, quibus amatores in porcos converteret, & omni honeſtate & pudicitia ſpoliaret, vel ſolo baſio & intuitu, vide Cothman. *in reſp. jur. 15. num.* 194. ubi negat, oſcula & amplexus meretricium arguere animum, cujus ſententiæ in noſtris terminis ſubſcribit Quirin. Cubach. *cent. 3. dec. 1. quæſt. 6.* proinde puella apud Theocritum inquit:

Ne Satyriſce tume, rem ajunt eſſe oſcula inanem,
Et facie ablutâ tolluntur & oſcula ſputo.

Vel ut Arum. *exerc.* 20. *theſ.* 8. adſerit: Friſios ſuos more Anglorum proſequi oſcula ſine omni turpitudine. Res plana eſt & exaudienda ſecundum ea, quæ primo loco hujus indicii proponuntur, & ut Arum. *d. loc.* reſpondet: Equidem mulier, *ait*, quæ contra mariti voluntatem in conviviis verſatur, vel foris pernoctat, vel ludis intereſt, vel lavat eodem in loco cum viris, vix evitare adulterii ſuſpicionem poteſt. *Hæc ille.* Cum primis verò huc ſpectat generatq; adulterii indicia ſtuprum oris, quo de oſculo Arnob. *adverſ. gent. diſp.*

 2. oſcu-

2. oſculum labratum indiciorum prorſus expers, deſcribit Cujat. 11. *obſerv.* 27. *in fine*, ſimile oſculis honorariis, quæ uti Principi ſic mulieri honeſtæ dari poſſunt abſque nota libidinis, Joan. de Pined. *in Job. cap.* 31. *verſ.* 28. quò ſpectant oſcula ſacrata, de quibus Plinius *lib.* 28. *cap.* 2. ibi: inter adorandum, dextram ad oſculum referimus, & torum corpus circumagimus, nam emimus ſtantes, manum verſus eum, quem adorabant, porrigebant, camq; ſtatim reverenter referebant ad oſculum, ita ut palma, quæ ad Deum converſa fuerat, eadem ipſa reverteretur ad os: Nam quod poſtea Plinius ait, dextra oſculis averſa apperitur, intelligi oportet de oſculis impreſſis dextræ alienæ. Apuleius *Apolog.* 1. de improbo quodam, ſi fanum aliquod prætereat, nefas haber adorandi gratiâ manum labris admovere, & *lib.* 41. *de aſino*, multi admiratione ſtupidi & admoventes oribus ſuis dexteram priori digito in erectum pollicem, ut ipſam prorſus Deam Venerem religionis adorationibus venerabantur. Cæcilius ſimulachro ſeraphidis viſo, ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet, manum ore admovens, oſculum labiis impreſſit: Lucianus *in Encomio Demoſthenis ad finem*, deſcribens illius mortem, ſalutato (*inquit*,) Deo, ſponte ſequar, ego ſic ſperabam facturum, cum ille manum ori admovet, neque ego ſuſpicabar, eum aliud facere, quam orare Deos. Et *de ſacrificiis*: Si quis pauper ita Deo litat, ut dexteram duntaxat ſuam ipſius exoſculetur: ut hoc ſaltem addam, cum in ſacris literis oſculorum fit mentio, ea vel idololatriam vel verum Dei cultum ſignificant: quâ de re Johan. de Pineda. *d. loc. p.* 665. *&* 668.

Porrò ad hanc claſſem etiam refero eum caſum, cùm uxor ſine offenſione & contractione admiſerit, ipſius labium inferius alicujus viri digito percuti, ut ex reflexione ſonus audiatur, quod vernaculâ noſtrâ einen Brumſchlagen dicere probemus. Cùm n. talis tactus vel actus per ſe ſit petulans, turpis & contemptibilis, utique perſonæ illi deditæ, maximè habitâ earum conſideratione & diverſitate, adulterii haud parum exinde ſe ſuſpectas redderent: quod plenius ex Cothm. proſequitur David Döring. *tom.* 3. *Biblioth. Juriſconſ. verb. adulterium. n.* 121.

16 5. Indicium parit † ingluvies & vinoſa luxuria mulieris, non tam quod κατὰ πάντας luxuria luxuriam pariat, juxta illud: venter vinoſus & genitalia, cum ſint duo vicini membrorum, facilè inde exorietur confœderatio malorum, *c. crapula. de vit. & honeſt. cleric.* Unde Apoſtolus *ad Epheſ.* 5: nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria; quem locum Accurſius allegat *in l. quæ adulterium, C. de adult.* & *Proverb.* 20. dicitur: luxurioſa res eſt vinum, nempe quæ veneris cupiditatem plerumq; accendit, Ariſt. 31 *problem.* quam quod ſexui huic vini uſus immoderatus turpis & ignominioſus videatur, veneris fomes ac comes certiſſimus. Quapropter Divus Chryſoſtom. *in Matth.* 1. *in verbis: cum eſſet deſponſata mater ejus Maria, &c.* omnis mulier, ait, quæ vi-
17 nolenta & commeſſatrix eſt, eadem quoq; meretrix eſt, & hæc veriſſima ſunt, ait Ti-

ait Tiraquell. *de ll.Connub.l.9 gloſſ.1.part.9.nu.*208. quò vetuſta Romuli lex
ſpectat,ibi: Si vinum biberit fœmina,domi uti adulteram puniunto: qui &
† Egnatium Mecennium, conjugem fuſte ad mortem uſq; pulſantem, quod 18
vinum è dolo bibiſſet,cædis abſolvit, Plin. *lib.*14. *cap.*13. Juven. *Satyr*,6.ibi:

Tanquam alta in dolia longus
Deciderit ſerpens bibit, & vomit, &c.

Verè itaq; Euripides *in Baccho* dixit:

Οἴνȣ ἢ μηκέτ' ὄντος ȣ̓κ ἐςὶν κύπρις.
Vino ſublato nulla eſt venus.

Et Silius Italic. *lib.*5.

Ebrietas tibi (veneri) fida comes.

Ovid. 1. *de arte amandi.*

Et venus in vinis ignis in igne fuit.

Vide Johan. Spinæum *de tranquill.anim.lib.5.pag.*244. ibi: veriſſimè D.Pau-
lus ait: Ex commeſſationibus & ebrietate naſci protervias & ſcortationes:
ideò ſub finem epiſtolæ (addit) Romanos hortatur priùs ad ſobrietatem,
quam pudicitiam, ſignificans impudicitiam plerunque ex temulentia oriri.
Cum primis verò † indicium hoc ſtringit, quoties eo tempore,quo adulte- 19
rium commiſſum proponitur, mulierem ebriam fuiſſe probatur, neq; enim
ab ebrioſitate & conſuetudine potandi, ad ipſam ebrietatem hìc tranſcedere
præſtat, cum omnis ebrioſa actu ebria dici non poſſit; non probat hoc eſſe,
quod ab hoc contingit abeſſe, *l.neq; natales.l.non hoc.l.matrem,Cod.de probat.*
Eberhard. *in top. in loc. à com. accid. in fin.* licet indicium hoc magis magisq;
operetur, ſi adultera ebria unà & ebrioſa dicatur, quâ de diſtinctione Andr.
Gail. 2.*obſerv.Camer.*110.

6. Meminiſſe hic oportet, quod uti † flagitium unum indicia delicti 20
alterius præbet; ſic quoq;, quæ mulier veneficii rea proponitur, eadem quo-
que adulterii, unde diffamatur, haud innocens dici mereatur. Cunrad. Hartz
*in tract.de inquiſit.reor.concluſ.*1.*num.*7. *quâ de re infrà de veneficio & magia:*
non ſecus ut adultera, versâ vice, etiam venefica jure præſumitur, Barnab.
Briſſon.*in lib.ſing.ad L.Jul. de adult. in princ.* ibi: Nec verò † ullum tantum 21
ſcelus, ullum tam magnum facinus eſt, ad quod ſuſcipiendum, libido volu-
ptatis violatæque pudicitiæ audacia non impellat: M. Catonem dixiſſe acce-
pimus, nullam adulteram nō eandem veneficam eſſe: videlicet † homo pru- 22
dentiſſimus ſentiebat nullum eſſe ſcelus, cujus non facilè ſuſpicio in eam ca-
deret, quæ fide ruptâ, ſacrique lecti genio contempto, adulterum admittere
auſa eſſet, multa ipſis etiam viſceribus vim affere non dubitaverunt, medica-
mentisq; conceptos ex adulterio partus abigere, ne materna adulteria in lu-
cem editi liberi, diſſimularivæ formæ proderent, quid dicam? maritorum ne-
ce adulteria cumulatæ notæ ſunt Candaulis, Lycii, Uriæ, Agamemnonis, Fa-
bii, Fa-

bii, Fabriciani, Romani, Argyropili, Conſtantinopolitani Imperatoris, ex adulterio uxorum notæ cædes, &c. apprimè huc ſpectat judicium Juvenalis *Satyr.13.* ibi:

> *Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum videris uno*
> *Flagitio?*

ex Davide mœcho mox latro factus eſt, Hieron. Drexel. *in Nicet. lib.1. cap.7. in princ.*

23 7. Nonnullis inter † indicia referri placet Porphyrionis mortem, quâ de re Tiraquell. *in legib. connub. gloſſ. 1. part. 13. num. 3.* At mirum eſt, *ait*, quod refert Polemon. *5. comm.* ad Antigonum Regem, & ex ejus authoritate Athenæ: adſtruentes, porphyrionem avem ſenſum adulterii habere, atq; id ſignificare patrifamilias, in cujus domo alitur, non voce quidem, aut aliter omninò, quam ſuſpendio, quæ & inde thalamon, id eſt, thalami & pudicitiæ cuſtos dicitur: hujus indicii meminit quoq; Fret. *in clyliad. 9.* ibi:

> Ὁ Πορφυρίων ἀγὰν ὑπάρχει σώφρων,
> ὡς εἰ μόνον ὄψοιτο πόρνην, εὐθέως θνήσκειν.
> *Porphyrion avis valde eſt temperans,*
> *Adeò ut ſi ſolam videat meretricem, ſtatim moriatur.*

Qua de re And. Alciat. *in emblem. emb.77.*

> *Porphyrio Domini ſi inceſtet in ædibus uxor,*
> *Deſpondetq́, animum, præq́, dolore perit.*
> *Abdita in arcanis naturæ eſt cauſa, ſit index*
> *Syncera hæc volucris, certa pudicitiæ.*

Huic indicio affine eſt, quod Solinus de fonte Dianæ ſcribit, referente Johanne Wolfio *tom.2. lect. memor. p.418.* ibi: ſi qua mulier impudica aquam ejus miſcuiſſet, fontis indicio, qui in unum corpus laticem cum mero coire non pateretur, vitam ſcelusque detectum iri, morisq; hinc fuiſſe, ut quivis ſuſpectam adulterii uxorem in hoc fonte probaret: *Hæc ille.*

24 8. Aliud indicium eſt, quoties † probatur virum & mulierem concubuiſſe uno in lecto, perſonasq; retrò ſe ad invicem adamaſſe, Cravett. *conſil.321.* Maſcard. *de probat. 1. concl. 64, num. 5.* Rota *deciſ. 95. p. 2. num. 6.* factumq; concubitum marito peregrè abſente. Cùm primis verò hoc indiciũ ſtringere ajunt, quoties utræque repertæ viſævé fuerint jacentes nudæ, cum in lecto
25 ſic jacens non veniſſe præſumatur † causâ agendi pœnitentiam, vel delendi peccata, ut ait Johan. de And. *in gloſſ. num. 6. c. ex literis, extr. de præſ.* Anton. de Butr. *in notab. 5. ibid. in fin.* Abb. *in d. c. ex literis*, ubi adſtruit, quod ſolus hic
26 † concubitus adulterium arguat, licèt teſtes de intruſione vel immixtione carnis nihil deponant: hinc *gloſſ. in l. 35. ff. de fideicom. libert.* ait: quod hæc præſumptio ſit juris & de jure, ac perinde ſit, quando mulier nuda jacuit, adulter verò veſtitus vel ſi ambo veſtiti ita jacuêre? Vide Campeg. *de teſt. reg. 385.* Boër. *deciſ. 297. n. 9.* Maſcard. *de probat. 1. concl. 59. n. 6.*

9. Ori-

9. Oritur indicium ex † pernoctatione uxoris ſuſpectâ extra domum 27
mariti, *l.8.§.3.C.de repud.* ibi: ſine juſtâ & probabili causâ foras pernoctan-
tem, &c. quod indicium eam quoque mulierem complectitur, quæ ſine viri
licentiâ diſcedit ex domo mariti, atq; ſic extra lares domeſticos commoratur
ſine causâ probabili. Riminald. *conſil.* 274. *n.*31. Menoch. *conſil.*31.*n.*22. *lib.*1.
Maſcard. *de probat.* 1.*concl.* 64. Cravett. *conſil.* 205. Polydor. Ripa *in tract. de
nocturn. temp. cap.*36.*num.*28.*& ſeqq.* Döring *tom.*1.*Bibl.juriſconſ. verb. adul-
terium n.*100.

10. Indicium deſumitur † ex conſuetudine delinquendi, Cephal. *conſ.* 28
84.*n.*34.*lib.*1. quæ enim adulterata fuit ſemel, præſumitur adulterium repe-
tiiſſe. Menoch. *conſil.*31.*n.*24.*lib.*1. Maſcard. *de prob.* 1.*concl.*64.*num.*11. Döring
*d.loc.num.*134. concurrentibus indiciis adminiculantibus, ex quocunque actu
Venereo profectis, idq; eſt, quod in vernaculâ noſtrâ dicitur: Angebrent
Holtz gehet bald wider an. Adeò ut deprehenſus in rebus Venereis dicatur de- 29
prehenſus in præparatoriis adulterii, *gloſſ. in l.quod ait.ff.de adult.* ubi diſertè
† explicat, quæ res dicantur Venereæ necne? quò remitto lectores: adde Fa- 30
rinac. *de delict. carnis. q.*136. *tit.*15.*pag.*537. *oper. crim. p.*4. ubi 32. adulterii in-
dicia recenſet & explicat. Johan. Spinæ. *de tranquill. anim. lib.* 5. *pag.* 282. ubi
otia adulterii indicia eſſe dictitat, ibi: certum eſt nihil ſcortationum & adul-
teriorum fertilius eſſe, quam otium. vide *p.* 1. *cap.* 21. & Spin. *d. loc. pag.* 284.
ubi laſcivas cantilenas, picturas, fucos, aromata, larvas, comas inuſitato inde-
coro modo pexas & comptas indicia eſſe ſtatuit, nec non weſtimenta inde-
cora & leviora, quæ levem regulariter arguunt animum, &c. Idem *d.loc.*

11. Indicium parit † tinctura faciei & pictura genarum. Albert. Magn. 31
*lib.*24. *de animal.* ibi: adulteræ vel meretrices de ſtercoribus Crocodili un-
guenta faciunt, quo rugas faciei extendant. Galen. *lib.*10.*ſimp.med.fac.* Ter-
reſtrium Crocodilorum *ait*, ſtercus precioſum effecêre mulieres delitioſæ,
quibus non eſt ſatis, quod alia medicamenta ſint tam multa, quibus faciei
cutis extenſa & ſplendens efficitur: hinc Horat. *Epod. lib. ode* 12.

——— nec illi
Jam manet humida, creta colorq́,
Stercora fucatus Crocodili.

Et Ovid. *de art. amandi* 3.

Pallida purpureis tingat ſua corpora virgis
Nigrior ad Pharii contage piſcis opem:

Piſcis phalaris Crocodilus eſt:
Dignum ſanè patellâ operculum, dignæ beſtiarum excremẽtis laſcivæ & ran-
cidæ beſtiæ. vide M. Frederic. Wendelin. *de admirand. Nili.c.* 16. *§.* 12. *pag.
mihi* 129. ſic ſtibium, de quo *part.*1.*cap.*37. unguentum ſeu herba eſt, ad de-
corandam ſeu medicandam faciem: nonnulli ceruſſam vocant, quo albor

O inducí-

inducitur faciei; alii purpuriſſum, quo malæ pinguntur & rubeſcunt: ſic Jezabel oculos pinxit ſtibio, 4.*Reg.*9. & *Jeremiæ* 4. legitur, ſi pinxeris oculos ſtibio. vide Plin. 6.*cap.*33. Hieron. *ad Fariam. tom.* 1. *epiſt.* 10. de hoc indicio ſic ſcribit: Meretrix illa in Evangelio baptiſta, lacrymis ſuis non habuit criſpantes mitras, nec ſtridentes calceos, nec orbes ſtibio fuliginatos. Idem *ad eandem d.loc.* Quid ſunt purpuriſſus & ceruſſa, quam ignis juvenum, fomenta libidinum, & impudicæ mentis indicia? Et Cyprian. *in lib. de bono pudicitiæ.* longè abſit, quibus pulchritudo non ornatur, ſed proſtituitur, nam ſollicitudo de pulchritudine & malæ mentis indicium & deformitatis eſt, quò ex parte in Gelliam non ineleganter ludit Nicol. Borbonius *in tetraſt. Jocoſer. poſt cent.* 2. *pag.* 86.

Cur faciem unguentis & fuco, Gellia, tingis?
Crede mihi, ex Hecuba non facies Helenen.

Et ſubſervit Oweni illud *lib.*3.*epigr.*48.

Falſa patent, at vera latent: in te patet iſtud:
Nam faciem fictam, cætera facta geres.

Quinimo miſera videtur, quæ ſibi non placet, qualis eſt, quid capillorum mutatus color? quid oculorum ſuffuſcatio? quid facies artibus in diverſam formam convertitur? quid poſtremo ſpeculum conſulitur, niſi quia, ne ipſa ſit timetur, &c. Ne dicam, quod talia attentare & deformitatem faciei rubricata ſmegmateq; intingere ornareq; ſit res ſummè impia & illicita, cenſente ex Balduino & aliis Wilhelmo Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 24. *num.* 7. *in ſecundâ edit.*

32 12. Indiciũ generat † adulterii vaga lumina in muliere obſervata Hier. Drexel. *in Nicet. lib.* 1. *c.* 7. *in princ.* hinc verſus triti:

Otia, menſa, libri, vaga lumina, &c.

Itemq; illud alterius recentioris Poëtæ in Gallam:

Vſſiſti me Galla videndo: tangere noli!
Nam ſi ures oculis, quid facias oculo?

Et ejuſdem ad Tulliam:

Objectum noſtri, dum lux eſt, Tullia, viſus,
Subjectum, cùm nox venit, amoris eris.

Quibus ſubſcribit Medéa repudiata ab Jaſone ita alicubi conquerens:

Tunc ego te vidi, tunc cœpi ſcire quis eſſes,
Illa fuit mentis prima ruina meæ.
Et vidi & perii &c.

Aquæductus confractus perdit aquas oculorum, diſtractio mentem caſtam deſtruit, ipſe ſalvator hoc in indicium citat *Matth.*5.*verſ.*28. Qui vidit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt. Davidem ſanctum in duo flagitia nefanda præcipitarunt incauti oculi. Vidit & exarſit factus adulter & homi-

homicida. 2.*Reg*.11.*v*.2. hinc Jobus ſe cum oculis fœdus pepigiſſe ait, ne aſpicerent mulieres, fatetur *cap*.31. Clemens Alexand. *lib*.3.*pædag*. *c*.11. dum laſciviunt oculi, caleſcunt appetitiones; prima fornicationis ſagitta eſt oculus: utriq; videnda fœmina: Virgil. 3. *Georg*. Cave tibi, tuisq; oculis, &c. Idem Alexand. eſt mulier tactu viſcus, viſu baſiliſcus; Vetus patrum dictum eſt: Incuſtoditus viſus incuſtoditæ mentis eſt nuncius, nam ſicut domus munda nō erit, cujus effracturæ feneſtræ omne genus avium admittunt, ita nec mens pura, ſi mentis feneſtræ, oculi, ad omnem patent curioſitatem, &c. Quapropter David oculorum laſcivitatem expertus precatur: Averte oculos meos, ne videant vanitatem, *Pſalm*. 118. Atque exhinc verum eſſe patet, quod Apoſtolus Johannes *in epiſt*.1. inquit: Omne, quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ, &c. non obſtante altero ejuſdem effato *Johan*.*c*.7. ubi dicit, non eſſe ſecundum faciem judicandum. Quia hoc verum eſt ad condemnandum, non ad formandam inquiſitionem, & indicia deſumenda, ut rectè reſpondit Joan. Bonifac. *in tr. de furt*. §. *eſt*. *num*. 126. *pag*. 120. Concludam hoc indicium adeoq; totam hanc adulterii cauſam exemplo ſpecioſo & tragico Anno 1505. Ait Fr. Guicciardin. cum Hippolytus Eſtenſis, Cardinalis, vehementi juvenculæ ſibi ſanguine conjunctæ arderet amore, quæ non minori ardore Julium Hippolyti ex concubina genitum fratrem amabat: cumq; ipſamet ſe ad tantum amorem præcipuè Julii oculorum pulchritudine accendi Hippolyto faſſa eſſet, Cardinalis Hippolytus furore correptus, temporis opportunitate captata, cum Julius in venatione extra urbem eſſet, in agris cum ſepſit, eoq; deſcendere juſſo, per aliquos ſuos à pedibus ſervos, animo tanti ſceleris immanitatem ſpectare auſus nefario, oculos ei, velut amoris ſui æmulos, erui juſſit: unde graves offenſiones inter fratres conſecutæ ſunt. vide Joan. Wolff. *tom*. 2. *lect*. *mem*. *cent*. 16. *pag*. 165.

CAPUT IIX.

DE POLYGAMIA EIUSQUE POENA.

SUMMARIA.

1. *Polygamia quid?*
2. *Patriarchæ polygami, fuerunt peccatores, uti noſtris ſeculis polygamia peccatum eſt.*
3. *Non exemplis ſed legibus judicandum eſt.*
4. *Ante diluvium ut maximè polygami fuerunt homines.*
5. *Deus Opt. Max. nunquam approbavit polygamiam.*
6. *Polygamia de Palæſtina ad Arabes & Ægyptios promanavit.*
7. *An hodie in Græcia apud Turcas polygamia ſit abrogata?*
8. *Polygamia pugnat cum præceptis juris naturæ.*

9. *Vxores fœcundæ & caſtæ non patiuntur pares ſui ordinis in matrimonio.*
10. *Parere ſolet promiſcua venus vel adulteria vel mortem mariti.*
11. *De pœna polygamiæ.*
12. *De cœlibatu ſacerdotum memorabilia & qua neceſſitate is primo loco introductus.*
13. *Verus cœlibatus ſacerdotalis ejusq; finis deſcribitur.*
14. *Inconvenientia cœlibatus clericorum deſcribuntur.*
15. *Colloquium Epiſcopi Ratisbonæ cum Contareno de cœlibatu ſacerdotum.*

1 SECUNDA ſpecies delictorum carnis eſt polygamia ſeu Digamia, quæ † definitur conjugium illegitimum, cum perſonis duabus vel pluribus, contractum & initum, quam multinubium appellavit Hieronymus *in Epiſt. quadam ad Cherentiam:* Mirari verò hic quis poſſet, cur polygamia uſitata olim Patriarchis, viris ſanctis, cæteriſque gentibus jure hodierno condemnetur? Certè inſtituto conditoris res plana eſt nec ſcatet ſcrupulo, *Geneſ. 2. verſ. 20.*
2 *Matth. 19. Lucæ. 16.* Neq; enim excuſantur † Patriarchæ contra conſtitutionem divinam multis inhærentes uxoribus, utpote qui æquè peccatis & prævaricationibus mandatorum Dei fuêre obnoxii propter lapſum primorum parentum, uti mortales cæteri *gentium*, quarum facta nobis exempla
3 non ſuppeditabunt imitatoria, ſiquidem † non factis & exemplis, ſed legibus judicandum ſit, *l. 13. Cod. de ſentent. interl. omn. jud.* imò polygamiæ mos
4 depravatus, maximè † ante nundi Cataclyſma, quo tempore genus humanum ſpiritu Dei gubernari amplius nolebat, ut dicitur *Geneſ. cap. 64.* fuit uſitatis moribusque receptus: non dicendum, quaſi Deus conjugii auctor &
5 mandator, ut eſſent duo in carne una, *Geneſ. 2.* unquam † polygamiam illam patrum comprobârit aut deſuper per Moyſem vel Prophetas diſpenſârit, quicquid contra aſtruat Ochinus, quem ſufficienter refellit Theodor. Beza *in tract. polygam. in princ.* Quirin. Cubach *cent. 1. dec. 10. quæſt. 8.* Videtur con-
6 ſuetudinem † polygamiæ priſcam illam de Palæſtina ad Arabes, Ægyptios, & Græcos proſerpſiſſe, ita enim comparatum eſt, ut malorum morum contagia & vicinos tanquam venena inficere & offendere ſoleant, hinc aliquid mali propter vicinum malum, juxta proverbium. Etſi hodiernis temporibus po-
7 lygamiam quoq; in † Græcia inter Machometanos ſublatam extirpatamque intelligo, ex Joh. à Buchenbach *in itiner. lib. 2.*
8 Sanè quin † polygamia cum ipſis naturæ ſecundariæ præceptis, unde procreatio ſobolis legitima promanavit, quodammodò pugnare videatur, ipſaque eadem præcepta poſt lapſum remanſiſſe in hominibus quantumvis cum brutis communia, ut teſtatur Juſtin. *in §. 2. inſt. de i. N. gent. & civil.* parùm vel nihil præſtat dubiis. At illud, quod frugi permanſit in homine, divinum eſt quiddam, de quo *enim* gloriaris ait Scriptura, quod antè non acceperis, etenim ut cætera taceamus, præſertim hoc, quòd de adulterio vix differat polygamia, ipſamque turbet matrimonii tranquillitatem quovis precio

num-

nummario præſtantiorem, ita facto expeditum eſt, viros alioquin egregios, turbato naturæ ordine, tragicis ſubinde factos exitiis, cum profectò † uxo- 9
res præſertim fœcundas & caſtas nihil æquè exaſperet, quam promiſcuus mariti coitus, vicariam enim ſuæ voluptuariæ palæſtræ venereæ ſuiq; mellitiſſimi pabuli ferre fœmina nec poteſt nec vult, & ſiquidem eâ ſe fruſtratam vel tantillum ſentiat, aliunde ſibi de compoſitione providet, tum ne quid ſibi de juſto & legitimo concubitu depereat, Tiraquell. *d.ll. connub. gloſſ.* 1.13. Proinde quod proximum eſt, hoc vel unicum præ ſe fert illa promiſcua libido, ut aut ipſa mulier perniciosè in corpus † proprium admittat adulterium, aut viro 10
inſidietur inflammata zelotypiâ, quavis fraude & dolo, unde Seneca *in Hercule Æteo:*

O quam cruentus fœminas ſtimulat dolor:
Cum patuit una pellici & nupta domus,
Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta.
Minus timenda eſt nulla non melior fera eſt.
Non ibo inulta geſſeris cœlum licet,
Totusq; pacem debeat mundus tibi.
Eſt aliquid hydrâ pejus irata dolor.

E. Ovidius *lib. II. de arte amandi.*

Sed neq; fulvus aper mediâ tam ſævus in ira eſt,
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes:
Nec lea cum catulis lactantibus ubera præbet,
Nec brevis ignaro vipera læſa pede:
Fœmina quam ſocii deprenſa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum flammasq; ruit poſitoq; decore
Fertur, ut Aonii cornibus icta Dei.
Conjugis admiſſum, violataq; jura mariti
Barbara per natos Phaſias ulta ſuos.
Altera dira parens hæc eſt, quam cernis, hirundo:
Aſpice, ſignatum ſanguine pectus habet.
Hoc bene compoſitos, & firmos rumpit amores:
Crimina ſunt cautis iſta timenda viris.

Conſtitutio criminalis Carol. V. *art.* 121. † polygamiam æquè ut adulterium, 11
expiandam morte cenſet, cui non congruit jus civile, quod minimè polygamos, uti adulteros gladio ultore perſequitur, *l.* 30. *C. ad l. Jul. de adulter.* ubi ſolummodò infamiæ pœna polygamis infligitur, *l.* 2. *de ſecund. nupt. l.* 18. *C. ad l. Jul. de adult.*

Movendum autem hoc in loco eſt, polygamiam Romanenſium, quæ ſunt ſecundæ nuptiæ vel conjugium ſacerdotum, ad hanc claſſem multo mi-

nus ad conſtitutionem, vel leges polygamiam coërcentes pertinere, cujus
12 præſertim † conjugii ſacerdotalis inhibitio canonica primùm non fato, ſed neceſſitate rerum introducta eſt, inops enim Eccleſia prima vel aſſiduis perſecutionibus emacetata, bonis & opibus eviſcerata, piâ ac decenti opinione ſtatuit, Diaconos cœlibes quandoque deligi, quod perſpicuè probatur *diſt.* 28. ibi: ab hoc autem, quod vel perſonæ qualitas ſicut & vos melius noſtis (vel ſuperſtes uxor aut filius, per quos Eccleſiaſtici periclitari ſolet ſubſtantia) noſtros animos diutius ab ejus ordinatione ſuſpenderet, &c. Ibidem infrà in fine canonis: quantula eſſet præſentis temporis, habita rerum deſcriptione, ſubſtantia, & nihil unquam per ſe, aut per filias & uxorem ſive quamlibet propinquam, aut domeſticam vel extraneam fortè perſonam de rebus audeat uſurpare Eccleſiæ, & univerſa ſui Epiſcopatus, quæ ſita tempore Eccleſiæ ſuæ dominio ſociaret, nihil ultra id quod modo deſcriptum eſt, filiis ſuis vel heredibus relicturus, tantum abeſt, ut cœlibatus in illo ævo pro opere
13 operato, uti nunc docetur in Romana Eccleſia, reputaretur: verum † cœlibatus finem deſcribens Ignatius, ſic loquitur *ad Philad.* non tam quam nuptias abominantes, ſed ut præſtantius quoddam appetentes, non culpanda conjunctionis gratiâ, ſed ut leges divinas meditemur; Et Cyprian. *2. epiſt. 1. ad Pompon. & in libello. de hab. virg.* ſcribit, ut quæ virgines ſe continere non poſſint, ad matrimonia mutatò vitæ ſtatu licitè confugerent: Ecquid enim flam-
14 ma † venerea ſæpe mali protulerit, non longè quærenda exempla: Refert Mylius *in quadam concione de cœlibat. Cler.* Auguſtæ piſcinam propè monaſterium purgatam eſſe, in qua aliquot centum infantium reperta fuerint ſcelera: adeò ut Magnates quidam dixerint referente Thom. Nettem. *in faſc. Zizan.* votum continentiæ agere moniales ad horribilia peccata, ut interfectiones abortivorum, deſtructiones naturæ per medicinas mutuæ libidinis, & alia non dicenda. Johan. Wolff. *cent.* 14. *pag.* 688. Recordemur ſuperioris ætatis noſtræ, quam miſerè Hamerslebii, in diœceſi Halberſtadenſi monachus pellicem viſitaturus interierit; unde divulgati verſus vice Epitaphii:

Conradus letam cupiens inviſere Gretam,
Murum conſcendit, ſacrâq; in veſte pependit.
Ne tamen in torvi tranſiret guttura corvi
Jam Monachus ſtultus jacet hac ſub mole ſepultus.

Uti Davidem, Betonium, Scotum Archiepiſcopum & Cardinalem, plures orthodoxos igni in Scotia cremari jubentem periiſſe, & inſignibus ordinis Cardinalicii orbatum ad murum ſuſpenſum eſſe conſtat, Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 551. Porrò Hieron. *in Epiſtol. ad Occan.* affirmat creari poſſe Epiſcopos, qui duas habeant uxores, unam ante baptiſma, & alteram poſt lavacrum regenerationis, ſententiam eorum, qui hæc negant, Cainam hæreſin appellat Sixt. Senenſis *in bibl. ſancta lib. 6. annot.* 318. *pag.* 246. Vid. Theodor.
Bez.

Digitized by Google

Bez. *in tract. de polyg. pag.*230. & Philipp. Melanth. *in reſponſ. quodam contra Cilon.* ibi: Memini, Epiſcopum † Ratiſbonæ Contareno dicere, neceſſariò 15
concedendum eſſe conjugium presbyteris, quia alioquin defuturi eſſent Eccleſiis Paſtores, etiam multas ſtare deſertas ſine miniſtris: tum Contarenus miratus poſſe ſe mederi, inquit, huic rei, quia Italia Monachis abundaret, quos ſit miſſurus Pontifex ad vacuas Eccleſias, quid agent, inquit ille, cum linguam noſtram neſciant? Contarenus reſpondet ſacrificaturos eſſe de more. Epiſcopus verecundè reſpondit, neceſſarium munus eſſe docere populum, & Evangelii cognitione pietatem eſſe colendam, non ſufficere ſpectacula ceremoniarum: Et paulò antè ibidem Philipp. providendum eſt omnibus gubernatoribus, præcipuè verè Eccleſiaſticis, ne legem condant, quæ impedit veram invocationem Dei, conſtat autem paucos ad cœlibatum idoneos eſſe, cæteri aut vincuntur communi imbecillitate, aut infœliciter ſecum ipſis luctantur: Hi impediti maculis conſcientiæ non invocant, ſed fugiunt Deũ, inde multi in Epicurorũ, contemptumq; ruunt, aut deſperatione opprimuntur, quare hæc lex tot jam ſeculis infinita agmina animarũ à Deo avulſit, & in exitium æternum impulit. O ferrea pectora omnium gubernatorum, ſi hæc tanta mala non conſiderant, ſi non afficiuntur interitu animarum, ſi non putant magnum ſcelus impedire veram invocationem, ſi non cogitant, Eccleſiis utiliores eſſe Paſtores pios & doctos maritos, quàm leves & indoctos cœlibes, ſcitis jam viginti annis multa bona ingenia, quæ utiliter Evangelio ſervire poterant, propter vinculum cœlibatus non acceſſiſſe ad miniſteria Eccleſiaſtica.

De Paulo III. Papa ſcribitur, quòd cum quædam poëmata Romæ legiſſet in ſe atque filiam ſcripta, illacrymatus fuerit, & ob acerbitatem legis cœlibatus cum amicis expoſtulaverit, ſcilicet qui non ſolum Eccleſiæ ſed etiam continentiæ antiſtes eſſe deberet, filiam in ore & oculis totius civitatis cum ſummo probro verſari ſeſe videre, quæ etſi erat eximia pulchritudine, ſcortum tamen eſſet, cogitaſſe exinde Papam de reſtituendo conjugio clericis, at morte præventum non potuiſſe exequi conſilia ſua. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag.*604.

CAPUT IX.

DE INDICIIS POLYGAMIÆ.

SUMMARIA.

1. *Indicia generalia vices ſpecialium ſæpè ſubeunt.*
2. *Quomodo maleficia arguant delicta ſimilia?*
3. *Deſertio polygamiæ indicium eſt.*
4. *Deſertio conjugis arguit adulterium tacitum.*
5. *Deſertor quis propriè dicatur?*

6. Qua-

Digitized by Google

6. Quomodo probetur mors mariti abſentis.

7. An ſolâ nuncii relatione hoc factum probetur?

8. Qualiter polygamia indicium hæreſeos pariat?

9. Diſpenſatio an ſuper digamia fieri poſſit?

10. Publicæ neceſſitatis ergò diſpenſatio aliquando permittitur.

11. Circa polygamiam proculdubio diſpenſari poteſt.

12. Hiſtoria faceta refertur, qua de cauſâ Carolus Rex Galliæ reum polygamiæ, ad ſupplicii locum jam eductum dimiſerit?

CÆterùm polygamiæ indicia depromi partim poſſunt [1]·tum è indiciorum generalium claſſe, ut fama, levitate vitæ, peregrinatione ſuſpecta, celatione & inficiatione nominis, familiæ, gentis, patriæ, mendacio, &c. *arg. conſtit. crim. art.* 42. ibi: Vnd iſt ein Perſon / zu welcher man ſich ſolches verſehen
1 mag / ꝛc. unde non obſcurè evincitur † indicia generalia ſæpenumerò ſpecialium vices ſuſtinere, uti alias jure receptum videmus, quòd nomina quædam juris & generis & ſpecierum præſeferant determinationem, ut adoptio, *l. 1. ff. de adopt.* cognatio, *l.* 10. §. *inter. ff. de gradib.* juriſdictio, quæ imperium merum & mixtum modò ſignificat, modò juriſdictionem, quæ ab imperio diſtinguitur, *l. 3. ff. de juriſd. l. 1. & t. t. ff. de eo, cui mandat. eſt juriſd. §. nos Romanorum. de pace conſt. in uſib. feud.* Zaſ. *in l. jus dicenti, ff. de juriſd.* Hen. Bocer. *in diſp. ff. diſp. 4. th. 3.*

2 2. Cùm è indiciorum † particularium ſede ejuſdem vel diverſi generis maleficiorum, quales ſunt luxuria contra naturam, inceſtus, adulterium, quæ delicta ſuâ atrocitate ita comparata ſunt, ut inde indicia ad delicta ejuſdem generis meritò formentur: quod luculenter demonſtrat Barnab. Briſſon. *in tr. de adult. in princ.* ubi ab adulterio ad veneficium argumentatur. Quod ipſum M. Catonem ſenſiſſe ſcribit Quintilian. *5. c. 10.* nullam ſcilicet adulteram non eandem veneficam eſſe, quidni inde ad delicta ejuſdem generis inferendum? ut nullam adulteram, non niſi dygamam, ſi latè vocem interpretaberis, eandem exiſtere, vel ſi ſtrictè, polygamiam dixeris. Concurrente famâ, hinc indicia pro ſubjectâ materia ſtrui adſtruit Briſſ. *d. loc.*

3 3. Indicium polygamiæ † præbet malitioſa deſertio, per ea quæ tradit Henn. Arniſ. *de jur. conn. c. 6. ſect. 6. num.* 4. non tam quod deſertorem taxat perinde, ac ſi fidem abnegaſſet *Apoſtolus ad Tit. c. 1. in fine, & 1. ad Timoth. c. 5.* quæ fides factis potius quam verbis æſtimatur, ſecundum vulgata juris brocardica: facta fortius ut verba loqui ſolere, *c. filii. de appell. c. cum ſuper. ext. de off. deleg. l. Paulus, ff. rem rat. haber. l. pro herede. ff. de acquir. hered.* quā quod
4 † deſertio diuturna ut plurimum conſpiret adulterium tacitum, ut ait Arniſæ. *d. loc.* ſed adulterium indicium parit polygamiæ per modo dicta, taciti q; idem quod expreſſi operatio præſtet. Eberh. *in top. à tacit. ad expreſſ.* Ergo hinc illud Tragici pervulgatum,

dum nos colo affigunt & foco,

Impunè

Impunè interdiu noctuq; liberis juſtis ſtudent
Alienas permolunt uxores.

Fundum alienum arant, incultum familiarem relinquunt. Deſertor † verò 5
hoc in paſſu propriè dicitur, qui animo depravato, incommodis & moleſtiis conjugalibus ſe ſubducens circumvagatur, quò Apoſtolus reſpicit, quoties deſertionem abſentiam affectatam appellitat ibi, qui nolit cohabitare. *d. loc.* adeò ut abſentia neceſſaria huc non ſpectet, cum voluntas & propoſitum delicta diſtinguat, *l.5.3 ff. de furt.* niſi vir delicti cauſa abeſt, vel militatum abiir, ſervus pœnæ factus *l.1. de divort l.13.§.a. ff. de donat. inter vir. & ux. l.14. C. eod. l. 5. ff. de bon. damnator.* Extra hunc caſum dubium non eſt, quin vir uxorem repetere, eiq; mandare poſſit, ut ſequatur, quæ ſi virum ſubſequi detrectat, pro deſertrice omninò judicanda eſt, vide prolixè D. Arniſ. *d. l. loc. cap. 6. pag. mihi* 303.

4. Polygamiæ indicium eſt, quoties mulier non liquidò probavit mortem mariti, ac nihilominus ſecundò nupſit; Farinac. *vol.4. tr. crim. q.150. tit. 16.* probatur verè † mors mariti famâ, unicoq; teſte, Clar. *in §. adulterium. n.* 6
45. vel nuncio miſſo à conjuge ad inquirendum, num vir vivat, eoq; referente, mortuum eſſe virum, atque de hoc publicam ſpirare famam penes peregrinos. Anchar. *in c. in præſentia. ext. de ſponſalib.* Farinac. *d. loc.* ubi *ex Alexand. 2. de Nevo in d. c. num. 5.* ait; quòd caſus hic ſpecialis ſit, ubi creditur † ſoli nun- 7
cio de morte alicujus referenti, addit tamen Anton. de Butt. *in d. c. præſentia. num. 7.* fragilem eſſe hanc relationem, niſi alia documenta accedant, cùm nuncius facilè corrumpi, & quid loquatur pro muliere ſitibunda, inſtrui poſſit. Abbas *d. c. num. 6.* judex autem cuncta rimari debet, præſertim in cauſa hâc adeo gravi & arduâ, Cæpoll. Tholoſan. *deciſ.3.17.* idq; potiſſimùm idcirco, quòd probatio hujuſmodi arbitraria ſit, nempe ut judex arbitrari poſſit ſufficiátne probatio mortis mariti nec ne? Abbas *in d. c. præſentia, num. 6.* ſed utut ſit, ambigibus omiſſis res expedita eſt, *Novella 22. c. 14.* quam procul dubio in judiciis ſequi tenetur judex, niſi litem ſuam facere velit, Cujat. *in expoſ. novell. ibidem.*

5. Cæterum quod ſuprà de indiciis adulterii diximus, nempe adulterium præbere veneficio, infanticidio, & ſimilibus delictis, indicium; Idem hic quoque jure conſtitutum apparet, quia enim polygamiæ † convincitur 8
hæreſeos unâ ſuſpectus dicitur, adeò ut indicio hoc emergente, judex vel inquiſitor in hæreſin indagare, & quid bigamus de matrimonio ſentiat, inquirere quoque poſſit, Farinac. *quæſt.140. tit.16. d. p.4. num.24.* Rebuff. *in tr. concord. pag mihi 722.* quorum conſequens eſt, ut ſiquidem † diſpenſatio ſuper 9
digamia fiat, ea non magis, quàm ſuper apertâ hæreſi diſpenſaretur, valere & effectum jure ſortiri queat. Farin. *d. loc. num.33.* ubi ait: quod Papa non poſſit ex quacunque cauſa etiam neceſſitatis diſpenſare, ut quis poſſit duas retinere

nere uxores, adde Joh. Schneidwin. *in comm. ad inſtit. jur. tit. de nupt. pag. mihi* 51. taceo hîc diſpenſationes bono publico apprimè neceſſarias, proindeq; indultu † ſingulari ad conſequentiam haud trahendo factas, *l. 13. ff. de ll.* taceo dygamiam Henrico IV. Galliæ Regi permiſſam: indultum par Comiti cuidam à Gleichen, à pontifice quondam conceſſum: cujus rei occaſionem ſucceſſum & eventum icunculis evidentioribus mappiſq; ſericis delineatum referebat Comes à Kirchberg, illius familiæ præluſtris poſtremus, Comiti Johanni Martino à Stolberg, me minimo præſente in arce ſuâ Farrenrodâ Thuringiæ anno 1618. vide Joh. Wolff. *2. lect. mem. pag. 236.* ubi prolixè hanc hiſtoriam tractat. Sic Valentinianus Imperator, cùm poſt conjugem Serenam, quam alii Severam dicunt, ex quâ ſuſcepit Gratianum Auguſtum, duxiſſet unà Juſtinam formâ virginis captus, diſpenſavit ipſe lata lege, ut geminas uxores habere cuivis liceret, ex qua natus eſt Valentinianus Junior, qui cum Gratiano & Valente Auguſtis & ipſe Auguſtus imperavit. Sixtus Senenſ. *in bibl. 5. lib. 6. annal.* 82. Porrò ex annalibus Colonienſibus manuſcriptis refert Joan. Wolff. *tom. 2. pag. 292.* paganum quendam illius ditionis, per conceſſionem habuiſſe conjuges 77. ex quibus ſuſcepit liberos 350. taceo remiſſiones pœ-
11 narum polygamiæ, (quod † tutius & facilius erat diſpenſandum) ſæpenumerò decretas. Ægid. Boſſ. *in tit. de coit. damn. & punib. num.* 78. Refert Proſper Farinac. *d. loc.* Carolo Regi Galliæ obviam veniſſe † reum polygamiæ, cum
12 ad ſupplicium deduceretur, quem Rex alloquens interrogavit, cur quatuor duxiſſet uxores, cum ipſe non niſi unicam haberet, & illa ſibi ſatis ſuperq; eſſet, nec plures ſi vellet, reperiret? Reſpondit reus: ideò ſe duxiſſe tot uxores, quia cum decreviſſet unicam nubere, eamq; frugi & bonam, primam bonam haud fuiſſe, ſecundam ſe duxiſſe hâc fiduciâ, ut bonam demum inveniret, ſed eâ malâ quoque exiſtente, convolaſſe ſe ad tertiam, quam cum omniũ peſſimam inveniſſet, ad quartas perveniſſe nuptias, ſtatuentem plures & tot ſeſe ducturum, donec tandem unicam reperiret bonam: quo reſponſo Rex in riſum converſus gratiam reo fecit. *Hæc ille.*

CAPUT X.

DE STUPRO EIUSQUE POENA.

SUMMARIA.

1. *Stuprum quid?*
2. *Concubinatus à ſtupro differt.*
3. *Concubina meretrix appellata injuriarum agere poteſt.*
4. *Concubinatus an hodie ſit ſublatus?*
5. *In Eccleſia primitiva Sponſus & Sponſa non copulabantur in facie Eccleſiæ.*
6. *Qui propter libidinem exercendam nubunt, peccant mortaliter.*
7. *Non canino more ſed honeſto ordine conjugali opera danda eſt liberorum procreationi, ne Sathan immerentem prolem obſidere poſſit.*

8. Quo-

8. Quomodo liberi naturales ſuccedant ab inteſtato?

9. Naturales liberi ſuccedunt matri?

10. Spurii an ſint infames?

11. An in Doctores promovendi?

12. An Notarii immatriculati eſſe poſſint ſpurii?

13. Quicunque teſtificari poteſt, Notarium agere quoq; poteſt.

14. Spurii, filii molitorum, tonſorum, tibicinum, &c. ad honeſta Collegia admittendi.

15. Quanam ſtupri pœna jure civili?

16. Stupra in aulis Principum commiſſa, vel in cœnobiis veſtali virgini illata, Capitali ſupplicio coercentur.

17. Qualiter virgo ſtuprata in cœnobiis olim viva defoſſa ſit.

18. Deſcribitur ſanctorum fœcunditas, &c.

TERTIA ſpecies delictorum carnis eſt ſtuprum, id eſt † coitus omnis 1
illicitus, qui in mulierem liberam, viduam vel puellam, quam quis con-
ſuetudinis non matrimonii cauſâ, continet, committitur *l. 38.* ubi Joh. Gœd.
Brechæ. & Dd. *com. ff. de V. S.* hinc Paulus JCtus *in l. 4. ff. de concubin.* concu-
binam ex animo & deſtinatione patrisfamilias æſtimari oportere reſpon-
det, junctâ lege *1. eod.* quæ inter † ſtuprum & concubinatum diſertè diſtin- 2
guit, adeò ut injuriam inferre videatur mulieri, qui † concubinam meretri- 3
cem appellaverit. *Dd. in d. l. 1.* Diſcrepantium opiniones ſunt, An ſublatus † 4
ſit concubinatus? Quod quidam affirmant, *per novell. Leonis 91.* quæ tamen
(ambagibus prætermiſſis & quæ de novellarum ejuſmodi authoritate adduci
poterant) id nequaquam probat, nempe quæ de Clericorum concubinatu
ſolummodò agit, adeoque ad laicos parùm ſpectans: ſufficiat, eorum nequi-
tiæ nonnihil fuiſſe indultum, *arg. l. 14. ff. de ll. & c. ordia. de R. J. in 6.* vide Eraſm.
in præfat. ſuper oper. Auguſtini. Auguſtinus, *inquit*, adoleſcens habuit concu-
binam, quod humanæ permittunt leges, & hac non repudiata ſed ereptâ ad-
ſcivit alteram, utriq; ſervavit conjugii fidem, quam probitatem hodie teme-
rè requiras in ſacerdotibus aut Abbatibus. Joan. Wolff *tom. 2 lect. mem. cent.*
16. pag. 146. Nec porrò conſtitutionibus concubinatum video ſublatum,
quanquam jus divinum vagos reprobosque illos concubitus, quod in hac
parte meritò ſequamur, omninò damnet, *Geneſ. c. 2. precepto decalogi. 6.* quod
non ea propter accidit, quaſi concubinarii in hoc impingant, dummodò nu-
ptiarum legitimarum ſolennia, quæ hodie copula illa eſt ſacerdotalis, † Ec- 5
cleſiæ primitivę incognita, contumaciter contemnant, ſed quod finem matri-
monii decentem non aſſequantur, qui non in eo, ut libidini bruteſcenti & de-
ſpumanti ſaltem ſatisfiat, ſed ut præſcriptus Dei ordo, Dei inſtitutio, manda-
tum & gloria, regnum nomenq; ejus ex ordinata & benedicta copula pro-
pullulans inde augeatur, quâ fide ergò, fine, qua intentione præſtent † qui- 6
cunq; libidine pravâ ad immoderatos ruunt amplexus, illi qui copulam illam
divinam tam flocci pendunt, & ad † carnis coitionem more canino non or- 7
dine decenti & honeſto more conjugali deproperant, *gloſſ. in c. ad ejus. diſt. 5.*
viderint aliquando, ſentientq; in conſcientia, quam tandem Sathan ſtimula-
bit, *Tobiæ cap. 52.* ſentiet importuna proles, qua de re Tiraquell. *de ll. conn. p. 15.*

Digitized by Google

*pag.*371.ibi: dum in totum libidini indulgetur, nec obſervatio ulla cœnandi
eſt, illorum ſine dubio Dæmonum, quibus perurgentibus mera laſcivia atq;
etiam ſæpe cum ipſis menſtruoſis agitatur Venus, vicia hæc ſuſcipit generatio
& futura proles, ut vel fiant leproſi, epileptici, vel quos ipſe Sathan poſthac
obſidere valeat; unde Auguſtinus *in ſermon. 3. dom.* hoſce liberos dæmoniacos
appellat, verus matrimonii finis & uſus eſt ſocietas omnis vitæ, divini & hu-
mani juris communicatio, uti ſaniores DD. deſcribunt nuptias. *l.* 1. *ff. de ritu*
nupt. adde Schurff. *conſil.* 1. *cent.* 1. Sed ad rem: Porrò au ſtuprum committatur
cum muliere ante ſtupratâ, vide Johan. Gœd. *in d. l.* 101. liberi ſuſcepti ex con-
cubinis naturales tantum dicũtur, differentes à ſpuriis, cum ſtuprum à concu-
8 binatu diſtinguatur, *d. l.* 1. *ff. de concub. ibi:* ſuccedunt † ab inteſtato parenti na-
turali cum matre, accipientes duas uncias de hereditate, *Novell.* 5. *cap.* 5. ubi
Cujat. *in expoſit.* Hos vulgò quæſitos, ſcelere conceptos Connanus appel-
lat, cùm ſine patre eſſe dicantur, *gloſſ. in §. ſi adverſus. inſtitut. de nupt. citans*
verſiculum:

Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus, & omnis
Cui pater eſt populus, non habet ille patrem.

qui & *ἀπάτορες* à Juſtiniano *in §. ſi adverſus ea. inſtit. de nupt.* idcirco nuncu-
9 pat, qui de ſubſtantia patris nihil participant aut lucrantur, niſi quod ad †
ſucceſſionem matris, quæ ſemper certa eſt, admittantur, Reinkingk *de re-*
tract. quæſt. 2. *num.* 270. *l.* 5. *C. ad SCtum Orphic.* adde *exercit. noſt.* ubi prolixius
hæc res venditatur *diſp.* 12.

10 An infames ſint † ſpurii & ſic ad dignitatum gradus non admittendi
quæri ſolet? Negatur vulgò *l.* 1. *& tot. tit. ff. de his, qui not. infam.* Card. Gabr.
Palæoth. *in tract. de noth. & ſpur. cap.* 55. Modeſt. Piſtor. *conſil.* 46. *vol.* 1. Fachin.
lib. 4. *controv. cap.* 93. Quirin. Cubach. *cent.* 1. *dec.* 5. *quæſt.* 4 Hœnon. *diſp. ad*
reg. jur. 12. *in l.* 211. *& ſeq. theſ.* 2. Confer Marquard. Freher *de infam. c.* 23. *nu.* 21.
Nec refert, quod ſpurii, manſeres, jure ſacro videantur reprobati, nec jure
11 humano ad honores, dignitates, gradusq; † Doctorales admittantur, uti di-
gnitas Aſſeſſoratus in Camera ampliſſima eis quoque non decernitur, quan-
tumvis legitimati fuerint, cum alchimiæ ſimilis ſit legitimatio faciens rem
apparere, qualis revera non eſt nec qualitate nec ſubſtantia, vide Schurff.
cent. 1. *conſil.* 2. Reinkingk *in tr. de retract. conſang. q.* 2. *n.* 293.

Reſpondeo nihil hinc inferri quoad infamiam, neq; enim fideles quouſ-
que vivunt in mundo, politicè & decorè infames dicendi: non infames ſunt,
qui ad honores non poſſunt aſpirare fati infelicitate & fortunæ inclementia
non virtutis indignatione, vel ineptitudine, imò ecquis jam temporis quoq;
in Germania ſpuriis de republ. in toga vel bello benè meritis honores decer-
nendos eſſe negaverit? qui non natalium ſed ſolius virtutis reſpectu utpluri-
mum deferre debebant: quâ de re ſuprà *p.* 1. *d. c. de indic. ex infamia.* Hinc
manſo-

Digitized by Google

manſores tabelliones rectè creari, etiam † in matriculam recipiendos, Joh. 12
Thilman. de Benig. 2. obſervat. Camer. 26. Gylman. tom. 2. in præjudiciis cam.
pag. 158. Alexand. conſil. 8. vol. 2. Bald. in l. 1. §. 8. ff. de poſt. vide receſſus imperii
Maxim. 2. de Anno 1512. Coloniæ promulg. Unde probatur, quod † qui- 13
cunque teſtimonium dicere jure poſſit, idem quoq; Notarius eſſe queat; ſpu-
rium verò non repelli ut ſpurium, ne teſtimonium dicat, tradit Specul. in §.
de teſt. Ergo & Notarius officium gerat ſequitur. Bald. in l. 1. C. de teſtib. hinc
reformat. polit. Car. V. de Anno 548. Auguſtæ Vindelicorum publicata, damnat
conſuetudines civitatum imperii, quæ ſpurios filios tonſorumq;, molitorũ, 14
opilionum, tibicinum alioquin vitæ honeſtioris, ab artificum Collegiis ar-
cent, Denaiſ, de jure. Cam. cap. 208. §. 2. Wehner obſ. pract. verb. Gewonheitt
pag. 232. verſ. 8. Pruckman. conſil. 12. num. 76. volum. 1.

Pœnam † ſtupri quod attinet, ea eſt de jure civili, publicatio partis di- 15
midiæ bonorum, ſiquidem honeſtioris conditionis ſunt ſtupratores, ſin hu-
milis ſtatus, corporis coërcitio cum relegatione, §. 5. inſtit. h. t. hodie quæque
reſpublica, univerſitas vel provincia de hoc flagitio peculiares legibus ſtatu-
tariis definitas, quo in judicando recurrendum eſt, habet pœnas, vel mulctas
ſæpe leviores, quibus iniquiores paſcuntur potius libidine. Adde l. 7. ubi Dd.
ff. d. extraor. crim. l. 16. §. penult. ff. de pœn. Boër. deciſ. 296. hinc reſcriptum Ale-
xand. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuet. equidem ait, præſes provinciæ, probatis
iis, quæ in provincia ſeu civitate in eodem controverſiarum, genere ſervata
ſunt, cauſâ cognitâ, ſtatuat. Porrò ſtupri pœnam pro delicti gravitate, ut ſi fa-
mulus filiam domini, ignobilis nobilem ſtupravit vel delictum hoc familiare
eſt in provincia, admodum exaſperari poteſt, cum multis graſſantibus, coër-
citione opus ſit ſeveriori, juxta illud: creſcentibus delictis pœnæ creſci de-
bent, DD. in l. 11. ff. de pœn. ut ſi quidem pro uno ſtupro 2. vel 3. floreni ſaltem
fuerint ſoluti, mulcta creſcat in duplum, triplum vel ultra, prout juſtitiæ can-
dor & diſciplinæ publicæ vigor id admittit, nonnunquam multorum delicto-
rum pœna mors ſit, uti vulgatum ſonat brocardicum. Sic ab ignobili † ſtu- 16
prata virgo nobilis, unde tota familia ad animam uſque offenditur, pœna
omninò exaſperari & mulcta in corporis inflictivam pœnam converti debet,
argum. l. 104. ff. de R. J. l. humilem. Cod. de inceſt. nupt. l. 131. & in l. 101. ubi Dd.
ff. de V. S.

Sic quæ ſtupra effractis domibus patrantur, durius quoque plectenda
ſunt, Johan. de Pined. in Job. cap. 25. verſ. 16. hinc cantic. 8. 9. ſi oſtium con-
pingamus illud tabulis cedrinis, ſcilicet, ne id perrumpat adulter, reſpondet
autem ſponſa d. loc. ego murus, &c. id eſt, meam pudicitiam nõ externi iſti pa-
rietes, non cuſtodes ſervare ſufficient, niſi ego ipſa ſim murus fortiſſimus,
atque mea pulchritudo adamantina & inexpugnabilis: Sic ſanè ſubdit Joan.
de Pined. d. loc. ubi intus habitat ſimilis quædam pudicitiæ cuſtodia, nemo

Digitized by Google

perfodiet domum, excœcabitur enim oculus adulteri, ut neque aditum neq; oſtium videre invenireque poſſit. *Hæc ille.* Et quia hæc conſtantia Deo dicatis puellis maximè commendata fuit, in iis ſtupri pœna omninò durius recepta extat. Sic ſtupra veſtali virgini illata, gravius quoque pleĉtuntur aliaq; ſtupra domeſtica, uti furta domeſtica atrociora reputantur ſimplicioribus: vide Procop. 1. *de bello Gothor.* ubi ſcribit, Totilam Regem armigerum ſuum ſtuprantem virginem domeſticam morte mulĉtaſſe, quemadmodum in aulis Principum commiſſa ſtupra ultimo coërceri ſolent ſupplicio Dionyſ. Hal.
17 *lib.* 2. Rom. Antiq. ſcribit, Numam Pompilium † veſtales virgines ſtupratas ſub terrâ vivas defodiſſe, unde Ovid. 6. *Faſtor.*

Nullaq́, dicetur vittas temerare ſacerdos,
Hoc duce nec viva defodietur humo.

Qualiter hæc ſepultura intelligenda ſit, declarat Plutarchus *in quæſt. Roman.* & Johan. Wolff. *lect. memor. part.* 1. *pag.* 33. ibi: veſtalis virgo inceſtu deprehenſa, per portam collinam Romę, ceu mortua efferebatur, cum propinquorum ſuorum luĉtu, ſequentibus mœſto cum ſilentio Pontificibus, atque ſacerdotibus, propè portam locus fuit ſubterraneus, in quem ſcalis quibuſdam deſcendebatur, locusq́; ipſe occludebatur: & ne fame necari videretur, panis, laĉtis & olei nonnihil apponebatur, unaq́; ardens lucerna, quibus peraĉtis, ſacerdotes alii diſcedebant, parentabantq́; eo die, nec non triſtitia erat in orbe tota & mœror pavorq́; non exiguus. Magnum enim aliquod malum veſtalium ſupplicium portendere putabant. O caſtitatem purioris & prioris ſeculi. Si hodierno die Moniales eodem paĉto puniendæ eſſent, ſubterranea loca vix ſufficerent. In Anglia fuerunt Anno 748. Nonnæ cum regibus aliisque viris rem habentes, liberos parientes, partus necantes, quæ impunitæ reliĉtæ ſunt, refert *ex epiſt. Zach. Pap.* Wolff. *lect. mem. cent.* 8. *pag.* 198. &
28 idem *cent.* 9. *pag.* 234. omnes parturiant, *ait,* † ſanĉti, parit ſanĉtus Hermaphroditus monachus, parit ſanĉta monialis, parit ipſe quoque Papa, quâ certè Eccleſiaſticorum fœcunditate, mundus ad orbitatem facilè redigi non poterit. *Hæc ille.*

CAPUT XI.

DE INDICIIS STUPRI ET FORNICATIONIS.

SUMMARIA.

1. *Stupri penè eadem quæ adulterii indicia ſunt.*
2. *Ex veſtitu cognoſcitur meretrix.*
3. *Quomodo Claudia veſtalis ſtupri indiciis ſeſe purgaverit.*
4. *Laus mediocris & modeſti veſtitus.*
5. *Mulier ſine comite incedens noĉtu, meretrix præſumitur.*
6. *Mulier ut plurimum domo abſens inhoneſta præſumitur.*

7. *Tranſ-*

7. *Tranſveſtiti vel tranſveſtitæ luxurioſam agere vitam præſumuntur.*

8. *Scholares tranſveſtiti dicuntur ſcortorum amatores.*

9. *Mulier nuda & cum viris, eodem utens balneo dicitur meretrix.*

10. *Mulier tactu impudico ſe contractari ſinens, meretrix præſumitur.*

11. *Fama ſtuprum arguit.*

12. *Meretrix quæ propriè dicatur?*

13. *An lac in mamillis repertum, ſtuprum arguat?*

14. *Multa ſiunt naturæ neceſſitate, quæ non ſiunt ex ejus intentione.*

15. *An hymenea fractura ſtupri indicium pariat?*

16. *Anatomici in genere negant hymenaã.*

17. *De indiciis ex phyſiognomia depromptis?*

18. *An ſtuprum certis herbarum ſpeciebus poſſit manifeſtari?*

19. *De vinculis aureis ad eluſionem luxus notabiliora.*

20. *De ſaltationibus vide ſingularia.*

1. STUPRI indicia † eadem in genere ſunt quæ adulterii, quorum utriuſq; 1
par eſt ratio & probatio, Felin. *in c. præterea num. 3 ex. de teſt.* Maſcard. *de probat. 2. concl.* 1063. Boſſ. *de raptor. mulier. num.* 1 remitto itaque lectorem ad *cap. 7. retro.* &c. Quibus adde hæc ſtupri indicia; ut cum mulier cœtui ſeſe adjunxerit ſcortorum, vel ſi mulier habitu meretricio † levi & vago magis, 2
quam honeſto gravi & decoro incedit amictu, *l. 15. §. 15. ff. de injur.* hinc Claudia veſtalis virgo nõ aliam ob cauſam impudica credita fuit, quàm quòd ornatus levioris ſtudioſior eſſet, ita ut refellendam hominum opinionem miraculo matris Ideæ ei fuerit opus, quæ † Claudia cingulum ſecuta, virginitatem fi- 3
liæ comprobavit, Petr. Roiz *in deciſ. Lituan. deciſ. 3. nu.* 47. Aſpaſia è contra duorum maximorum regum Cyri primùm & Artaxerxis poſteà uxor, à muliebri curioſitate & ſpecioſiori veſtitu abhorrens ab Æliano *lib. 12. var. hiſt.* magnopere collaudatur. Sic Trojani uxorem ob modicum corporis cultum laudavit, eamq; ab omni ſuſpicione immunem duxit Plin. *in panegyrico.* Et ſanè † veſtis, quæ ornamentum eſt hominis, non tam externum hominis cul- 4
tum præ ſe ferre, quàm mentis interioris ejuſq; ſincerioris indicium eſſe debet, imò ornamentum revera eſt illud, quod hominem reddit honeſtiorem, talem verò reddere non aurum, non ſmaragdus, non coccineus color, ſed pudor, mores, virtus, & præter hæc, ut ait Ariſtoteles, fœminam ornare ſolet ſilentium. Quâ de re ſimilia vide apud Wilhelm. Antonii *de reſcript. morator. concluſ. 68. n. 20. ad fin.*

2. Indicium eſt, quoties † mulier vel virgo nobilis, quæ hactenus pro 5
honeſta habita eſt, ſine comite incedit tempore & loco ſuſpecto. *l. 1. §. 2. ff. de injur.* hinc Ulpianus *d. loc.* ad dignitatem mulieris injuriam pertinere dicit, cum comes ejus abducatur, *l. 75. §. 15. ff. eodem.* vel cum † mulier nupta vel in- 6
nupta vicatim diſcurrit, alienas ædes magis quam propriam inhabitat. Angel. *in l ſi qua illuſtri. C. ad SCtm Orphitian.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ.* 981. *num. 4. & concluſ.* 1093. *num* 25. Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntag. c. 2. de meretric. num.* 4. Sic Dina Jacobi Patriarchæ filia foras deambulans & circumvagans, pudicitiæ cingulo ſpoliatur *Gen. c.* 34.

3. Indi-

Digitized by Google

7 3. Indicium idq; majus eſt,ſiquidem mulier noctu reperitur in plateis ſola & ſine comite,Bald. *in l.11.C. de accuſat. num.24.& l.10.C. de probat.* Socin. *lib.2.conſil.32.* Hinc mos non improbandus Hannoverenſium meorum, quemcunque noctu ſine laternâ interceptum à vigilibus confeſtim incarcerantium: Cum præſumatur male acturum eſſe,ſcortaturum, furaturum, vel jam ſcortatum vel furatum eſſe,qui ſine laternâ in tenebris obambulat juxta illud: Qui male agit,lucem odit: nox fraudibus apta eſt, ait Poëta Palingen. *in Aquario pag.mihi* 333. adde Crot. *conſil.* 413. *num.* 32. ubi agit de muliere pulſantibus viris oſtium aperiente, viriſq; tranſveſtitis domum mulieris noctu intrantibus. Natt. *conſil.* 205. *num.* 4. Hypp. Riminald. *conſil.* 274. *num.* 48. Menoch. *de præſ.lib.5.præſ.41.num.*21. Döring *tom.1. Biblioth. juriſconſ. verb. adulterium. num.*133. Petr. Gregor. Tholoſan. *in d. ſyntag.lib.20.cap.2.rubric. de meretric.* Farinac. *in tom. 4.tract.crim.q.136.tit.16.num.* 95. ubi aſtruunt, quod hoc indicium certiſſimum ſit, nec unquam fallat, & ait Felin. *in c. præ-*
8 *terea.ext. de teſtibus.* quod hoc † indicium ut plurimum ſtringat contra ſcholares, Bald. *in d.l.*10. *C.de probat.* eaſq; mulieres, quæ larvatæ viris permixtæ noctu diſcurrunt, vel interdiu quoque ſumpta virili veſte choreas & tripudia ducunt. Bertaz. *conſil.*312.*num.*2. Proſp. Farinac. *d.loc.pag.mihi* 529. *volum.* 4. Ad quam materiam de tranſveſtitis, bacchanalibus, larvis & faciei velationibus plura require apud eos, quos laudat Wilhelm Antonii *de reſcript, morat. concluſ.* 68.*num.*109.*lit f.*

9 4. Indicium facit, quoties mulier cum viris eodem utitur balneo, ſeq; nudam viris conſpiciendam obtulit. Felin. *in d. c. præterea. Dd. in l.fin. C. de repud. & gloſſ. in c.non oportet.diſt.*81. Döring *d.verb.adulterium.num.*127. hinc vulgatus ille verſiculus:

Balnea calda Venus ſequitur dum veſte renudat.

Et Cyprian. *de hab.virg.* Simul (*ait*) cum amictu veſtis honor. Corporis & pudor ponitur, veſte depoſitâ virginitas periclitatur, gravem, mulierem denudare, injuriam appellat Bald. *in l.*13.*C.de tranſact.* utrumque juſtum, ſi ſubinde nonnihil ex promittat denudata, & extra domum deducenda, adeò ut fas non ſit, nudare mulierem ad exploranda libidinis & ſtupri veſtigia. Quapropter Ambroſ. *lib. 6. Epiſt.* 64. admodum increpat Sinagrium Veronenſem Epiſcopum, qui virginis accuſatæ ſtupri ſecreta genitalia inſpici juſſerat, ſed hoc ob ſcandalum facinuſq; Epiſcopo indignum magis, quam omninò interdictum, inſpici mulierculam neceſſitate id exigente, à fœminis honeſtis, *l.1.ff.de vent.inſpic.c.propoſuiſti. & c.cauſam. ext. de probat. perc.* Franciſc. Aretin. *conſil.*142.& Dec. *in d.cap.* propoſuiſti. Pro & contra (ut ajunt) diſputant, An Franciſcus Sfortia jure petierit Dorotheam Ludovici Mantuæ Ducis, filio Sfortiæ deſponſatam, à medicis tranſmiſſis nudam conſpici, ut de ſuſpecta deformitate corporis certius conſtare poſſet, patre filiam videndam

tantum

tantum offerente nec ultra? Eadem ratio eſt, ſi quando cum actu impudico
ſeſe mulier contractari ſiverit, *c.tertio loco. ubi Abbas num.4.ext.de præſ.* Paris
lib.4.conſil.60.num.6. Hoſtienſ. *in c.præterea.num.5.verſ.de adminiculis.ext.*
de teſtib. Nevizan. *in ſylv. nupt.lib.4 §.eſt nubendum.num.76.* Socin.Jun.*conſil.*
32.num.16.lib.2. Döring. *verb. adulterium. num.124.* quo pertinent † tactus 10
mammillarum, Felin. *in c. præterea. num. 3. de teſtib. pudendorum.* Riminald.
conſ.274.n.9. Joan. Baptiſta Ferret. *conſil.389.n.9.*

5. Indicium † eſt fama viciniæ, mulierem meretricem eſſe, duobus te- 11
ſtibus probandã, *d.c.tertio loco.de præſ.* Marſil. *conſil.116.num.17.* quemadmo-
dum è contra honeſtatis & verecundiæ fama ſuſpiciones rumoresq; ſiniſtros
eluit & evertit, Natta *conſil.205.n.13.* Crot.*conſ.431.n.1.* fama verò juncto uno
teſte honeſtatem allegatam viciſſim deſtruit. Soc. *lib. conſil.32.* Cephal. *conſil.*
82.nu.31.lib.1. Porrò quæ mulier † meretrix propriè dicatur? utrum ea quæ 12
admiſit viros numero viginti tria millia, quæ ſexaginta, & juxta quoſdam 40.
juxta alios quæ 20.10. duos vel unum ſaltem admiſerit virum? vide prolixè
Farinac. *d.vol.4.q.136.num.16.pag.mihi 525. & ſeqq.*

8. Alii inter ſtupri indicia referunt † lac in mammillis inventum. Bald. 13
in rub. C.de probat.num.6. Menoch. *1.præſ.93.nu.1.* Duaren. *1.anniv.diſp.cap.*
27. diſſentiunt Pariſ. *conſil.29.num.48.vol.2.* Bocer. *de qq.& tort.cap.3.n.18.*
Alber. Gentil. *de nupt.c.7.9.* adducentes authoritatem Hippocratis *lib.5.a-*
phoriſ.39. lac mulieris (dicentis) emitti ex mammis, licet nec gravida ſit, nec
pepererit, rationem addentis, quia menſtrua deficiunt. Hinc Phavorinus a-
pud A. Gell. *12.c.1.* Sanguis inſtante partus tempore in ſupernas ſe partes
profert: ibiq; à ſpiritu multo & colore mammillarum exalbeſcit. Sic Gale-
no id interpretante & extendente *d. aphoriſ.* fieri poteſt, ut per deſtinatas à
naturâ vias ſanguis reſtagnans ad ſuperiora regurgiret, & ab eadem cauſa ef-
ficiente eandem ſortiatur formam. Et Laurent. *in lib.anat.3.q.2.* ait: quod
quicquid gravidis hoc in paſſu accidat poſt conceptum, idem contingat in
puellis, ſanguine menſibus ſuppreſſis reſtagnante, & ad partes corporis ſu-
periores, ubi & tandem exitum inveniat ebulliente, juxta commune theore-
ma phyſicum; quod multa fiant naturæ neceſſitate, quæ non fiunt ex ejus in-
tentione. Ariſtot. *2.phyſ.c.finali.*

7. Inter indicia ſtupri † nonnulli collocant hymenæ fracturam, Al- 14
ber. Gentil. *lib.7.de nupt.cap.9.* Cypræ. *de ſponſalib.c.13.§.41.& 51.* Wier. *2.de*
præſtig.dæmon.c.37. Oſiand. *in comm. bibl.ad c.22.Deuteron.* hinc Afri nuptia-
les feſtivitatis ilicò reſcindunt, ſiquidem cruor in linteis non apparuerit fra-
ctâ hymenâ, Johan. Leo *lib.3.hiſt.Afri.c.34.* multi tamen indicium † hoc fal- 15
lere apertè ſcribunt, Panormit. *in c.propoſuiſti.de probat.* ubi Judæorum mo-
res irridet, lintea ex ruptura illa cruentata reſervantium, *Deut.c.22.* prout † 16
anatomici non pauci affirmant, nunquam ſe hymænam reperiiſſe nec vidiſſe,

Q quibus

quibus, utpote peritis, procul dubio de arte & ſcientia ſuâ deponentib. credendum eſt. Et ſcribit Henning. Arniſæ. *de jur. connub. cap.* 3. nullum ex hymene certum deſumi poſſe indicium, multo minus ſanguinis profuſionem exſpectandam eſſe, cum etiam ſine cruento congreſſu virginale clauſtrum à non prorſus violento inſeſſore poſſit aperiri. *Hæc ille.* Eandem ſententiam poſt ſelectas quorundam autoritates feſtiviter quoq; concipit Dn. Wilhelm. Antonii *in corollar. tr. de reſcript. morat. ſubject. ſect.* 1. *corol.* 7. *ad fin.*

Certius violatæ pudicitiæ indicium depromi poſſet, ſiquidem nobiſcum mos inoleviſſet, uti nonnullis ad mare rubrum habitantibus conſuetudo eſt (quos populos aliàs graves, fortes & juſtos appellat Petr. Bemb. *in hiſtor. Venet. lib.* 4.) fœminis naturam conſuentibus, quoad naturæ exitus ſaltem maneat, easque cum adoleverint conſutas in matrimonium collocantibus, ut ſponſi prima cura ſit, conglutinatas atq; coalitas puellæ oras, ferro interſcindere: tanto in honore apud illos homines eſt non ambigua in ducendis uxoribus virginitas. Idem Bemb. *d. loc.* Joan. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. p.* 561.

17 8. Ejuſdem farinæ † indicia ſunt, quæ ex phyſiognomia depromuntur, ut quando filium à naſi ſummo ducunt rectà ad ſagittalem ſuturam, & longitudine deprehensâ puellæ collum ambiunt, aut quando naſi acumen comprimunt, cujus cartilago ſolida creditur in virginibus, divulsâ in corruptis, Mich. Scotus *de phyſiogn. cap.* 22. Oris magnitudo venerum complexionem indicare non pauci quoque adſtruunt, exemplum præbet inſigne Margarita Brandeburg. quæ ab oris magnitudine Maulteſcha fuit dicta, *vide part.* 1. *cap.* 12.

Vel quoties pulverem Gagathis lapidis propinant, qui corruptas cogit reddere urinam, aut portulacæ ſemen carbonibus imponunt, unde viciatam quoque prodi ſtatuunt, & quæ indicia alia alicujus vel nullius ponderis vel menſuræ, quibus lector fidat, quantum velit.

9. Indicium generant immodeſtæ ſaltationes, laſcivæ cantiones, luxus in armillis & catenis ſæpe inauratis, excogitatæ novarum veſtium formæ, tincturæ vultus, & quæ alia, Johan. de Pined. *in Job. cap.* 28. *& ſeqq.* Veneranda antiquitas quò exoſum facerent luxum ejuſmodi, varias effinxit fraudes, ac quidem cum vulgaris puella cœpiſſet geſtare aurum, ditioribus omninò in hoc diſſluentibus ſtatuit 17. ex auro vincula atq; compedes fabricari reorum. Sic cùm Æthiopiæ Rex à legatis Perſicis rogaretur de auro, de torili, moni-
18 li, & armillis, riſit tandem dicens: hæc ſibi † eſſe reorum vincula, atq; in carceres deduxit eos, ubi flagitioſi omnes vinculis aureis erant alligati: alii quidem etiam non ſine ratione eundem morem ſervarent; Nam & Trebell. Pollio de fortiſſima muliere Zenobia, quæ poſt condemnati conjugis necem Orientis imperium tenuit, quæ ab Aureliano victa & triumphata eſt, ſic ſcribit: Vincti erant pedes auro, manus etiã catenis aureis, nec collo aureum vinculum

vinculum deerat, quod ſcurra Perſius præferebat. Atq; illud etiam de Crœſo eleganter in ſuo ludo ſeptem Sapientum deſcripſit Auſonius, cum Crœſum à Cyro devictum his carminibus perſequitur:

Crœſum in amicis habet,
Victumq; pedicis aureis ſecum jubet
Reliquum, quod eſſet vitæ, & totum degeret.

Eò reſpexit Tertullianus in libro de cultu fœminarum, aurum (inquit, cujus vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula ſervire referunt Gentilium literæ. Clemens quoque Alex. *lib.* 2. *Pædagog. cap.* 12. dum in luxum & cultum fœminarum invehitur, ſic ſcribit, iſtæ veram pulchritudinem obſcurant auro eam adumbrantes, nec intelligunt, quantum in ſe delictum admittunt, ſe innumerabilibus vinculis alligantes, quemadmodum dicunt apud Barbaros ſceleſtos & maleficos homines auro vinciri captivos, hos victosq; divites videntur eſſe æmulatæ mulieres. Annon enim colli vinculum eſt torques aureus & quæ catenarum locum obtinent? At mihi quidem videntur ſua ſponte vinculis alligatæ, gloriari de ſuis magnis calamitatibus, &c. Quoad ſaltationem locus extat quoque penes Pinedam *in Job. cap.* 20. *verſ.* 11. ibi: Sed, proh Deum, quantum immodeſtum & inhoneſtum in ejuſmodi ſaltationibus, iis præſertim, quæ nuper ad nos vel meretrix in lupanari, vel Dæmon ipſe ex orco non ad privatas tantum domos, ſed ad fora & compita invexit, Lucian. *in dialogis meretricis*, ex hac tantum nota deſcribit † Thaidem: Thais (*inquit*) 19
ſaltavit prima, nudatis in multum uſque talis, ſic ex Cratonis perſona appellat rem muliebrem & frivolam priſci ſeculi, mulierculas amatorias imitantem nempe libidinoſiſſimas phædras & parthenopas & Rhodopas: conſonat hiſce ſcriptura ſacra, *Matth.* 5. ubi puella ſaltans coram Herode ſtupri arguitur, Petr. Victor. *lib.* 37. *var. cap.* 7. ejuſmodi recenſet epitaphium de ſaltante puella. *diſ. man. c. jocundo. c. f. ex Q. Qui. XII. an. vix. & ſeptius ſpectantibus. Imp. Serg. Galb. Otth. ſyll. & vit. & p. R.* Saltavit, cantavit, & placuit pro jocis, quibus cunctos oblectabat, ſi quid oblectamenti apud vos eſt, manes inſontem reficite animulam, &c.

10. Indicium pariunt parentum depravati mores, nam quæ matrem meretricem habet, ipſa præſumitur meretrix, ubi ſenes impudentes, neceſſe eſt adoleſcere, ibi liberos & adoleſcentes eſſe inverecundiſſimos, Plutarch. *de educ. lib.* hinc legitur *Iſaiæ cap.* 13. piloſi ſaltabant, ibi: & reſpondebunt ibi ululæ in ædibus ejus, & ſyrenes in delubris voluptatum, & Job. *cap.* 20. *v.* 11. egrediuntur quaſi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant luſibus, *vide part.* 1. *cap.* 21. Denique pulchritudo ſive vera ſive ficta ſit, in admirationem, dilectionem, imò ſervitutem deducit viros, Alphonſ. Toſtat. *in* 3. *reg. n.* 6. & 2. *Paralipp. num.* 262. nec poſtremum eſt, ficta pulchritudo, ſtupri & adulterii indicium. Idem *d. loc.*

 11. Indi-

11. Indicium pariunt laſcivi & petulantes oculi, quâ de re partim ſupra *de indic. adult. in fine.* Chryſoſt. *in tom. 1. homil. 2. de patient. Jobi c. 3.* ibi: pepigi fœdus cum oculis meis, ne quidem cogitarem de virgine, tantum abſuit, inquit, ab alieni throni inſidiis, ut neque ad ineptam virginem, in qua nihil periculi fuerat, impudentem oculum deflexerit. Et Theophanes hunc locum explicans *Epiſt. 2.* reſcribit, ſi in virgines, *ait*, ac liberas mulieres erant illi oculi adeò continentes & caſtigati, ut vel in cogitatione & oculo fornicationem rejicerent, quanto minus adulterii labem & maculam ad illius animam penetrare potuiſſe credendum eſt, Joan. de Pined. *in Job. d. loc. v. 1. p. 627.* ibi: verius reſponderi poteſt, eſſe ſingularis continentiæ & caſtitatis encomium, quod neque petulanter aſpexerit virginem, cujus pulchritudo maxima eſt, cum florem non amiſerit, neque fœdo contactu emarcuerit. Quare quamvis ex alia parte creſcat flagitium ejus, qui virginem oppreſſerit, at certè ex hac minui videtur, quod facilius ſit humanam imbecillitatem conſpectu pulcherrimæ virginis capi & demulceri: amor inter flores habitat, & in eo, quod defloruit, nunquam libenter inſidet, eſt quippe decor naturâ ſua libidinis invitator & incitator, ut Tertullianus *de cultu fœminarum* dixit, ut non luci formę ſplendentis ſed ſuæ culpæ & vicio adſcribant fœdæ voluptates amatores, hinc Juditha *cap. 9. verſ. 13.* Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me, non quidem laqueus eſt pulchritudo honeſtæ fœminæ, ſed concupiſcentia oculorum impuriſſimorum. Quare qui lippientibus oculis es, in ſplendorem pulchritudinis aciem oculorum minimè intendito, quippe ex medicinæ præcepto fuſci colores proſunt lippientibus, ſplendidi incredibiliter nocent, Galen. *de ſubfigurat. c. 5. lib. 10. de uſu part.* extant inſuper de oculis tot præcepta & monita, uti *Eccleſiaſtes 9. 3. 5. 7. 8.* ne reſpicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius; item: noli circumſpicere in vicis civitatis virginem, nec conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius, hæc eſt illa oculorum inſaniens cupido. *Ezech. 17.* Hi ſunt oculi pleni adulterii & inceſſabilis delictis, *2. Petr. 2.* hinc illa prudentior multò quam ſeverior Zaleuci de eruendis homini adultero luminibus lex & ſententia, utpote adulterii ducibus & ſuaſoribus, quâ origo delicti magis cauſaq; faciendi quam ipſum factum coërcetur, *l. 7 ff. ad l. Iul. de adult.* Job vir Dei *cap. 31.* ait: ſe feciſſe cum oculis pactum, ut ne cogitaret quidem de virgine, uti ſupra memini. Mirum, ait Joan. de Pineda, quod poſſit animus paciſci cum oculis de non cogitando. Quid enim oculis, , qui externa tantum ſentiunt cum cogitatione & animi conſenſu peccatum aliquod, ſed obſervandum eſt, magnam eſſe oculorum cum corde & ſpirituali appetitu conſenſionem, ſunt enim feneſtræ & januæ, per quas vel legati vel nuncii rerum externarum & viſibilium intrant, & perferuntur ad animum. Clem. Alexand. *3. pædag. c. 11.* ibi: videtur, *inquit*, ſuper omnia eſſe averſandus mulierum aſpectus, non ſolum enim, ſi tangantur, peccari

peccari poteſt. Etſi enim fieri poteſt, ut qui viderit ſe gerat fortiter, veruntamen ne cadat cavendum eſt, fieri quoque poteſt, ut qui viderit, labatur, ſed fieri non poteſt, ut qui non viderit, concupiſcat, dum enim laſciviunt oculi caleſcunt appetitiones, melius eſt labi pedibus quam oculis, Sardanapalem in lecto pedibus ſurſum ſublatum, ſedentem, purpuram carpentem, & albuginem oculorum verſantem introducunt, Johan. de Pined. *tom. 2. in Iob. cap. 31. verſ. 1. num. 7.*

CAPUT XII.

DE CRIMINE INCESTUS, EIUSQUE POENA.

SUMMARIA.

1. *Inceſtus quid?*
2. *Inceſtæ nuptiæ quæ?*
3. *Inceſtus duplex eſt.*
4. *Quæ perſonæ inceſtum committant?*
5. *Inceſtus Philadelphi & Herodis Antippæ.*
6. *Inceſtus apud Perſas licitus.*
7. *Creditum eſt inceſtu naſci nobiliores ariolos.*
8. *Hiſtoria de Cambyſe inceſtum poſtulante.*
9. *Pœna inceſtus deſcribitur.*

Quarta ſpecies delictorum carnis eſt inceſtus, quod † ſtuprum conſan- 1
guineis & affinibus, cum quibus nuptias contrahere vel carnaliter commiſceri non licet, illarum dicitur, *c. 36. q. 5.* Covarr. *4. decret. §. 8. cap. 5.* hinc † 2
inceſtæ nuptiæ inde dictæ, *Interpp. in §. fin. inſt. de nupt.* quaſi inceſtæ, impudicæ, à caſto, quod cingulum vel Zona erat, dictæ, quâ cingebantur, quicunque juxta legum præcepta nuptias celebrarent, Covar. *de nupt. p. 2. cap. 6. §. 8.* hinc Ovidii verſiculus:

Cum mea virginitas avibus libata ſiniſtris
Caſtaq; fallaci Zona recincta manu.

Atque hic inceſtus à Dd. † duplex vulgò conſtituitur 1. Juris gentium 2. & 3
Civilis. *Dd in d. §. fin. inſt. de nupt.* Johan. Borch. *in c. unico.* Quæ ſunt regalia. Conſtitutio criminalis Car. V *art. 117.* inceſtus exempla † tradit hæc inſigniora, 4
ut ſi ſtupretur privigna, Boër. *deciſ. 318.* nurus, matertera, Cæpolla *conſil. 69.* noverca, ſororis germanæ filia, Alex. *conſil. 229. lib.* ſoror ipſa, Cravett *conſil. 321.* Inceſtus Lothi refertur à Moſe *Gen. 19.* vide And. Gail. 2. *obſ. 110.* Bald. & *Dd. in l. 11. §. 2. ff. de pœn.* Claudii Cæſaris inceſtum qui filiam fratris duxit, deſcribit Tac. *in annal.* Darii poſtremi Perſarum Regis, qui ſororem cognovit, inceſtum deſcribit Juſtin. *lib. 1.* inceſtum † Ptolomæi Philadelphi recenſet 5
Strabo *lib. 10.* cui cum ob id dixiſſet Philoſophus quidam Sotades εἰς τρυμαλιὰν οὐχ ὁσίαν τὸ κέντρον ὠθεῖς, ut in foramen minimè ſanctum aculeum truderet, in vincula conjectus eſt, ut refert Plutarch. *in lib. de educat. puer.* con-

Digitized by Google

gruens hiſtoria actis ſacris de Johanne Baptiſta inceſtum Herodis Antippæ taxante, unde in vincula miſſus & decollatus tandem fuit. Juſtin. *lib.* 2. *pag.* 188. Sic Ptolomeus Phiſco ſororem duxit, filiosq; ex ea ſuſtulit, quorum alterum matriq; comedendum propoſuit. Idem Juſtin. *lib.* 23. Arnob. *lib.* 8. *contr. gent.* Ægyptios ſcribit, cum ſororibus contraxiſſe matrimonia, & idem Juſtin. *lib.* 28. refert, Alexandrum Pyrrhi Epyrotarum Regis filiam duxiſſe in uxorem ſororem Olympiadem: Et idem Mithridatem uxorem duxiſſe ſororem Laodicem, ſcribit *lib.* 37. Benedictum 6. Pontificem cum duabus ſororibus rem habuiſſe, meminit Laurent. Sylvan. *in atan. ſtat. Daniel.* Alexandrum 3. Papam humano errore in idem flagitium dilapſum fuiſſe, atteſtatur Epitaphium Lucretiæ lippis tonſoribusq; notum:

Hoc jacet in tumulo Lucretia nomine, ſed re
Thais, Alexandri filia, ſponſa, nurus.

Porrò Leonem X. cum ſorore commiſiſſe inceſtum, ſcribit Matth. Sutthov. quem refert Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 1002. ibi: Leo X. quia cæculus erat, ſororem ſuam Magdalenam ab aliis diſtinguere non poterat, huic ille quæſtum indulgentiarum pro inceſtu præmium ſolvit, erat illa, ut fertur, timidiuſcula, & propterea cum fratre cubitavit, timens cubare ſola, *hæc ille.* ſoror quæ fratrem ad inceſtum provocaverat, ita facinus excuſat apud Ovidium:

Quid deceat, neſcimus ad hæc, nam cuncta docere
Credimus, & ſequimur magnorum exempla Deorum, &c.

De Athenienſibus ſcribit Arnob. *d. loc. lib.* 8. Quod inceſtum reliquerunt prorſus impunitum, unde Ovid. *lib.* 10. *Metamorph.* ibi:

——— gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genetrix & nata parenti
Jungitur, ut pietas geminato creſcat amore.

6 Cujuſmodi nuptias † etiam privatis conceſſas fuiſſe, & Athenienſes & Perſas juris gentium aliàs cultores ſtrenuos, ſcribit idem Arnob. *d. loc.* adeò, ut Perſæ neceſſarium duxerint commiſceri conſanguineos, cumprimis eos, qui
7 ariolos & aruſpices certiores ſatagebant procreare. Unde Catull. *in Gell.*

Naſcatur magus ex Galli matriq; nefando
Conjugio, ut diſcat Perſicum aruſpicium:
Nam magus ex matre & nato gignatur oportet,
Si vera eſt Perſarum impia relligio.

Quanquam aliud ſentire videatur Plutarchus in Artaxerce, & Herodotus in
8 Thalia, ubi ſcribunt, quod cum † Cambyſes Perſarum Rex ſororem, quam deperibat, uxorem ducere conſtituiſſet, judices regios legum patriarum interpretes acceſſiverit, quærens ex iis, an unquam lex lata eſſet, quâ liceret ejuſmodi contrahere nuptias; reſponderunt illi, nullam ſe apud Perſas legẽ reperire, qua id concederetur, præterquam, quod Regi liceret quicquid ei liberet.

Digitized by Google

beret. Idem Plutarch. *in lib. de fortuna Alexandri* refert, ipſum Alexandrum docuiſſe Perſas matres revereri, earumq; nuptiis abſtinere. Unde patet, non ſemper nec ubivis matrimonia inceſtasq; nuptias illis fuiſſe licitas, ſed rem pro tempore hominumq; moribus fuiſſe variatam.

Pœnam † inceſtus quod attinet, eam ex jure civili definiendam, irrogan- 9
dam diſponit *Conſt. crimin. Car. V. d. loc.* Eſt autem ea, pro delicti gravitate vel bonorum confiſcatio, *l. ſi quis. C. de inceſt. nupt. novell.* 12. ubi Cujac. vel nõnunquam in exilium miſſio, fuſtigatio, privatio dignitatis & ultimum ſupplicium. *d. Conſt. Carolinâ.* Clar. *in §. inceſtus. n.* 2. Damhoud. *in pr. crim. c.* 94.

CAPUT XIII.

DE INDICIIS INCESTVS.

SUMMARIA.

1. *Inceſtus eadem quæ adulterii & fornicationis ſunt indicia.*
2. *Quæ cauſæ inceſtus indicia excludant?*
3. *An clericus conſanguineam ſine ſuſpicione domi alere poſſit?*
4. *Actus venerei palam geſti excludunt ſuſpiciones inceſtus.*
5. *Senectus, corporisq; imbecillitas inceſtum excludit.*
6. *Formoſitas & levitas vitæ aliud ſuadent.*
7. *Turpis conſanguineæ tactus inceſtum arguit.*
8. *Traditur regula quædam generalis de indiciis venereis.*
9. *Mulieris turpitudo ex moribus ſignisq; venereis dignoſcitur.*
10. *Stuprum virgini veſtali illatum inceſtus dicitur.*
11. *Quibus indiciis hic inceſtus arguatur?*
12. *Impudicitiam olet ſuperbus veſtalium veſtitus.*
13. *Purpura & margaritis induta mulier honeſta non præſumitur.*
14. *Veſtalis extra cœnobium divagans meretrix præſumitur?*
15. *Cujus cellam viri monachive frequentant, eadem præſumitur meretrix.*
16. *Referuntur aliquod inceſtus indicia.*
17. *Indicia violenta, quæ ſunt inſtar probationum, non niſi pœnam extraordinariam inducunt.*

INceſtus indicia † eadem fermè ſe habent, ut ſtupri vel adulterii, niſi quod in- 1
tercedat, præſumptionẽ ſiniſtram elidens. Evertunt † a. inceſtus vel adulte- 2
rii ſuſpicionem. 1. Cohabitatio † clerici cum conſanguinea, vel virginis fœ- 3
minæve cũ conſanguineo vel affine, *gl. in c. abſit.* 2. *q.* 3. Carrer. *in pr. cr. tr.* 3. *de homic. & aſſaſin. §. nono excuſatur. nu.* 13. Maſcard *de prob.* 1. *concl.* 64. *n.* 6. & *l.* 2. *concl.* 810. *n.* 13 & *ſeqq.* quod ſi tamen probetur, clericum impudenter allocutum fuiſſe, vel turpiter colluſiſſe cum muliere, res aliter ſe habet, Abbas *in cap.* 1. *de cler. non reſid.* Felin. *in c. præterea. num.* 3 *ext. de teſtib. & in d. c. abſit.* ubi clericos reprehẽdit conſanguineos ſub ſpecie religionis viſitantes, Maſcard. 1. *concl.* 59 *n.* 16. & 2. *concl.* 981. *num.* 5. dicens, quod perſonæ legalitas non excludat

Digitized by Google

cludat præſumptionem in honeſtatis concurrente circumſtantia loci & temporis, Carret. *d.loc.num.*13. Maſcard. *d.loc.num.*16.*verſ.non omninò*.

4 2. Actus, unde † ſuſpicio quædam poſſit generari, palàm & publicè geſtus quoque excludit indicia fornicationis vel inceſtus potius, ut cum conſanguineus palàm & in conſpectu hominum, vel ubi ſcit non procul abeſſe homines, jocatur cum conſanguinea, eamve exoſculatur, Cravett. *conſil.*205. *num.*4. *&* 321.*num.*1. Maſcard. *de probat.*1.*concl.*60.*num.*3. quia actus publicos quoque ad concubitum, qui palam fit, extendit, Bologn. *in rubr. C. de edendo*, quò ſpectant verſus arguti, quos è Poëta haud triviali amicus noſter D. Wilhelmus Antonii hanc ad rem nobis ſuppeditavit in puellam Rauracam ſic concepti:

Noctis ad obſcuræ dum ſera crepuſcula longas
Ducit apud juvenes Raucana virgo moras.
Quæritur, in multam quis cum ſua murmura noctem
Miſceat, argutos excipiatq; ſonos.
Ecquid opus verbis diſquirere pluribus iſthæc,
Inquit, cognatos eſſe memento meos.
O pravas hominum mentes! cum ſanguine junctis
Dum loquar, admiſſum qui ſcelus eſſe putant.

5 3. Indicia † inceſtus excludit ſenectus, Zabarell. *in c. tertio loco. fine de præſ.* infirmitas corporis vel impotentia, Cravett. *conſil.* 321. *num.*3 deformitas mulieris, Farinac. *vol.*4. *tr. crimin. de delictis. carn. q.*136. *tit.*16. *in fine.* caſtitas & pudica vita, famâ publica adprobatâ. Idem *d.loc.* prout ex formoſitate potius indicium naſcitur, *quæſt.*135. *num.* 217. Alphonſ. Toſtat. 3.*reg.n*,6.
6 *&* 2.*Paralipp.n.* 202. ibi: non eſt poſtremum, † ficta pulcritudo, impudicitiæ indicium: nec non indicium hic dictitant mulieris mores obſœni & vita turpis anteactâ, Hector Æmyl. *de teſtib. in verbo, teſtis adulterium. c.* 31. *nu.*10. Ripa *in tract. de noct. tempor. cap.* 36. *num.* 10. contrariorum enim contraria
7 eſt ratio & juris diſpoſitio, Eberhard. *in top. in loc. à contrar.* Sic qui ſolus † cum conſanguinea ſola fuerit repertus in lecto, aliòve loco remoto & ſecreto, non eſt ſine ſuſpicione inceſtus, adminiculantibus indiciis aliis, de quibus ſuprà de indiciis adulterii, *c. literis. ext. de præſumpt.* Lucas de Penna *in l. quemadmodum, C. de agricol & cenſit. num.* 10. *verſ.* 69. ubi adſerit: quod indicium inceſtus generetur, quando in locis ſecretis & abditis vir conjunctam turpiter tangat, Menoch. 5 *præſ.*17. *num.* 4. Cravett. *conſil.* 321. Alciat. *de præſ. reg.*1.
8 *præſumpt.* 34. eſt quippe regula univerſalis, quod ex omnibus actibus venereis juncta circumſtantia loci & temporis, perſonæq; qualitate, zu welcher man ſich ſeltzamer Miſſethat wol verſehen möchte / etc. oriatur copulæ carnalis indicium, Abbas *in c. tertio loco. num.*4. *ext. de præſ.* Angel. *de Malef. in verbo*
9 *che ſai adulterato. num.* 41. ubi adſerunt: quod † mulieris inhoneſtas & turpitudo

tudo probetur ex ſignis venereis, Ruin. *conſil.*53. 10. *lib.* 5. Kirchov. *in comm. opin.cent.*1.*concl.*5.*in verbo*, *adulterium*.

1. Porrò quia † inceſtus etiam ſtuprum virgini veſtali illatum, dicitur, qualia indicia hoc ſtupri genus arguant, modò diſpiciemus. Inter indicia autem ſtupri ejuſmodi vel inceſtus conſtituit primo loco ornatū muliebrem pluſquam decentem, Petr. Royz. *in deciſ.* Lituan. *deciſ.*3. *num.* 48. & ſanè: conſtat quippe † indicium hoc valuiſſe quoque penes gentiles antiquiores. Minutia enim veſtalis virgo apud Romanos celebrata ob elegantiorem plus æquo cultum corporis, inceſtus accuſata & damnata fuit: Claudia † quoq; non aliam ob rem impudica credita eſt, quam quod ornatus ſtudioſior eſſet, quâ de re ſupra *de indic.ſtupri.* Poſtumia verò eâdem de causâ in amiſſi pudoris ſuſpicionem vocata, cauſam de inceſtu dixit & abſoluta eſt. Quapropter Apoſtolus Paulus *ad Timoth.* 1. (ut ſacra prophanis miſceamus) torquere † crines auro, margaritis & precioſâ veſte mulierem uti vetat, & *Petr.* 3. capillaturâ ornatiorem damnat auri circumdationem, & omnem deniq; in amictu externo cultum elegantiorem, quo loco interpres Hieron. illud adjicit, ſerico, *inquit*, & purpurâ indutæ fœminæ, Chriſtum induere non poſſunt, auro, monilibus & margaritis ornatæ, corporis ſcilicet ornamenta pectoris ornatum prorſus exuerunt, &c. Drexel. *in Triſmegiſt.lib.*3.*cap.*10.ſ.2. Veſtimentorum luxus, ait, non tantum animi corrupti eſt index, ſed & corporis fons & origo malorum multorum, proinde quoq; Chryſoſt. *in Epiſt.ad Coloſſ.homil.*1. nunc, *inquit*, multa etiam alia mala naſcuntur ex nimiâ ornandi ſui curâ, manifeſtæ ſuſpiciones (fornicationes, inceſtus,) blaſphemiæ, &c. At quæ grandior deteſtabiliorq; blaſphemiâ in Deum, quàm quæ monialis voti oblita, cor, corpusq; impuro Sathana conſecrat, cum facta, perinde uti verba loquantur, plus ſit injuria factis quam verbis illata homini, *ſ. atrox. inſt. de injur.* Quidni Deo immortali? audiamus Tertull. *in lib. de cult. fœm.* Quid alteri periculo ſumus, ſcribentem, quid alteri concupiſcentiam importamus? neſcio an impunè abeat, qui alicui fuerit perditionis cauſa: perit enim ille ſimul in tua forma, ſi concupierit, & admiſit jam in animo, quod concupivit, & facta es tu gladius illi, idq; tanto peius, ea in templis conſpici, animadverti in eis, quos ornatus non decebat. Quocirca Anton. Florent. *Epiſcop.* fœminas petulantiori habitu velut illicium Diaboli in templis non ferebat, Suri. *tom.*3. in *illius vitâ*, quem refert Drexel. *dict. loco*, Laconum & Syracuſanorum ll. cavebatur, ne mulieres auro, veſte floridâ, contextu purpureo uterentur, niſi quæ pudicitiam vulgaſſent, Ælianus *lib.* 14. *c.* 7. Ephoris ad hoc conſtitutis, qui cotidiè inquirerent in impudicos ornatus. Nam ſi Tertulliano credimus *d.l. de cult. fœm. cap.*1. pudicitia non tantum in carnis integritate, ſed & cultus ſimplici mundicie conſiſtit, veſtis pudoris prænuncia. Carol. Scriban. *in Antwerp. tit.*5. Et Hieronymus ad Demetriadem, referente Tiraquell.

Marginal numbers: 10 (beside "dicitur"), 11 (beside "antiquiores."), 12 (beside "Claudia † quoq;"), 13 (beside "torquere †").

quell. *de R. Connubial. l. 4. p. 4. gloſſ. 1. num.* 19. illa, *ait*, tibi ſit pulchra, illa habenda inter pulcras, quæ neſcit, ſe eſſe formoſam, quæ procedens in publicum, non pectus, non colla denudat, ſed quæ celat faciem, & vix uno oculo, qui viç eſt neceſſarius, patente ingreditur. Ex ſententiâ Cratis, ornamentum eſt, quod ornat: Ornat autem quod honeſtiorem virginem facit: talem verò præſtat non aurum, non ſmaragdus, non coccineus color, ſed quæcunq; gravitatis, moderationis & pudoris ſpeciem adhibent, recenſente inter ſimilia Dn. Wilhelmo Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 68. *num.* 20. *in ſecunda edit.* Ad hoc indicium reſpexit Terent. *in Eunuch. ſcena* 4. ibi:

Mihi puto palmarium — —
Me reperiſſe, quomodo adoleſcentulus
Meretricum ingenia & mores poſſit noſcere
Maturè, ut cum cognovit, perpetuo oderit:
Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius;
Nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans,
Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt,
Harum videre ingluviem ſordes inopiam,
Quam inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; avidæ cibi.
Quo pacto ex jure veterno panem atrum vorent, &c.

14 2. Alia inceſtus † indicia quoad monialem petenda ſunt ex ſuperioribus partim, ut cum veſtalis vagatur extra cœnobium, ſi viſa fuerit colloqui cum viro ſecretiora, Innoc. *in c. præterea. ext. de teſtibus, arg. gloſſ. in l. quod ait lex. verbo, in ipſis rebus. ff. ad L. Juliam de adult.* cum primis ſi clericus deprehendatur colloqui cum moniali & confabulari ſecreta, isq; vel virgo poſt trinam admonitionem non ceſſaverit reiterare confabulationes. Canoniſtæ *poſt text. in c. ſi quiſq; de cohab. cler. & mulier. gloſſ. in c. literis. in verbo latebris.*
15 *ext. de præſumpt.* Abbas *c. tertio loc. ext. eod.* fortiſſima † præſumptio vel indicium eſt, quoties clericus viſus fuerit monialis ingredi cubiculum noctu, indeq; poſtea egredi. Crot. *conſil.* 413. quò ſpectat lepida de Einhardo & filia Caroli Magni hiſtoria, quam Johan. Wolff. refert *tom. 1. lect. memor. pag.*

16 3. Porrò inceſtus indicia † nonnulla refert Joh. Grivell. *in ſenat. Dolani deciſ.* 23. *num.* 26. ibi: erant autem ea indicia oſcula venerea, de quibus permulti teſtabantur, item ſimultanea dormitio in eodem conclavi, de qua perviſum deponebant quatuor vel quinque teſtes, item uxoris querelæ, quæ de hoc ſcelere ſæpiſſimè conqueſta eſſe dicebatur: Quibus omnibus accedebat ſceleris iſtius conſtans viciniæ fama, & fuga ipſius rei poſt accuſationem. Notabis hoc in loco, quòd concubitus in eodem lecto indicium fortiſſimum inferat, non in eodem conclavi dormitio, quanquam & hæc perinde ſit ſuſpecta remotis arbitris & familia, concurrentibus aliis indiciis, Paul. de Caſtr. *conſ.* 45. *n.* 10. *l.* 1. Lupus *alleg.* 35. *num.* 1. Campeg. *de teſtib. reg.* 385. *Ægid.* Boſſ. *in tit.*

tit. de coit. damn. n. 58. ubi: ajunt, quòd dormitio in eodem lecto probationem inducat inceſtus: refert autem Grivell. ſenatum † Dolanum ex ejuſmodi aliiſ- 17
que indiciis violentioribus ſolitum eſſe dictare pœnam extraordinariam reis, cum ad pœnam ordinariam infligendam requirantur probationes luce meridiana clariores.

CAPUT XIV.

DE RAPTU EIUSQUE POENA.

SUMMARIA.

1. *Raptus quid?*
2. *In cauſa raptus quid narrare in libello & probare teneatur accuſator?*
3. *Muliere vel puellâ illecebris captâ, deinde raptâ, accuſatio raptus ſibi locum vendicat.*
4. *Raptâ non obnoxiâ poteſtati vel curæ parentum conſanguineorum, pœna raptus ordinaria ceſſat.*
5. *Diſpoſitio generalis in odioſis generaliter eſt explicanda.*
6. *Qui mulierem rapit non libidinis cauſa, pœna raptus non tenetur?*
7. *Raptor vetulæ non præſumitur amore & libidine rapuiſſe.*
8. *Si virgines moniales rapiantur, pœna raptus locum habet.*
9. *Virginitas ſemel amiſſa reſtitui nequit nedum ab ipſo Deo.*
10. *Mulier nupta quoq; rapi dicitur, & pœna raptus contra raptorem ſtringunt.*
11. *Sponſus ſponſam rapere non poteſt.*
12. *Pœna raptus varia pro circumſtantiis delicti & qualitate perſonarum.*
13. *Parentes raptorem in flagranti crimine deprehenſum occidere impunè poſſunt.*
14. *An Lucretia collaudanda ſit, quod ſeipſam interfecerit, ſpoliata à Tarquinio pudicitiæ flore.*
15. *Pro defenſione honoris licet inire duellum.*
16. *Crudelis qui famam negligit.*
17. *Hiſtoria de Blanca Rubea refertur.*
18. *Pœna ſtupri violenti eſt ultimum ſupplicium.*
19. *Pœna ſtupri violenti non remittitur, etſi ſtuprum per vim paſſa, poſtea ratificaverit facinus.*
20. *Car. V. hâc de re adducitur conſtitutio ejusq; explicatio.*

QUarta ſpecies delictorum carnis eſt † raptus, id eſt, per vim libidinis ex- 1
ercendæ cauſa, mulieris viduæ aut virginis honeſtæ, abductio, Bart. *in L. unica, C. de crim. raptus. in princ.* exemplum raptus famoſiſſimum eſt Helenæ, unde bellum & exitium Trojanum ſubſecutum eſt, *virg. 2. & 3. Æneidos.* ex qua definitione ſeu deſcriptione † raptus hoc infertur, ut qui per 2
vim non abducat mulierem atque ſic de loco in locum violenter eam transferat, raptus crimine nō teneatur, quas circumſtantias allegandas eſſe & probandas placuit ab accuſatore, Maſcard. *de prob. concluſ.* 1253. *num.* 23. Clarus *in d. §. raptus.* Vis & violentia hoc in loco accipitur reſpectu parentum, maritorum, familiæ, ſub quorum poteſtate vel cura tota rapta verſatur, nam quanquam † mulier conſentiat ſe rapi inducta prece aut precio, vi nihilominus & 3
dolo rapta cenſebitur, Clar. *in d. §. raptus.* Alber. de Roſat. *in L. 1. C. de Epiſc.*

Digitized by Google

4 & *Cler.* inde porrò intelligitur, ut ſiquidem † poteſtati nulli obnoxia mulier
rapiatur, atque ſic à nemine raptor poſtulari queat, præterquam, cum judex
ex officio nobili inquirit, & per fiſcalem accuſationem exercet, ne pœnam
raptus ordinariam incurrat. Maſcard. *d. loco.* contrariorum enim contraria eſt.
ratio, diſciplina & jus. Eberhard. *in top. in loco à contrario ſenſu.* & ceſſante ra-
tione legis etiam pœnalis ceſſat & ipſa pœna. Idem *in loco à ceſſ. rat. leg.* uti ex
5 diverſo diſpoſitio generalis † in odioſis & pœnalibus, & ſi ſtrictè ſunt expli-
canda odia, generaliter intelligitur, Tiraq. *in l. 8. C. de rev. don. in proœm. n. 129.*
6 *& in ll. conn. gloſſa 7. p. 493.* deinde & hoc infertur ex ſuprà dictis, ut niſi quis †
rapiat mulierem non libidinis explendæ cauſa, ne tunc quidem raptus pœna
7 locum habeat, *d. l. unic.* ut ſi quis † vetulam rugoſam & deteſtabilem anum
abducat, in quam regulariter non cadit libidinis ſuſpicio, quam rapuiſſe ne-
mo facilè dicatur. Maſcard. *d. loco.* Pœna raptus jure civili, quo ſe referunt
conſtit. crimin. Carol. V. artic. 118. eſt ultimum ſupplicium, *l. unica. C. de rapt.* §.
item lex julia. inſtit. h. t. quæ pœna tenet & obligat eos, qui opem & conſi-
lium præſtitere raptori, quo compos fieret mulieris. *l. 54. C. de Epiſc. & Cler.*
d. l. unica. C. de rapt. virg. maximè autem huic pœnæ locum eſſe *d. l. unica.* ſta-
8 tuit, ut ſiquidem viduæ † Deo dicatæ virgines veſtales vel moniales vi & do-
lo malo rapiantur, propterea quod tantum facinus non ſolum ad injuriam
hominis, ſed etiam ad omnipotentis Dei irreverentiam cedere cenſeatur,
9 cum † virginitas ac caſtitas corrupta reſtitui non poſſit, nedum ab Imperato-
re, ſed nec ab ipſo Deo, *Dd. in d. l. unica.*

10 Porrò hæc pœna & raptores nuptarum complectitur, utpote qui dupli-
ci ſe commaculant crimine, adulterii ſcilicet, & rapinæ, *d. l. unica* planè ratio
11 raptus prohibitiva ſtringit adeò, ut nec † ſponſus ſponſam impunè rapere &
abducere poſſit, *d. l. unica. C. de raptu virg.* ubi tamen diſtinguendum inter
ſponſam de præſenti & futuro, ita ut abductâ eâ, quæ uxoris loco, jure habe-
tur, *tot. tit. extra de ſponſal.* raptus crimen commiſſum minimè cenſeatur, imò
nec libertinum nec ancillam abducere liceat ſub eadem pœnæ ſeveritate, *d. l.
fin. in princ.*

12 Præterea mulieris † ingenuæ raptus pœna eſt omnium rerum tam im-
mobilium quam mobilium ſeq; moventium perditio, applicandorum pa-
rentibus & his, quorum in poteſtate & tutela rapta erat, vel ſi in rapinam nō
conſenſit mulier rapta, ipſa habeat hanc commoditatem ſive cælebs manſe-
rit poſt raptum, aut cuilibet alii, præter raptorem legitimè conjugatur, *d. l. u-
nica.* §. 1.

Deniq; raptoris pœna eſt, ne mulier rapta ſibi unquam debeat deſpon-
ſari, & in matrimonium dari, utpote qui hoſtili animo in Republica, matri-
monia ſtatuit ſibi conjungere, cum oportebat ſecundum legem & antiquam
conſuetudinem parentes, aut alios, quos decet petere, ut eorum cum volun-
tate

tate legitimum fieret conjugium, *textus in d. l. unica*. §. 2. ſervilis conditionis homines, hujus criminis rei facti, citra ſexus diſcretionem concrementur, *d. l. unica. § finali.* deprehenſi † in crimine flagranti, à parentibus impunè occidantur, *Novell.* 143. *l.* 54. *Cod. de epiſc. & cler d. l. unica. §. final. ubi Dd. C. h. t.* neque hic obſtat, *c fin. de rapt. & c. ſignificaſti. ext. de elect.* ubi Panorm. dicit, docetq; perniciosè errare authoritate concilii canones hac in re, addens ibidem: uni fideli privato, ſi meliorem habeat rationem, plus credendum quam toti concilio, *arg l. Æmilius. ff. de minor.* Angel. *conſil.* 116. *col.* 6. Quetta *conſil.* 48. *in fin.* ubi adſerunt juſtius æquiusque eſſe illi adhærere ſententiæ, quæ optimis fundatur rationibus, licet ipſe Cæſar ſit in ſententia contraria. Sic Hieronymus ſeſe oppoſuit ſolus Concilio Aquiſgranenſi. Hinc Gratian. 38. *quæſt.* 2. ait: authoritatem concilii non præjudicare authoritati Hieronymi, inde, quod in teſtimonio legis divinæ nitatur: Et Paphnutius ſeſe oppoſuit Concilio Niceno, confirmatus dicto pauli (in cauſa conjugii ſacerdotum) honorabile conjugium & thorus immaculatus, *Hebr.* 9. Sic Concilium Tridentinum nullitatis accuſarunt & injuſtitiæ, & Hiſpaniæ, Galliæ & Germaniæ Reges ob non reſtitutum calicem laicis, proteſtantes contra concilium æquè ac Evangelici nec ſatis maturum ac liberum, Petr. de Suav. *Polan. in hiſt. Conc. Trident. lib.* 8. *pag.* 938.

Porrò nondum deciſa quæſtio eſt, an in pœnalibus jus Canonicum vincat civile, ſi retrò agamus ubi dominatio Eccleſiaſtica per tyrannidem evacuabat leges cæſareas, res eſt expedita, hodie res omni caret ſcrupulo, nec deniq; veſanæ ſacerdotum libidini adeò indulgendum eſt, ut criminoſę ejuſmodi ſubſiſtant nuptiæ, clericis rapta & adultera, panis dulcis eſt, Et nota eſt, ait Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 279. mihi mariti cujuſdam uxor, quam ſacerdos mediocris dignitatis, raptam multos jam annos detinet, hæc hodiernum in diem parochiarum reditus percipit, jam diu totum Epiſcopatum rexit: ſi quis ex ſacerdotibus illius gratia excidit, iſti haud ſanè commodè in Epiſcopatu iſto ſedes fuit. Conata eſt pro ſua libidine ſacerdotes ordinare, parochos vel confirmare, vel munere docendi privare, lictores plus ei honoris, quam honeſtiſſimæ alicui matronæ exhibuere, prælati & ſacerdotes lubentiore animo ei, quam Terræ naſtio Principi, equos curruſq; commodarunt.

Porrò raptus ſpecies eſt ſtuprum violentum honeſtæ fœminæ, viduæ, aut virgini puberi ſive nondum viripotenti illatum, *conſtit. crimin. Car. V. art.* 119. exemplum hujus ſtupri eſt † Lucretiæ à Sexto Tranquinio vim paſſæ. 14
Livius *lib.* 1. Auguſt. *de Civit. Dei*, *cap.* 19. Quæ an rectè fecerit ſe ipſam occidendi, adeoque reparationem honoris ac pudicitiæ ſuæ inde acquiſiverit? Diſputari ſolet, omiſſis iis, quæ ad rem adfert Camerar. 3. *medit. hiſtor. cap.* 78. hoc moveri jure præſenti ſolet, utrum defendi poſſit jure facinus Lucretiæ ſeipſam interficientis zelo, ut vulgò creditur orbatæ pudicitiæ: quod

 nega-

negamus per tradita eorum, quos allegat & ſequitur D. Wilhelm. Antonii
*in coroll. tract. de reſcript. morat. ſubject. ſect. 1. corol. 7. pag. 11. verſ. id quod facilè
ei conceſſerim.* Et quamquam exempla ab authoribus enarrata ſimilia refe-
runtur, tamen inter ipſa & hanc facti ſpeciem hoc differt, quod ante caſtita-
tem amiſſam mulieres illuſtres ſemetipſas jugulaverint, hæc Lucretia poſt
factum demum ſeſe interemerit: illud vix defendi, hoc culpari poteſt, ſanè na-
turalis ratio nocitura fugere dictitat, Cic. 1. *offic. Dd. in l. 3. ff. de J. & Jur.* ſed
utrum inde homicidia ſui ipſius excuſentur non videmus, à nonnullis excu-
ſantur facta illa, & encomiis quoque celebrantur; At quâ laude proſequa-
mur Lucretiam? ecquid juvit eam in proprium corpus vitamque furore be-
ſtiali magis, quam neceſſitate ſævire caſtitate jam amiſsâ? Porrò, quî malum
malo cumulatum excuſabitur? caſtitas corrupta & amiſſa reſtitui non potuit
internecione ſui ipſius nec quovis pacto & modo *l. unica. in princ. C. de rapt.
virg.* Cæterùm fœminæ illæ, quæ mortẽ maſculè oppetere maluerunt, quam
ſe proſtituere, à plurimis quibus nos adſtipulari non poſſumus, excuſantur.
1. quod mori præſtet quavis ratione, quam turpiter vivere, & turpitudinem
in ſe admittere per proverbium Ehrlich oder todt/ 2. inprimis ſi unà cum pu-
dicitia, vita quoque periclitatur, & rebus extremis expoſita eſt, ut allegata ex-
15 empla à Camerario demonſtrant. Hinc eſt, quod † duellum pro defenſione
honoris ſuſpici jure poſſit, Cephal, *conſil. 57. lib. 1.* Ferdinan. *Vaſ. 1. illuſt. con-
troverſ. 1. cap. 49.* Cagnol. *in l. 125. ff. de R. J.* atq; ſic propter famam, vitam in
diſcrimen deducere, Bart. *in d. l. 3. ff. de J. & J.* Tiraquell. *d. nobilitate. c. 20.*
Hippol. *de Marſ in pract. crim. §. quoniam.* cum vita & honor æquiparentur
& à pari procedant, *l. 5. Cod. de inſtit. & ſubſtit. l. 8. ff. quod met. cauſa. l. 9. ff. de
16 man. vindict.* Jaſon *in l. 3. ff. de I. & J.* Dec. *conſil. 687. num. 8.* crudelis † famam
negligit, *c. non audiendi. q. 3. & cauſa. 12. quæſt. 1.* quæ dicitur res inæſtimabilis,
l. 104. ubi Decius. ff. de R. J. omnique commodo pecuniario precioſior, *l. 26.
ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 10. §. finali. ff. de pœn.* Juvenal. *Satyr. 1.* ibi:

Quid enim ſalvis infamia nummis?

Imò amiſſione oculorum gravior famæ jactura *l. 8. Cod. de decurion.* Gail. 2.
obſ. 100. Et famam tueri, eamq; amplicare ſummæ prudentiæ & virtutis eſt
indicium, unde Virgil.

Stat ſua cuiq; dies breve & irreparabile tempus
Omnibus eſt vitæ, ſed famam extendere factis.
Hoc virtutis opus, &c.

Damnatur denique Lucretiæ facinus *l. 13. ff. ad l. Aquil. l. 3. §. 6.* ibi: qui ſibi
non pepercerit, multominus aliis parcet, *ff. de bonis eorum, qui ſibi: & l. 11. C. eo-
d. m, conſtit. Carol. V. artic.* 135. Faciunt, neſcio cujus auctoris huc verſiculi,

Si tibi fortè fuit Lucretia gratus adulter,
Immeritò ex meritâ præmia cæde petis.

Sin

Digitized by Google

Sin potius caſto vis eſt illata pudori,
Quis furor eſt hoſtis crimine velle mori.
Fruſtra igitur laudem captas, Lucretia, namq́;
Vel furioſa ruis vel ſcelerata cadis.

Similem huic de Lucretia hiſtoriam refert Patavinus *de clar.* mulieribus, *lib.* 3. *claſſ.* 14. de † Blanca Rubæâ, quæ cum prece aut precio capta in bellis, expugnari non potuiſſet, quò ſponte ſe proſtitueret, atque videret ſe vi jam iri attrectatum luctando & defendendo pudicitiam, tandem datâ occaſione, de feneſtrâ ſeſe præcipitem dedit, malens vitam, quam pudicitiam transfigere, quæ ex lapſu ſemimortua, dehinc curata paucos poſt dies à tyranno impetitur viciſſim, cui cum adhuc indulgere nollet, à miniſtris ligata, ut reſiſtere nullatenus poſſet, tandem vi compreſſa eſt & ſtuprata, illa autem impatiens tantæ contumeliæ, paulò poſt diſſimulato dolore ob obitum conjugis impetravit, ut defunctum maritum, qui in prælio contra Accielinum occubuerat, cernere poſſet, aperto ſepulchro magnâ cum lamentatione ſuper cadaver defuncti repentè ſe projecit, & repagulo, quo lapis ſepulturæ ſuſtinebatur, fracta ſub lapide cervice, una cum marito quaſi in ultionem pudicitiæ intrepidè mortua, & ut optabat, eodem tumulo ſepulta eſt. *Hæc ille.* 17

Cæterum pœna hujus † ſtupri violenti jure civili, quod ſequitur *conſtit. crimin. Car. V. artic.* 119. ibi: Soll ein Räuber gleich mit dem Schwert vom Leben zum Todt gerichtet werden/ ultimum ſupplicium eſt, *l.* 29. §. 1. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 1. *ff. de extraordin. crim. conſtit. crim. dicto loc.* hic etiam caſus exprimitur, † So ſich einer ſolchs obgemelten Mißhandels/ freventlicher und gewaltiger weiſe gegen einer unverleumten Frawen oder Jungfrawē unterſtünde/ der von ſolcher Beſchwernuß ſonſt errettet würde/ daß der Ubelthäter ſoll auff Beklagung der benöhtigten/ in Außführung der Mißhandlung/ nach gelegenheit und geſtalt der Perſon und unterſtandenen Miſſethat geſtraffet werden/ Menoch. 2. *de arb. jud. caſ.* 291. Clarus *in d. §.* 2. *quæſt.* 9. Jehova † ipſe ſæpenumero flagitium in Magnatibus coërcuit raptus, quos humana ſolent præterire judicia. Legitur in annalibus Epiſcoporum Conſtantienſium, quod Johannes VI. Epiſcop. & nobilis à Weiza ex inferiori Germania Juliano natus ducatu, quem Papa Epiſcopum primum deſignarat Lundæ in Regno Daniæ, ſubditi ſui cujuſdam elegantulam filiam invitis, Deiq́; vindictam clamantibus miſeris ſubditis, nocte quâdam, quâ ſolus cum ſuo coquo ad puellæ ædes venit, rapuit, ac per vim ſtupravit, & palliolo, quod eſſet πρὸς φθεγγπκὸν, donatum, parentibus poſt aliquot dies remiſit, qui & ſubditis ſuis Lutheranis interminatus erat hiſce verbis: Ich will ſie putzen/ oder die Hand Gottes ſoll mich rühren/ ſequenti nocte, manus Dei eum tetigit, & repertus eſt in lecto mortuus à cubiculariis, qui horribilia ſeſe audiiſſe in cubiculo faſſi ſunt. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 564. & ex Caſparo Bruſcio *in annal.* 18 19 20

iiſdem

iiſdem pag. ſeq. ubi recenſetur, Ducem Auſtriæ in Badenſium territorio per vim ſtupráſſe uxorem pulchram Cremsbeccii, maritumq; ſubinde alligaſſe columnæ domus, hunc vero ſeſe cultello accepto redemiſſe, & occidiſſe Ducem cum adultera placido ſepultum ſomno. *Hæc ille.*

CAPUT XV.

DE INDICIIS RAPTUS.

SUMMARIA.

1. *Qualiter fuga hîc indicium producat?*
2. *Indicium ex delicto aſſimilato depromptum.*
3. *à Pari cauſa potentiâ, par & effectus profluit.*
4. *Corruptio liberorum honeſti patrufamilias indicium parit.*
5. *Reſolvuntur aliquot rationes dubitandi.*
6. *Quid actor vel fiſcalis in cauſa raptus allegare debeat?*
7. *Amor anteactus, priuſquam raptus committeretur adverſus perſonam raptoris indicia parit.*
8. *Nominatio ſociorum, qualiter in ſpecie hîc arguat delictum?*
9. *Omnes auxiliatores raptus pœna ordinariâ tenentur.*
10. *Supellex raptoris in viâ reperta, indicia parit.*
11. *Indicia parit præparatio inſtrumentorum ante acta ad tranſcendendos muros, perfringendas domos.*
12. *Raptus pœna æqualiter conſtringit & maſculas & fœminas rapientes.*
13. *Mulier Florentina puerum rapiens combuſta eſt.*
14. *Aurora mulier adoleſcentes aliquot libidinis explendæ ergo rapuit.*
15. *Mulieres ex canibus, & hircis concipientes, recenſentur.*
16. *Quæ pœna hominis ſuccumbentis jumento?*
17. *An Lucretia quæ vulgò caſta dicitur meretrix fuerit.*
18. *Ipſæ Muſæ à Poëtis fictæ ac pro deabus habitæ Macarei filiæ fuerunt ac inſignes meretriculæ.*

1 1. RAptus indicia ſunt, † ſi qui raptus ſuſcepti vel diffamati poſt commiſſum tam deteſtabile, ut loquitur Juſtin. *in d. l. un. C. h. t.* fuga evadunt inquiſitione formatâ & inſtitutâ, Cyn. *in d. l. unica. num.* 4. ubi inter cætera declarat, an & quando ſola fuga plenam vel ſemiplenam inducat delicti probationem, Bald. *ibidem num.* 19. Alberic. de Roſat. *num.* 5. Salycet. *n.* 11. & Hypp. de Marſ. *n.* 47. Paul. de Caſt *n.* 8 *in d. l. unica.*

2 2. Porrò raptus indicia ſunt, † mores raptoris ſimiles & affines huic maleficio, ut quando miles aliuſvè rapuiſſet pueros non libidinis causâ, ſed concuſſionis ut inde nummorum nonnihil extorqueret parentibus. vide Salycet. *in d. l.* 1 *C. h. t.* Dec. *conſil.* 234. *n.* 8. Johan. Neviz. *in ſylva nupt. p.* 4. *num.* 4. 6. Alex. *conſil.* 1. *num.* 26. *lib.* 3. quanquam hic raptor raptus non teneatur, *ex d. l. unica.* dubium tamen non eſt, quin famâ accedente etiam raptus mulieris, de quo quæſtio, reus præſumatur, parium quippe idem eſt judicium, & à pari

Digitized by Google

& à † pari cauſæ potentia, par effectus procedit. Bald. *in l.* 15. *C. de Epiſcop. & Cler.* Clar. *in §. raptus num.* 7. allegans Cæpollam *in l.* 144. *ff. de V. S.* exiſtimantem, quantum milites attinet, pueros parentibus invitis ad caſtra & bella abducentes, nullâ eos teneri pœnâ, adeòque nec indiciis urgeri hoc paſſu, quantumvis Clar. *d. loc.* omninò ſentiat milites ejuſmodi inde conveniendos, proculdubio actione de ſervo corrupto Jaſ. Mynſing. Joh Sneid. *& Dd. paſſim in §.* 24. *Inſt. de action.* Proſper. Farinac. *vol.* 4. *tract. crimin p.* 149. *tit.* 56. *num.* 76. 3

3. Præterea indicium parit, quoties ſuſpectus raptus antehac abduxiſſet † honeſtorum parentum filias blandiciis, vel quod deterius, incantatione ita corrupiſſet, ut raptorem etiam nolentes volentes ſequi tenerentur, qui etſi raptus pœnis ordinariis non ſunt obnoxii, parum tamen vel nihil abeſt, quin indiciis raptus, ſiquidem raptum commiſiſſe eoſdem quoque proponatur, meritò urgeantur. Neque hic obſtat † quod Juſtinianus *in d. l.* 1. *C. eod.* non diſtinguat, nolens ſive volens rapiatur mulier, virgo, vel monialis. Reſpondeo, diſtinguendum eſſe inter raptum vi, abductumq; blandiciis ſine vi apertâ, ut modò quoque diximus, ut ea propter jure placuerit, accuſatorem † vel Fiſcalem raptum allegantem, cumprimis vim & violentiam, quæ judicium hoc fundat, probare oportere, cum vox rapere vim & violentiam propriè ſonet. Cyn. *in d. l. un. n.* 5. *C. de rapt virg.* ubi Alber. de Roſat. *n.* 19. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1235. Clar. *in §. raptus num.* 14. 4 5 6

Nec porrò hic adverſatur, quod Juſtinian. *d. loc.* non excludat voluntatem mulieris, ibi: quia hoc ipſum velle, &c. adeò ut licet maluerit rapi, nihilominus raptus pœnâ ſubeat, ut dicendum ſit, blandiciis corruptam abductamq; mulierem, raptum quoque allegare jure poſſe. Bald. *in d l. un. num.* 17. dicens, quod voluntas viciata per dolum & machinationem non excludat delictum, & Angel. *d. loc. num.* 5. ait: quod fraudulenta perſuaſio magis offuſcat animum volentis quam metus. Salycet. *in d. l. un. num.* 29. Reſp. neque hoc argumentum, utcunque ſplendet, negotium controverſiæ facere videtur, quandoquidem diverſa ſint quærere, an conſenſus vel voluntas anteceſſerit, vel intervenerit mulieris, cum raperetur, quâ de re agit *verſic. allegatus d. l. unica.* an ſola perſuaſio fraudulenta raptus pœnam mereatur, ubi revera raptus non interceſſit, de quâ quæſtione ſuperius tractabatur, nec immeritò per negationem decidebatur rationibus ibidem adductis. Aliàs jure expeditum eſt: quod uti raptus in ſpecie probandus, ita quoque conſenſus vel diſſenſus raptæ pro re natâ ſit docendus in materia indiciorum, eò tendit hæc concluſio, ut conſtat retrò † raptorem adamaſſe vel familiarem extitiſſe 7
mulieris raptæ, cum eâdemq; ſæpenumero ſolum repertum, confabulantem ſecreta; indicia inde generentur. vide Odofred. *in d l. unic. num.* 4. Quomodo autem conſenſus iſtiuſmodi probandus ſit? tradit Alex. *conſil.* 1. *lib.* 3.

S *num.* 16.

Digitized by Google

*num.*16. Menoch. *de arb.qq.2.caſ.*29. Boſſ. *in tit. de rapt. mulier. num.* 7. *verſ.
eò maximè.* Burſat. *conſ.*386.*n.*11.

8 4. Denique inter indicia raptus conſtituo generalia illa indicia, ut †
nominatio ſociorum, quoties raptus coadunatis hominibus, aſſumptis mi-
niſtris, vel quodam cohorte militari perficitur, *d.l.un.§.pœnas autem.* ubi Bald.
& Dd.C.eod. Marſil. *d.loc.* ubi hanc regulam conſtituit, ut qua pœna ipſe ra-
ptor ſtupratorq; tenetur, eadem quoque conveniantur auxiliatores, vel
mandatarii. Marſil. *ibid.num.*110. & Azo *in ſumma d.tit.* ſtatuit, quod pœna
9 mortis † quoque decernenda ſit omnibus, qui comitati fuêre raptorem vel
alias opem raptui præſtiterant. Hoſtienſ. *in ſumm.de pœn.raptor.num.*1.*verſ.
hac eadem pœna.*

10 5. Si currus, equi, quibus rapta abducta dicitur, hujus vel illius † ſu-
pellex, animalia eſſe proponuntur, ſi ſupellex alia relicta ac inventa fuerit in
11 loco, ubi raptus commiſſus eſt. Referenda † quoque huc inſtrumentorum
præparatio, ſcalarum ad tranſcendenda loca altiora, muros, turres expedita-
rum, delatio, &c. Atq; hoc crimen quanto atrocius, eò accuratius in inqui-
rendo eo deſudabit judex, ne tamen quid remiſſius vel ſeverius quam lex &
ratio admittit, ſtatuat, obnixè providebit.

Delicti hujus immanitas ex ſolo eo apparet, quod tantopere Juſtin. id-
ipſum execretur, ac quidem tanta vehementiâ, qua alibi vix ullo in loco, in
irrogandis pœnis etiam deteſtabilium ſcelerum occupatur, &c. ubi addit:
12 quod quoque † ſine ſexus diſcretione raptus pœna æquè in fœminas ac ma-
ſculos conſtituatur, etſi enim verecundiam ſexui fœmineo congruentem, ut
ait Ulpian. *in l.*1.*§.*5. de poſtuland. in tantam ſceleris audaciam vel turpitudi-
nem minimè degenerare poſſe meritò videri debebant, ſunt & extant tamen
exempla non rara, ejuſdem, etiam à fœminis, perpetrati flagitii, Angel. *in d.l.
13 unic.C.h.t.num.6.* atteſtatur ſe vidiſſe † Florentiæ meretricem comburi, quæ
14 rapuerat quondam pulchrum puerum. De † Aurora muliere refert Pauſan. *l.*3.
quod adoleſcentes vi rapuerit, quos precibus aut muneribus ad concubitum
15 pertrahere non poterat, & Plinius *lib.* 8. *cap.* 52. ſcribit: puellam † quandam
Hetruriæ tempore in tantam libidinis inſaniam proceſſiſſe, ut ex cane, quem
impudicè adamabat, gravida fieret, pareretque ſemicanem, manibus, pedi-
bus, & auriculis caninis, quoad cætera homini per ſimilem, vide Volator. *in
philolog. lib.*32.*cap.*5. & refert Ælian. *lib.* 10. Glaucam Cythariſtiam canem
amaſſe, ab eoque imprægnatam fuiſſe. Herodot. *lib.*2. ſcribit, in Ægypto in-
ſulam eſſe, Mendas vocatam, in qua paſſim mulieres cum hircis coëant: quod
16 etiam refert Strabo *lib.*17. cujus flagitii contra naturam nefandiſſimi † lex di-
vina hanc pœnam dictitat, ut mulier quæ ſuccubuerit jumento, ſimul inter-
ficiatur cum eo, *Levit.cap.*17. *c. mulier.* 15. *quæſt.* 11. taceo mulieres pluſquam
ferinâ libidinis flammâ exuſtas, proprias adamaſſe filios, ut de Semiramide,
coitum

Digitized by Google

coitum filii poſtulante ſcribitur, quæ inde à filio occiſa fuit, Juſtin. *lib.* 1. Simile exemplum Oroſius 1.*hiſtor. cap.* 4. tradit, adeò ut Auguſtin. nec † Lu- 17
cretiam ipſam prorſus ab impudicitiâ vindicet; ſcribit enim *in lib. de Civit. Dei*, ipſam juveni, quamvis violenter irruenti, etiam ſuâ libidine illectam, conſenſiſſe, id verò in ſe puniendo doluiſſe poſtea, ut morte putaret expiandum maleficium, quò Ovidium reſpexiſſe *lib. Faſtor.* 2. non pauci ſtatuunt, ibi:

Succubuit famæ victa puella metu.

Quaſi ſcilicet Lucretia famam & opinionem antepoſuerit pudicitiæ, quod ex Livio quoq; ad finem *lib.* 1. videre licet, ſed nec Martiali ſatis caſta viſa eſt ipſa Lucretia *lib.* 11. ibi:

Erubuit poſuitq; metum Lucretia librum,
Sed coram Bruto, Brute recede, leget.

Veluti quæ non caſtitatis amore, ſed timore potius ac reverentia Bruti ſe ipſam ferro jugulavit. Sed & nec † ipſas Muſas, quas artium liberalium in- 18
ventrices, & Deas celebrat antiquitas, caſtas fuiſſe, refert Arnob. *in lib.* 4. qui inſcribitur adverſus gentes, addens: Macaræi filias eaſdem extitiſſe, & fuiſſe meretriculas inſignes, quanquam eidem reclamet Tiraq. *in connub. p.* 15. *gl.* 1. n. 62. ſed hæc obiter ſaltem dixiſſe ſufficiant.

CAPUT XVI.

DE LENOCINIO EIUSQUE POENA.

SUMMARIA.

1. *Lenocinium quid?*
2. *Lenocinium late dictum matrimonium cum adultera contractum dicitur.*
3. *Stricte ſumptum ſignificat proſtitutionem liberorum.*
4. *Lenocinium aliud manifeſtum eſt aliud non manifeſtum.*
5. *Non manifeſtum, quando vir adulteram in thoro legitimo retinet, deſcribitur.*
6. *De educatione liberorum loci egregiores.*
7. *Deſcriptio proba educationis liberorum traditur.*
8. *Iure ff. lenocinii pœna ultimum ſupplicium eſt.*
9. *An antiquitus lenones ultimo ſupplicio ſint affecti?*
10. *Generali conſuetudine pœna lenocinii ordinaria abrogata eſt.*
11. *Eccleſia cultrix juſtitiæ.*
12. *Qualis Rex talis grex.*
13. *Decretum Sixti Quinti de Lenociniis.*
14. *Proxenetæ qualiter puniantur jure novellarum, quomodo jure codicis?*
15. *Barba ſeu coma olim integritatis ſignum erat.*
16. *Per barbam fœdera conſtituebantur, & ad barbam jurabant Græci.*
17. *Pœna eorum, qui barbam nolenti totondiſſent, deſcribitur ex ll. Alemannorum.*
18. *Explicatur locus juris Feudorum ad conſtit. Frider. de pace tenenda.*
19. *Iure Canonico prohibetur, ne homo ad imaginem Dei conditus, ſtigmate inuratur.*
20. *Henricus Auceps ulciſcitur bello raſuram legatis ſuis factam.*
21. *Refertur privilegium Friſiorum de tondendis & ornandis capillis.*

22. *Pœna proxenetarum ex conſt. Car. V.*
23. *Vſufructuaria non debet ex domo, ubi habitationem uſurpat, cauponam vel domum meretriciam conſtituere.*

1 SExta ſpecies delictorum carnis eſt † Lenocinium, id eſt, omnis actus illicitus, quo per mulieres, quas juxta ſe habet & alit domi hoſpes improbus proſtituendo eas, mercaturam & quæſtum facit, *Novell.* 14. ubi Cujat. *in expoſit. lib.* 43. *de R. V.* ubi textus ait, quod ſi aliqua mulier exercendo cauponam habeat aliquas mulieres proſtitutas ad quæſtum, lena dicatur, *Dd. in l.* 7. *ff. de uſu. & habitat. & in §. penult. inſtit.* eodem. neq; intereſt homo libera vel ancilla ſic uſurpetur, *l.* 4. §. 3. *ff. de his, qui not. infam.* Damhoud. *in prax. crimin. cap.* 91.

2 Sub latâ vocis † ſignificatione, continetur & matrimonium cum adultera muliere contractum, *cauſa.* 36. §. *crimen.* 9. 1. Salycetus *in l.* 9. *C. de adult.*
3 in ſtrictâ † appellatione, quod turpius, eſt conjugis, recepto precio proſtitutio, *l.* 2. §. 2. *ff. ad l. Jul. de adult.* vel adulterii commiſſi causâ, cum uxore, exacto precio, inita tranſactio, *l.* 29 *ff. eod.* Salycet. *in l.* 2. *C. eodem. Dd. in l.* 18. *Cod. de tranſact.* Dionyſ. Gothofred. *ad l.* 2. §. 2. *ff. adult.* duas Lenocinii ſpecies facit, diſtinguens inter † lenocinium manifeſtum, quoties ſcilicet maritus pa-
4
5 lam quæſtum facit ex adulterio uxoris, de quo jam antè, & non † manifeſtum, ut cum in adulterio deprehenſam etiam ſine quæſtu retinet *l.* 2. §. 2. *ff. de adult. l.* 29. *ff. eodem.*

De parentibus liberos bono pudicitiæ, nullâ arte reparando, *l. unica. C. de raptu virg.* ſpoliantibus agit inter cætera, *conſtit. crim. Car. V. artic.* 122. &
6 Cic. 5. *in verrem.* parentes reprehendit, † qui ab ineunte ætate liberorum animos honeſtis artibus & diſciplinis inbuere negligunt, qui neglectus delicta ejuſmodi tandem producit, qua in parte & reipublciæ, cui partus naſcitur, & carni propriæ adeò præjudicant, & nocent parentes, ut melius foret his, ſaxo qui ad collum depenſo, ſubmergerentur in profundum maris, *Matth* 18.
7 Fabius Quintil. in Dialogo de oratore de Romanorum † liberorum educatione agit, refertq; electam de familia fœminam ſpectatis probatisq; moribus fuiſſe, cui totius familiæ ſobolis educandæ cura & opera commiſſa ſit, coram quâ nec dicere fas quod turpe dictu, neque facere quod inhoneſtum factu videretur, imò quæ non ſtudia modò & exercitia, ſed & remiſſiones & luſus liberorum ſanctitate quadam verecundiæ temperavit, ut ſincera & integra, nullisq; pravitatibus delecta in uſus cujusq; natura toto à teneris quaſi ungniculis pectore imbiberet honeſtatē, ſtatim & bonos mores. Jure ff. pœ-
8 næ † lenocinii ut adulterii eſt ultimum ſuppliciū. *l.* 2. §. 2. *l.* 8. *l.* 29. §. 3. *l.* 33. §. *fin. ff. ad l. Juliam. de adult. l. ſi lenones. C. de Epiſcopal. audientia. l.* 6. *C. de ſpectaculis.*
9 *Novell.* 14. de lenonibus, pœnam exprimit, ut intelligatur † jure antiquo ſtatutam lenocinii pœnam in ſuo vigore relictam eſſe, quanquam Gothofredus *add. no-*

Digitized by Google

ad d. novellam ſtatuat, lenones nunquam morte naturali affectos, quemadmodum etiam *conſtit. crim. Carol. V. artic.* 122. pœnam lenonibus jure communi, quo ſe referunt, decretam infligunt, nihil innovantes: Verba earum hæc ſunt.

So jemand ſein Eheweib oder umb einiger Gunſt willen / wie das nahmen hat / williglich zu unehrlichen unkeuſchen und ſchändlichen Wercken gebrauchen läſt / der iſt erbloß / und ſoll nach vermöge gemeiner Rechten geſtraffet werden / Damhoud. *in prax. crim. c.* 91. pœnam illam † conſuetudine generali 10
hinc inde ſublatam aſtruit, quod alii prætereа affirmant, accuſantes clericorum Romanorum conniventiam, idq; in opprobrium & contemtum Eccleſiæ, † quæ ut juſtitiæ cultrix nihil ſuſpicionis ſiniſtræ in ſe admittere meritò 11
debebat, Schenck Baro 1. *feud. tit.* 6. nec publica & tetra hæc ſcandala tolerare debebat, neque enim abeſſe poteſt, quin totius orbis ſcandalum inde naſcatur, quandoquidem ita fieri vulgò contingat, ut exempla eorum, quos admirari & venerari oportebat, veluti contagia ſerpant ad plebem, exiſtimantem quodcunque illuſtriores faciant, ſibi quoque ab exemplo permiſſum cenſeri, hinc illud proverbium: talis † eſt civitas, quales ſunt principum 12
mores:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Chryſoſt. *homil.* 4. ſacerdotum culpa fit, *inquit*, ut vulgi mores ſint corrupti, ſicut omne bonum à ſacerdotio, ita & omne malum inde deſcendit. Zoppinus, qui tractatum de Romanis meretricibus ſcripſit, Leno olim fuit, at poſtea Cardinalis cujuſdam famulus, demum fraterculus factus, uti Menard. referente Wolffio *de regula Franciſci*, quod nonnullæ fœminæ in habitu monachali cum fratribus pila ludentes, præmium hoc ſibi propoſuerint, ut utra pars vinceret, ei optio daretur concubitus, *tom. 2. lect. mem. cent. 16. pag.* 21. Diſſimulandum tamen non eſt, multos pios Pontifices flagitium hoc penitus fuiſſe deteſtatos, ſeveriores contra Lenones pœnas & ſupplicia decernentes, quâ de re extat in anno 1586. † Sixti Quinti promulgatum decretum ſuper 13
temeraria thori ſeparatione, in quo ad orcum ſimul damnatur lenocinium pœna capitali adverſus lenones conſtituta: utinam hodierno ſeculo decreta ejuſmodi in uſum & vigorem executivum reducerentur! unde idem Johan. Wolff. *in lect. mem. tom. 1. pag.* 158. *in l. palam* (ait) *ff. de ritu nupt.* dicitur, qui habet, plura mancipia, & ea proſtituit, particepsq; eſt quæſtus, lenocinium facit, ille igitur qui quæſtum ex tot meretricibus & concubinariis ſacrificulis accipit, & tales quoque in terris ſuis fert, ex quibus ad minimum vigeſimam partem fœnoris capit, quid eſt? convenit hic Pſalmus: ſi videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem captabas, *hæc ille.* De proxenetis
† quorum opera & ſtudia teneræ puellæ & mulieres honeſtæ multis captionibus expoſitæ, *cauſa* 38. *q.* 7. *l.* 1. *ff. ad SCtum Vellej*, ſive ut Cujat. *in Novell.* 14. 14

 ait:

Digitized by Google

ait: ad corruptelam & periculoſum hunc libidinis labyrinthum, ut exiguo precio dato, caſtitatem proſtituant omni lucro precioſorem, *l.26.ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſta.* imò quæ ſola Deo cum fiducia potis eſt hominum animas præſervare, *Novell.*14. pertrahuntur, jus eſt, ut perinde ſicut ipſi lenones ſupplicio ſeveriori afficiantur, non quidem pœnâ mortis naturalis, ſed cæſione virgarum, relegatione, cum infamiâ *d. Novell.*14.*conſtit.crimin. Caral. V. artic.*123. ibi: Soll nach Gelegenheit der Verhandlung vns nach der Rechtsverſtändigen/es ſey mit Verweiſung deß Landes/ Stellung an Prangern / Abſchneidung der Ohren/ vnd Außſtreichung mit Ruhten / vnd andern geſtraffet werden/ ꝛc.

Jure codicis proxeneta verberari tonderi, & in perpetuum relegari debet, *text. in l. finali. C. ad l. Jul. de adult.* ubi animadvertendum eſt, quod tonſu-
15 ra infamiæ notam præ ſe ferat inſigniorem, ut enim antiquitus † barba aut coma honeſtatis & integritatis ſignum erat, viriq; ingenui honeſtiq; barbati dicebantur, juxta illud:

——— *Facilè eſt barbato imponere Regi:*

quod refert Sylveſter zum Arenthal *in Iconiſm. aquil. Rom. coll.5. verſ. deniq; non*
16 *facilè accipitur.* Hinc † obligatio barbæ ſanctiſſimum & indiſſolubile pignus & fœdus apud Græcos; adeò ut in hodiernum uſque diem inter Mahometanos rogatos barba quò prolixior, eò certior virum demonſtret, utq; ea propter in teſtimonio dicendo magis credatur feliciter barbato, quam imberbi, ac quod per barbam jurari ſoleat, teſtatur Johan. Breun. à Buchenbach. *in itinerario lib.2.* ſic ex adverſo raſura, tonſura barbæ & comarum, ſummæ ignominiæ & turpitudinis nota erat. Guilhelm. Paradin. *in Chronol Gall. Sabaudiæ. lib.2. cap.*155. idq; vel inter noſmetipſos more & jure hodierno, cùm is, qui alterius honeſti viri in deſpectum barbam ipſi deraſerit, actione injuriarum teneatur: *arg. §. ſi quis aliquem. de pac. ten.* Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 68. *num.*33. *ubi & n. ſeqq. alia de ejuſmodi re lectu non injucunda videas.* ſed etiam probant identidem leges Alemannorum vetuſtiores, quæ tempore Clotarii Regis ſancitæ ſunt ſub *tit. de eo, qui alium contra legem totonderit,*
17 ubi ſtatuitur, † ſi quis aliquem contra legem totonderit, caput liberum cum duodecim ſolidis componat, ſi autem barbam alterius detonderit volenti, cum ſex componat: Sic in lege Salicâ mulcta conſtituitur adverſus illos, qui pueros vel puellas totonderint. In conſtitutione Friderici de pace tenenda,
18 quæ hodie † feudorum *tit.*25. relata extat, ita legitur: ſi quis aliquem ceperit & abſque ſanguinis effuſione fuſtibus percuſſerit, vel crines ejus aut barbam expilaverit, decem libras auri ei, cui injuria illata eſſe videtur, per compoſitionem impendat, & judici viginti libras perſolvat. *in eadem conſtit.* §. 6. quoque ſic legitur: Si quis quinque ſolidos, aut plus fuerit furatus, laqueo ſuſpendatur, unde *conſtit. crim. Car. V. artic.*162. Sin minus, ſcopis & forcipe excorietur,

Digitized by Google

tur & tundatur, ubi peritiores legunt *in d.§.* tondetur, id eſt, tonſurâ tanquã turpitudinis notâ deformetur, fronte, ſicut ſtygmate etiam hodie inuruntur 19
malefici, quibuſdam in locis, ubi id conſuetudine eſt receptum. *vide p.3. cap. 2. de furt. in fine.* Sed ad juramenta per barbam facta redeo, memorabile eſt, quod de Ottone I. ſcribitur: Qui poſtquam Baſo Epiſcopo Arelatenſi in vigilia nativitatis Chriſti alapam dediſſet, ultrò ſe vindicaturum injuriam per barbam juravit, Wolff. *lect. memor. tom. 1. cent. 10. pag.* 258. Idem per barbam juravit, cum mulier aliquando ſtupri accuſationem revocaret de viro illo, quẽ olim vi paſſa, dehinc legitime ſibi junxerat matrimonio: Non ſic *(inquit)* Rex per Ottonis barbam ſentiet (mulier) dolobrum, neque enim ſacris legibus colluſio facta imperabit, jubens delinquentem ſecuri percuti, ex Crantzio refert idem Wolff. 15. *lect. memor. pag. mihi* 967. *tom.* 1. Johan. Landus ſcripſit *tractat. de perſecutione* barbæ, ubi multis evincit argumentis, cur clerici barbam alere teneantur. Sixt. Senenſis *in biblioth. ſacr. lib.* 5. In jure ſacro legimus, quod cum Rex Ammonitarum legatis Davidis barbas & veſtes præcidi curaſſet, inde bellum exarſerit, *Reg. cap.* 10. Quemadmodum Henricus Auceps † legatis ſuis injuriam per barbæ & comarum raſionem fuſtiumque 20
cæſionem illatam, in pacis violatores, quæ Hartesbergi propè Goſlarium in Saxonia commorabantur, clade ſeveriſſima ultus eſt. Rein. Renn. *in chron. Slavon. 2. cap.* 37. Friſiones † ne infames detonſi viderentur, à Carolo V. Ro- 21
mæ privilegium impetrarunt, ut poſſent abituri militatum, eſſe circumtonſi uſque ad ſummitatem aurium, auro in eorum paludamento undecunque ſplendentes, ut per hoc valeant oſtendere libertatem novam ſibi delatam & confirmatam, Guicciard. in deſcriptione Belgiæ.

Denique proxenetis, † de quibus modò ſermo erat, comparantur hoſpites, qui patiuntur in ſua domo lenones, non eos expellentes, *Novell.* 13. 22
utpote qui parùm aut nihil à lenonibus ipſis differunt, quorum pœna eſt deportatio, cum perpetuâ infamiâ. Hyppol. de Marſil. *in pract. crim. §. oportunè. num.* 40. *jure ff.* ut adulteri puniuntur. *l. S. ff ad l. Jul. de adult. l. 3. §. 3. ff. de accuſat.* Menoch. 1. *arb. jud. q.* 88. *l.* 30. *in fin. C. de adult. jure Novella* 13. ubi Cujat. *in expoſit. conſtit. crim. Car. V. artic.* 123. ibi: So wiſſentlicher / gefährlicher vnd boßhafftiger weiſe jhre Häuſer darzu leihen / pœna eſt relegationis, cæſionis virgarum, amputationis aurium, &c. De † muliere fructuariâ, quæ hoſpi- 23
tem, quo cum turpiter vivat, recipit in ædes, quæ ſibi uſum debent, ſtatuitur, ut jure ſuo & habitatione ſit privanda, *l. 3. ubi. Dd. ff de uſu & habit.* etenim ætiologia eſt, quod ſervitutes non utendo per modum & tempus amittantur. *§. finitur. inſtit. de uſu & habitat.* ubi Sneidewin. *ex Baldo* tradit: quod ſcholaris invito contubernali in eadem domo alere non poſſit concubinam aut meretricem.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XVII.

DE INDICIIS LENOCINII.

SUMMARIA.

1. *Lenocinii indicia contra caupones, balneatores, & ſtabularios quomodo ſtringant?*
2. *Literæ lenocinia arguentes indicium pariunt.*
3. *Aſſertio puellæ jurata de lenocinio, contra lenones indicium facit.*
4. *Conſuetudine adeoq; actibus trinis lenocinium inducitur.*
5. *Argumentum à minori ad majus deſtructive valet etiam in pœnalibus.*
6. *Vir ſemel uxorem proſtituens leno eſt & lenocinii pœnis eſt obnoxius.*
7. *Contra ædium dominum, in quo amatores conveniunt, indicia ſtringunt.*
8. *Qui ædes præſtat adhoc, ut de maleficio nonnulli agant deliberando, opem præſtitiſſe dicitur.*
9. *Indicium oritur, quoties vir uxorem adulteram domi retinet.*
10. *Lenocinii arguitur reus, qui fingit ſe dormire accedentibus ad uxorem adoleſcentibus.*
11. *Conſequentia arguunt & declarant antecedentia.*
12. *Lenocinii reus præſumitur, qui domi relinquit juvenes ſolos cum uxore laſciva.*
13. *Nedum uxor ſola relinquenda cum conſanguineis, qui ſæpe numero ſuſpecti ſunt.*
14. *Sacerdos ne nimium converſetur cum conſanguineis.*
15. *De Lenociniis publicis vide ſpecialiora.*

1. LEnocinii indicia ſunt, † ſi quis caupo, ſtabularius, balneator, mulieres ſuſpectas, vel potius meretrices juxtà ſe habet, eo prætextu quaſi ſerviant & famulentur, ad cauponam vel balnea accedentibus, *gl. in l. 4. §. 3. ff. de his, qui not. infam.* Bald. *ibidem.* ubi dicit, quod ex incidentibus ad ipſa maleficia argumentari liceat, cum paria ſint, fieri quicquam directè vel obliquè, adeoque in conſequentiam, vide Proſper. Farinac. *vol. 4. quæſt. 144. tit. 16. n. 21.*

2. Indicium generatur, cum puellæ vel mulieri comes eripitur, comes, ancilla, nutrix corrumpitur, *l. 15. §. 13. ff. de injur.* jocalia munera tranſ-
2 mittuntur puellæ, eave † literis ad deteſtandum hoc facinus invitetur, *arg. Novell. de lenon.* cum primis, quod leno ab alliciendo dicatur, Menoch. *de arb. qq. lib. 2. caſ. 534.* Farinac. *d. loc.* ubi hoc indicium in crimen raptus tranſcurrere dictitat. Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſynt ag. juris lib. 36. cap. 11. nu. 6.* qui de nutricibus puellas, quas in cuſtodia habent, ad fœdos & nefandos amores incitantibus agit.

3 3. Judicium facit † aſſertio puellæ jurata, quæ à lenone vel proxeneta aliquo ad vagos concubitus vel lenocinia fuit ſollicitata, hæc enim relatio præſtat, ut indubitanter leno ſit ſollicitator, non ſecus ut relatio ejuſmodi in cauſa raptus ipſum delictum probat, junctis adminiculis, Menoch. *de arb. qq. l. 2. caſ. 29.* Farinac. *d. vol. 4. quæſt. 145. tit. 16. §. vis.* Neq; hìc obſtat: quod

quod ſola hæc ſollicitatio ipſum inducat delictum, licèt pœnam ordinariam non mereatur, Matth. de Afflict. *in conſt. regni rub. de lenonib.* 49. Foller. *in pr. crim. in verbo. Item quod ſit leno. num.* 31. Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntag. lib.* 36. *cap.* 11. Reſp. id ἁπλῶς verum non eſſe, cum expeditum jure ſit, quod nedum leno dicatur, qui ſemel mulierem proſtituit, niſi conſuetudine lenocinium exercuerit, quæ † conſuetudo actibus trinis ad minimum introducitur, Ludov. Peguer. *in deciſ. crimin.* 15. *num.* 11. Menoch. *de arb. qq. l.* 2. *caſ.* 534. *nu.* 49. *cent.* 6. Quod ſi ita eſt, quomodo nudus ſollicitator leno dicetur? † argumento à minori ad majus deducto, quod ubique valet deſtructivè, etiam in pœnalibus, Eberhard. *in top. in loc. à minori. num.* 3. diſſimulandum tamen non eſt, ut quod ſi † vir ſemel uxorem proſtituerit, exindeque quæſtum fecerit, leno dicatur, pœnasq; lenocinii luat, *l.* 29. §. 3. 4. *ff. de adult.* Proſp. Farinac. *d. vol.* 4. *q.* 144. *tit.* 16. §. *lenones. n.* 36. 4 5 6

4. Indicium oritur, ut ſi quis † concedat homini de lenocinio ſuſpecto ædes, quo conveniant perſonæ de committendo lenocinio tractantes, *argum. l.* 9. *ff. de adult.* ubi Batt. generaliter tradit ſubdens, ut ſi quis † domum præſtet aliquibus, ut commodè loqui de maleficio poſſint, is quoque auxilium opemvè dare videatur, *d. l.* 9. §. 2. caſum hunc ad agrum & vineam extendit. 7 8

5. Indicium facit, quoties † maritus uxorem adulteram domi retinet, *Dd. in authent. ut liceat. & auth. ſed hodie. C. ad l. Jul. de adult.* neq; adverſatur communi Dd. calculo receptum brocardicon, quo dicitur, vir ille leno, qui adulteram domo non expellit, *l. ſi quis.* 33. §. 1. *ff. de adult.* Damhoud. *in pr. crim. c.* 90. *rubr. de pœn. adult.* dicens: quod † vir quoq; ille leno ſit, qui fingens ſe dormire permittit homines ad uxorem ejus accedere. Reſp. quod *l.* 33. authentico jure prædicto ſit ſublata, *gloſſ. in d. l.* 9. *ff. eod.* Proſper. Farinac. *d. loc. num.* 93. ubi hoc ſciendum, ut ſiquidem factâ reconciliatione maritus lenocinii diffamatur, videatur is retrò exercuiſſe lenocinium apertum, atque hinc fomes & fundamentum hujus indicii: † conſequentia enim informare & arguere ſolent antecedentia, Eberhard. *in top. à deſt. conſeq.* juxta illud: *exitus acta probat*, & præcedentia declarant ſequentia, Batt. *in l. avia. in princip. ff. de cond. & demonſt.* Roman. *ſingul.* 772. *in fine.* Cornæ. *conſil.* 44. *lib.* 1. 9 10 11

6. Deniq; indicium parit, quando in ædibus viri de lenocinio ſuſpecti, viſæ fuerint perſonæ libertimè actus venereos exercentes, connivente & aſpiciente hoſpite, *Dd. in d. l.* 9. *ff. de adult.* adde Foller. *in pr. crim. in verbo.* Itē quod fuit leno. *num.* 4. ubi † virum quoque lenocinii arguit illum, qui juvenes ſolos unà cum uxore laſcivâ domi relinquit, vel quod magis eſt, ſolum cum ſolis in camera converſari permittit, niſi, ſubdit, juvenes eſſent ejus amici intrinſeci & affines vel conſanguinei, quia tunc ceſſat omnis ſuſpicio; addit autem, quod hæc amicitia ſæpenumero ſit ſuſpecta, ideoq; precatur Deum, ut 12

Digitized by Google

ab ejuſmodi amicitia & conſanguinitate liberet Deus omnes maritos, quos
13 plurimum fatuos appellat, † uxores cum primis pulchras ſolas cum conſan-
guineis & amicis relinquentes. *Hæc ille.* Idque eſt, quod populariter inter
noſtros circumfertur: Wer eine ſchöne Fraw oder Schweſter hat / jederman
liebkoſet vnd vexiert jhn: adde Farinac. *vol. 4. quæſt.* 145. *tit.* 16. §. *retentio & pa-*
14 *tientia. adde c. ſed ſi fortè. diſt.* 81. ubi quoq; † ſacerdotibus præcipitur, ne ni-
miâ utantur familiaritate conſanguinearum, propter malitias, ut ait textus,
Sathanæ. Alciat. *de præſ.* 34. *pag.* 101.

7. Indicium dictitat, ut ſi quis noctu graſſantes domo receperit clàm
& ſecreto mulierculas ſuſpectas ſubinde fovens, non ſecus ac ſi hominem vi-
lem juxta domum, ubi furtum patratum eſt, te vidiſſe adſeris, quem furti ſu-
ſpectum meritò dixeris, infrà *cap. 2. part. 3. de indic. furto.* adminiculantur hîc
adjuncta propria, ut cum indiciatus antehac ſolitus ſit operâ dare lenocinio,
vel cum lenonibus utplurimum converſari, commorari in lupanari, utpo-
te lenocinio publico, eoque, ſi Diis placet, licito & conceſſo, ſcilicet ut juven-
tus egeſto illic libidinis impetu pejora conari deſiſtat, Tolle ajunt, de repu-
blica meretrices, cuncta ſtupris inceſtis, adulteriis permiſcebuntur, nulla
matrona integra manebit, nulla vidua pudicitia incolumis perſiſtet, vix virgi-
nes ac veſtales inviolatæ ſervabuntur. Hinc tandem impoſſibile eſſe conclu-
dunt reipublicæ tranquillitatem ſine meretricibus poſſe conſiſtere, &c. de
hoc indicio agit Cornel. Agripp. uti eum citat Johan. Wolff. *tom. 2. lect. me-*
mor. cent. 16. pag. 130. corrupti enim peccatis publicis in lupanari, quomodo
abſtinebunt lenociniis & proſtitutione privata? juxta illud: *Nitimur in veti-*
tum, &c. quod non licet acrius urit, &c. proinde Wolff. *d. loc.* ex Agrippa: con-
fluunt ad lenocinia, ſacras virgines ſtuprant, viduas vitiant, & hoſpitum ad-
ulterantes uxores, nonnunquam etiam, quod ego ſcio & vidi, Iliaci prædonis
instar abducunt, & Platonica lege compopularibus communes proſtituunt:
addit author, quod flagitioſiſſimi lenones ſceleſtiſſimæque lenæ ſæpe ſub re-
ligionum pellicibus deliteſcant. Idem refert, nullam eſſe lenociniis artem
accommodatiorem, quam medicina, quæ concupitam venerem à quavis pa-
thica puella facilè obtineat, dum pollicetur reſarcinato hymenæo amiſſam
virginitatem reſtituere, papillas, ne excreſcant, cohibere, uterum prohibere,
ſterilitatis venena in longam ſecuramque libidinem miniſtrans, aut quaſſata
ſpina conceptum ſemen ejicere docens. Proinde Lucret.

Idq; ſui cauſa conſuêrunt ſcorta moveri,
Ne complerentur crebrò gravideq; jacerent,
Ei ſimul ipſa viris Venus ut concinnior eſſet.

8. Ut idcirco Agrippa medicinam ſuſpectam haud immeritò inter
indicia recenſeat, Wolff. *d. loc.* ibi: jam verò nullum lenocinium oppor-
tunum tempeſtivumque magis, quàm quod medicinæ prætextu peragitur,
nullæ

Digitized by Google

nullæ ſiquidem domus tam clauſæ, nulla monaſteria tam recluſa, nulli carceres tam cuſtoditi, quæ non admittant, quæque excludant lenonem medicum, à quibus (teſte Plinio) etiam in principum domibus adulteria perpetrata ſunt, ut Eudeni in Livia Druſi, & Vect. Valentii in Meſſalina Claudii. Quo uno medicorum beneficio (ſubdit ille) jam multæ matronæ ſimul & puellæ ſecuræ fuerunt, faciunt ad rem quoque vetularum incruſtationes & reliqui meretricantium fuci, qui apud medicos de decoratione paſſim tradantur, docenturque, quibus noxias meretricum merces vendibiliores reddant, & cùm iſtis alia permulta pharmaca libidinum incentiva: cujuſmodi ope gloriatur Ovidius ad novenarium numerum ſe inſcendiſſe; & Theophraſtus ſcriptam reliquit plantam quandam ad ſeptuageſimum coitum vires extendentem.

9. Qui (Agrippa & Wolff. *d. loc.*) ſacerdotia huc transferunt, ſic enim ego, ait Agripp. illos aliquando ſupputantes audivi, habet ille duo beneficia unum curatum aureorum viginti, alterum Prioratum ducatorum quadraginta & tres putanas in Burdello, quæ reddunt ſingulis menſibus Julios octuaginta, uti in Italia rarum non eſt, ut Romana ſcorta in ſingulas hebdomadas Julium pendat Pontifici, qui cenſus annuus nonnunquam viginti millia ducatos excedit, adeoque ſacerdotum id munus eſt, ut unà cum Eccleſiarum proventibus etiam lenociniorum numerent mercedem. &c. Wolff. *tom. 2. lect. mem. cent. 16 pag. 130.*

CAPUT XVIII.

DE SODOMIA EIUSQUE POENA.

SUMMARIA.

1. *Sodomia unde nomen traxerit?*
2. *Sodomia tripliciter committitur.*
3. *Bruteſcere quid?*
4. *Beſtia Sodomitata igni comburatur.*
5. *Ecquis beſtiæ precium domino animalis ſolvere teneatur.*
6. *Hiſtoriæ ſingulares de Cæſaribus huic flagitio deditis referuntur.*
7. *Neronis tempore nuptiæ inter maſculos contractæ.*
8. *De Sodomia Caroli Magni obſtupenda.*
9. *De Sodomia mulierum promiſcua.*
10. *Declaratur hoc hiſtoriis admirandis.*
11. *An ſit delictum, cum mulier veſtimentis viri utitur & contra?*
12. *Qualiter Bellarminus refutet hiſtoriam de Ioanne IIX. parturiente?*
13. *Plures fœminæ ſanctimoniæ prætextu ſe viros oſtenderunt veſtitu.*
14. *Quando licuerit Ethnicis mutare veſtes?*
14. *Pœna Sodomiæ quæ?*
16. *Judicia Dd. de l. 31. C. de adult.*
17. *Luxuria diabolica dicitur Sodomia.*
18. *Pœna Sodomiæ ex concilio Romano hodie mutata contra clericos cenſebitur.*
19. *Memorabilis vindicta non puniti hujus flagitii recenſetur.*

SEptima & ultima ſpecies eſt luxuriæ contra naturam, quam alii † Sodomiã 1 appellant, ea propter quod à Sodomis igne cœleſti & ſulphure ob hoc flagi-

flagitium punitis, *Geneſ.* 19. *Novell. de his qui luxuriantur contra naturam.* 77.
2 Originem traxiſſe dicatur, quod † flagitium jure humano pariter ac divino deteſtabiliſſimum, tripliciter committi, refert Damhoud. *in pract. crim. c.* 96. *num.* 4.

1. Cum venus exercetur ſine maſculo vel fœmina in proprio corpore, quam ſpeciem alii maſtuprationem vocant, unde Martial. *in epigr.* ibi:

Maſtuprabantur Phrigii poſt oſtia ſervi.

Idemq; alibi in Pontium mollem ſcribens & ejus ſceleris arguens, quod læva pellice uteretur, ait:

Hoc nihil eſſe putas: ſcelus eſt, mihi crede, ſed ingens,
Quantum vix animo concipis ipſe tuo.

Et de Horatio tres generante & marte geminos, addit:

Omnia perdiderat, ſi mas turbatus uterq;
Mandaſſet manibus gaudia fœda ſuis,
Ipſam, crede, tibi naturam dicere rerum,
Iſtud, quod digitis, Pontice, perdis, homo eſt:

quod qualiter & quibus modis fiat, vir bonus noſſe haud deſiderabit, vel ſi ſciverit, melius eſt facturus, ſiquidem verenda, exemplo Sem & Japhetis magis tegenda, quam inſtar Chami detegenda ſatagat, cujus flagitii pœnam relegationis, aut corporis coërcitionis ſtatuendam eſſe ait Damhoud. *d. loco.*

3 2. Cum libido † execranda cum animalibus brutis exercetur, quos Sodomitas bruteſcentes appellat Menoch *arbit. jud. cent.* 3. *caſu.* 286. pœna abominādi hujus flagitii jure Divino & Canonico eſt, ut homo interficiatur
4 & † beſtia igni comburatur, *Lev.* 18. 20. *Exod.* 22. *c. mulier.* 15. *q.* 1. Damhoud. *d. loc. num.* 13. Jul. Clar. *in pract. crim.* §. *fornicatio. num.* 29 *&* §. *Sodomia. num.* 4. Marſcard. *de prob. concl.* 13. *lib.* 3. Hoc quæritur: an interfectæ beſtiæ æſtimatio domino, qui nihil hac in parte admiſit, præſtari debeat? affirmat Archidiac. *in c. per principalem. quaſt.* 3. Angel. *in l fin. ff. de appellat. recipiendis.* Felin. *in c.*
5 *qui. ext. de conſtitution.* Sed utrum † ſodomita vel magiſtratus precium animalis perſolvat? Reſp. ſiquidem ſodomita ſolvendo ſit, ipſe ferat damnum illatum, ſin minus, magiſtratus luat ex fiſco, cum primis quando dominus beſtiæ eſt tenuioris fortunæ *Dd. d. locis.*

3. Cum in venerem ruit ſodomita cum hominibus, quod fit bifariam aut in diverſo ſexu, aut in eodem. In diverſo ſexu, cum membro non debito, vel modo non licito, & inuſitata libidine abutitur, quod qualiter accidat, ſimiliter nos latet, neque ſcire id deſideramus, quanquam Farinacius *vol.* 4. *tr. crim.* adhuc plures Sodomiæ ſpecies recenſeat & nonnihil de modo hoc cōmemoret, adde Philipp. Camerar. 2. *med. hiſtor.* 42. pœnam hujus flagitii ignem eſſe & incendium communi conſuetudine receptum tradit Damhoud. *d. loco.* In ſexu eodem Sodomia committitur, ſi vir cum viro, fœmina cum fœminâ

Digitized by Google

fœminâ nefandam libidinem exercet, *l. 31. C. de adult. Levit. c. 20. 1. ad Corinth. 6. cauſa.* 32. *q.* 7. Salycet. *in l. 20. C de adult.* De Nerone † refert Sueton. 6 in vita ejus, quod Sporum puerum quendam exſectis membris virilibus, in muliebrem naturam transfiguraverit, ac pro uxore habuerit, Auguſtæ ornamentis excultum, lecticâ circumvectum ac circa conventus mercatusq; Græciæ ac mox Romæ eundem publicè circa ſigillaria comitatus, eumq; uti virginem formoſam fuerit exoſculatus. De Aurelio Heliogabalo ſcribit Johan. Baptiſta Egnatius, *in vita ejus*, quod abſoluto turpitudinis vitio exactisq; corporis corrupti viribus, effœtus tandem à militibus trucidatus ſit, cujus interfecti corpus per urbis vias, more canini cadaveris à plebe pertractû, qui proinde militari cavillo indomitæ libidinis, catula vulgò appellatus fuit. Refert quoque Sueton. *d. loco.* quod Neronis tempore, delicta hæc Sodomitica impunita fuerint, exindeq; inter maſculos conſtituta matrimonia, dotes conſtitutas, ac deſuper inſtrumenta conſcripta. *argumento l. 31. C. de adult.* Ad quod 7 alludere videtur Juvenalis *ſatyr.* 2. ibi:

Traditur ecce viro clarus genere atq; opibus vir.

Et eodem loco.

Quadraginta dabit Grachis ſeſtertia dotem
Cornicini &c. Et ibidem:
Quæ cauſa officii? quid quæris? nubit amicis.

Addo Sodomiam illam nefandam & abominabilem, ut cum mortua muliere 8 adeoq; cadavere libido exercetur, quemadmodum † de Carolo Magno ſcribitur, quod mulierculam quandam nô tantum perditè & efflictim adamaverit, ſed cum ea jam defuncta eſſet, cognoverit mortuam, balſamo & aromatibus conditam, onuſtam gemmis, velatam purpura, &c. uti id atteſtati fuere ſacerdotes quidam Leodienſes, referente Petrarcha 1. *Epiſt. de reb. fam.* 3. tacitè identidem annuente Crantzio *de Saxon. pag.* 42. Alii ſcribunt, Imperatorem optimum arte magicâ ad tantum incantatum fuiſſe deliramentum, poſtea mirando modo hoc malo liberatum. Waremund. ab Erenberg *in medit. pro fœderib. p. 1. c. 1. pag. 242.*

Porro dixi † in ſexu eodem fœminam cum fœmina ſodomiam exercere, quod flagitium qualiter perpetretur, ſcire ſimiliter non proficit, ut dicit 9 *l. 31. C de adult.* obſcurum id haud fuit Martiali, quod arguit hic verſus in epigrammatis:

Miraris monſtrum Thebano ænigmate dignum,
Hic ubi vir non eſt, ut ſit adulterium?

Recenſetur † hiſtoria à Busbeq. Oratore Cæſareo, de moribus Turcarum in 10 epiſtolis, quod mulier decrepita & annoſa in balneis publicis amore juvenculæ nudæ apparentis, contra naturam capta, & poſtquam prece aut precio non viciſſet puellam, quantum inſania poſtulavit, ſexum ementita mutato

Digitized by Google

veſtium cultu pro viro ſe geſſit, ſeſe parentibus puellæ inſinuans, & ambiens matrimonium puellæ, cujus voti tandem compos facta eſt, peractis verò nuptiarum ritibus, & comperrâ ſexus veritate publicè anus accuſata, damnata, & in vicinum mare projecta & ſuffocata eſt.

11 Moveri alias ſolet, † an ſit peccatum, quando mulier veſtimentis viri utitur & contra, ad bonum aliquem finem dolo bono ac fraude pia? 1. ſacra ſcriptura abominatur hunc veſtitum, *Deuter.* 22. Non induetur (*ait text.*) mulier veſte virili nec vir veſte fœmineâ, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc, hinc in Gangrenſi Concilio *cap.* 13. ſtatutum eſt, ut ſi qua mulier ſuo propoſito utile judicans, ut virili veſte utatur, ad hoc ut in viri habitum mutetur, anathema ſit, 2. quod repetitur in decretis canonicis *in cap. ſi qua mulier.* 31. *diſt.* eſtq; textus apud nos *in l. veſtis. §. muliebriæ, &c. §. communia. ff. de auro & argento legat.* viros non facilè uti poſſe veſtimentis muliebribus, nec contra mulieres veſtimentis virilibus ſine reprehenſione, ubi Dd. tradunt eos, qui hæc faciunt infames eſſe, & à teſtimonio repellendos.

3. Si indifferenter hic veſtitus concederetur, ſcandalis publicis non minores ſuppeditari occaſiones cuivis eſt in proparulo, qua de re exemplum,
12 ut taceam cætera, in Johanne Octavo Papiſſa Romana: etſi † Bellarminus *in loc. de pontific. tom.* 1. referat. Conſtantinopolitana in Eccleſia tempore Johannis IIX. in ſacris conſtitutam mulierem Joannam dictam fuiſſe, quæ mentita ſexum presbyterum egerit, quod factum indignum dehinc de Romana Eccleſia ejusq; capite à calumniatoribus ſparſum ægrè querelatur: Sed hæc ſententia parum ex vero habere videtur, ſi conferatur cum his, quæ poſt plures tradit Autor novitius *in libello pro verâ Chriſtian. relig. contra Pontif. num.* 84. *& ſeqq.*

13 4. Nec refert † quicquid prædicatur de Eugenia, Marina, Euphroſine Pelagia, Diva Natalia, Hadriani Martyris uxore, ſexû mentitis, viriliq; habitu in abditiſſimas nemorum latebras ſecedentibus, vel in cœnobiis, uti traditur, ſanctiſſimè uſque ad finem vitæ degentibus, ſcilicet qui decenti & ſexui congruenti habitu æquè poterant vel debebant meritò preces & pietatem referre Deo, etſi ſexum non mentirentur, vana profectò ſine Dei oraculo ficta religio eſt, ſine verbo & præcepto inſtitutus cultus, ut non minus nec immeritò reprehendendæ hæ mulierculæ, ac qua aliquando ſexum negantes operam dederunt literis in diſciplina Platonica, qualis fuit Agnotice Lathe-
14 mia, &c. ſubinde venerei non oblitæ amoris, ut ſcribit Valer. Max. Licies † in funere veſtes muliebres induiſſe, ut à luctu & lacrymis (quas viris non ſatis decoras eſſe exiſtimabatur) citò deſinerent, & Plutarch. refert *in orat. ad Apoll.* Cois fuiſſe mores, ut quandoq; viri veſte muliebri uterentur. Porrò
15 † pœna hujus ſodomiæ, civili jure eſt ultimum ſupplicium *§. 5. inſtit. de pub. jud. l.* 31. *C de adult.* ibi: jubemus inſurgere leges, armari jura, gladio ultore, ut exqui-

exquiſitis pœnis ſubdantur rei. De lege † hujuſmodi ſcribit Bart. quod propter turpitudinem maximam in ſcholis legi non cenſuerit, teſtatur autem Albericus de Roſate *in l.31.* quod ejus ſit pulcher ſtylus, turpis maximè, ſententia juſta. *Novell.77.* graviter deteſtatur ſodomiam, † appellans eam luxuriam diabolicam, quæ ſæpè excitarit vindictam Dei, ut inde perirent civitates pariter, cum hominibus, pœnam ſceleris ſtatuens ultimum ſupplicium, *d. Novell.c.1. l.34.§.1.ff.de adult.* uti ſtuptum punit, quam tamen ſublatam poſterioribus legibus exiſtimamus, *Conſtit.crim. Car.V. art.* 117. ſodomiæ pœna ſupplicium ignis eſt, verba ejus ſunt, So ein Menſch mit einem Viehe / Mann mit Mann / Weib mit Weib / unkeuſchheit treiben / die haben das Leben verwircket / und man ſoll ſie der gemeinen Gewonheit nach / mit dem Fewer vom Leben zum Todte richten / ꝛc. 16 17

18 Contra clericos † ſodomitas concilium generale Romanum in anno 1179. conſtituit, ut excommunicentur & de clero abjiciantur. Wolff. *cent.* 14.*pag.* 719. quod quoque conſtitutionibus noviſſimis imperii mutatum eſſe nemo ambigit.

19 Pauſanias † primis pubertatis annis ſtuprum per injuriam paſſus ab Attalo, quem perductum in convivio ſolutumq; mero, Attalus non ſuæ tantum verum & convivarum libidini veluti ſcortũ vile ſubjecerat, ludibriumque omnium (ut hiſtoriam integram ex Juſtino depromam) inter coæquales reddiderat, hanc rem ægrè ferens juvenis nobilis querelam Philippo ſæpius detulit, cum variis fruſtrationibus non ſine riſu deferretur, & honoratum inſuper Ducatu adverſarium cerneret, iram in Regem Macedoniæ nõ punientem hæc nefanda flagitia, vertit, ultionemq; quam adverſario non poterat ab iniquo judice, exegit, Philippum ſine cuſtodibus aliquando cum binæ liberorum nuptiæ celebrarentur conſpectum occidit. Juſtin. *lib. 9.* Pauſanias quidem ob cædem regiam ſtrangulatus, ſed corona aurea cadaveris capiti impoſitâ, & more regio corpus defuncti dolore juſto in regem injuſtum exacerbati humatum fuit ab Olympiade vidua regia, & noviſſimè gladius quo Rex occiſus erat, Apollini conſecratus Juſtin. dicto loco: perelegans neglectæ juſtitiæ vindicta.

CAPUT XIX.

DE INDICIIS SODOMIÆ.

SUMMARIA.

1. *Ex inſpectione pueri ſuſpecti de Sodomia quale indicium oriatur?*
2. *Indicia Sodomiæ quoad virum referuntur.*
3. *Sodomia imprimis clericis uſitata.*
4. *Reſcriptum Alberti Epiſcopi Bremenſis ad Henricum IV. Imp. Rom. & ecquis inventor ſit Sodomiæ.*

5. *Johan-*

5. Iohannes Dellacaſa legatus Papalis Venetiis conſcripſit librum de Sodomia exactè exercenda.

6. Idem appellat Sodomiam divinū opus.

7. Idem ipſum Diabolum deſcripſit & humanis laudibus evexit.

8. Aliquando permiſſum Petro Ruerio Cardinali, ut in tribus anni menſibus calidioribus maſculino coitu uteretur.

9. Symmachus defendit publica clericorum crimina, quaſi eadem eſſent, toleranda poſtquam in mores abiiſſent.

10. Ariſtotelis de Sodomia judicium.

11. Lapſus Ariſtotelis deſcribitur.

12. Annus 30. plerumque fatalis eſſe ſolet.

13. Demoſtenis delictum Sodimiticum recenſetur.

14. Philoſophi ſolo ſermone ſapientes, moribus ſtultiſſimi.

15. Ioannes ab Oldencoſtel reprehendens Sodomiam clericorum, idcirco catenis ſuſpenſus, miſerè obiit.

16. Sodomiam Concilium Tridentinum an permiſerit?

17. Egregium Franciſci captivi Regis Galliæ poſtulatum à Borbonio, proſpiciens de pudicitia puerorum Galicorum conſervanda.

18. Mulieres contra naturam coire ſolent.

19. Utrum ex coitu illo abominabili proles naſcatur?

20. Quid Martialis hac de re?

21. Iuſtinianus Imperator quomodo in corruptores puerorum animadverterit?

22. Baſileæ clericus pueri ſtuprator virilibus ſuſpenſus eſt.

23. De Sodomia diabolica vide abominanda.

1 INdicia † Sodomiæ ſunt, ſi in puero ſuſpecto deprehenduntur ſigna maſculæ veneris. Quod expeditur, quando judex obſtetricibus, chyrurgis & Medicis inſpiciendum puerum committit, qui ſiquidem papulas, aut quod aliud ſignum in corpore pueri invenerint, quod non ex apoſtemate quodam pro-
2 gnatum fuerit, indicium eſto contaminati pueri. In viro † cum puero Sodomiam exercente indicia ſunt, ſi clam & ſecreto viſus ſit ingredi vel exire conclave, ubi puer cuſtodiatur, & poſthac reperta ſint ſigna maſculæ veneris in puero, vel etiamſi linteamenta unocum hujuſmodi puero inveniantur in cubiculo, ſanguine paſſim tincta. Foller. *in pr. crim. p. 2. verſ. capiat. n* 13. Bocer. *in tract. de quæſt. & tort. pag.* 277. ubi examinat haſce quæſtiones, an indicium ad torturam faciat ſola nominatio rei à puero facta, & negat: negat quoque ibidem, quod And. Gail. 1. *pp. c.* 14. *num.* 26. & alii ibidem citati ſtatuunt, ſcilicet per teſtes etiam inhabiles probari Sodomiam, item ſolum conatum puniri hujus delicti, *argum. l.* 1. §. *qui puero. ff. de extr. crimin.* quo lectorem hic remitto, videantur Cujat. *& Dd in Novellis binis juſt. de his, qui luxuriantur contra naturam*, ubi tanta commotione & ſeveritate hoc flagitium deteſtatur Imp. ut nihil ſuprà, &c. At quanto turpius execrabiliusq́; ſcelus mentibus frugi & iis videri debebat, eò uſitatius & frequētius id Sathan immundus ille
3 ſpiritus invexit † in clerum, ut meritò Innocent. *ſermon.* 2. *in die ciner.* ſic exclamans erumpat adverſus regulares. Noctu (ait) filium veneris agitant in cubili, mane filium virginis ſacrificant in altari: Nocte venerem amplexantur, mane virginem venerantur. Qua de re extat † reſcriptum Alberti Epiſcopi
4 Bremenſ. Henrico IV. tranſmiſſum: Fac omnia (inquit) quæ placent animæ tuæ,

Digitized by Google

tuæ, mi fili, hoc ſolum obſervans, ut in die mortis tuæ in rectâ via inveniaris, ſtultum eſt, ſi non in omnibus ſatisfacias deſideriis adoleſcentiæ tuæ. In floſculis *biblior. Pontific.* traditur Cainum fuiſſe Sodomiæ inventorem, qui rem habuerit cũ filio, odio habens genus humanũ ejusq; propagationem, Wolff. *tom. 2 lect. mem. pag.* 703. Porrò ut vicia quoties in mores tandem degenerarunt, turpitudinẽ ſuam exuere: ita impudentia hæc eò pedetentim migrâſſe dicitur, ut non pauci publicè de Sodomiâ exactè exercendâ conſcriberent li-
bros, in quorum numero fuit † Johannes de la Caſa Archiepiſcopus Bene- 5
ventanus, Cameræ Decanus, & in toto Venetorum Dominio, cum poteſtate legati à latere legatus, ea legatione olim fungens Venetiis, ubi librum compoſuit, & edidit de laudibus ſodomiæ. Quis hic non exhorreſcat? Sed horribi-
lius eſt, quod in illo libro affirmat, nefandiſſimum illud ſodomiæ ſcelus eſſe 6
artem & opus Divinum, juxta Molinæ *in tract. cont. abuſ. annat.* quodq; etiam propria experientia perſuadere & facere credi nititur dicens, ſe non aliâ magis venere delectari, *vid. orat. ſolenn. Tubingæ habitam à Carol. Molinæ. Anno.*
1554. Et refert Wolff. *in cent. 2 lect. memor. 7. pag.* 35. quod hic † Johannes de 7
la Caſa Diabolum ipſum in illo libro deſcripſerit & ſummis laudibus celebravetit. Robert. Licienſ. meminit fratris ſui ordinis in carcerem conjecti, quod dormiiſſet cum moniali, is verò ſeſe excuſans, ſibi injuriam fieri, dixit, quoniam nunquam tetigiſſet monialem, ſed cum maſculis, quorum uſus multo
plus delectaret, ſibi res fuiſſent, permiſſum quoque Petro Ruerio Cardinali 8
ejusque fratri venatori, in tribus anni menſibus calidioribus junio, Julio, & Auguſto maſculino coitu frui, ſcribit Jacob. Herbrand, *in ref. aſſert. Jeſuit. p.* 11.
Wolff. *cent. 15 pag.* 836. Symmachus † Epiſcopus Romanus coram Theo- 9
dorico Rege Longobardorum de graviſſimis ſcelerib. accuſatus, & per adulatores indictâ cauſa abſolutus, ne videretur talis, ſcripſit libellum de exceſſibus clericorum, quaſi cum vicia eorum in mores abjiſſent, pœnæ quoq; inde ſublatæ meritò viderentur, Johan. Wolff. *lect. memor. p. 1. pag. mihi* 157. Proſper. Aquitanicus citat dictum Apocalypſeos, ibi: qui acceperunt ſcriptionem beſtiæ in fronte, & in manu ſua, & addit: inſcriptio in fronte & in manu eſt, non tantum Diaboli facta imitari, ſed & gloriari in ejus malis operibus, ut
ſub figura Chriſtiani Antichriſti facta exercere. Ariſtoteles † ſummus ille 10
Philoſophus quid de Sodomia ſtatuerit, eandem ſalutarem & neceſſariam reipublicæ adſerens *in polit.* in propatulo eſt, uti refert Wolff. *d. loc. part. 5.*
pag. 158. quem locum fortè ſcripſit, quando amore flagraret, & ex † frequenti 11
coitu viſum tandem amitteret, unde accuſatus à Demophilo, turpiter fugit & Athenas, ubi triginta annos docuerat, reliquit, teſtâtur Petr. Boieſt. & Claud. de Teſſer. *in hiſt. prodig.* Incidit hic nobis, quod viri hiſtoriarum obſervantio-
res commemorare ſoleant † annum 30. plerumque fatalem eſſe, cujusq; re- 12
rum ſtatus ſive mutatio in peius ſive melius cadat, præ ſe ferentem, uti recitat

Digitized by Google

Wolff. *rer. memor. p. 1. pag.* 158. ibi: Anno 30. Chriſtus cœpit concionari & ſynagogas Judæorum reformare: iterum anno 30. ſupra 500. Juſtinianus leges confuſas & inordinatas reſtauravit & lege latâ paganos & hæreticos extirpavit, deinceps anno 30. ſupra mille Lutherus per Auguſtanam Confeſſionem Eccleſiam Chriſti traditionibus miſerè defœdatam repurgavit.

13 Ad rem: de Demoſthene † refertur, Cneſionem adoleſcentem quendam ad ſe in domum recepiſſe, & quamvis haberet mulierem ægrè hoc ferentem, tamen cum eo rem habuiſſe, ut Anaxipp. comicus non abs re dixiſſe
14 videatur: Philoſophos † ſolo ſermone eſſe ſapientes, in cæteris rebus ſtultiſſimos, Johan. Wolff. *part. 1. pag.* 141. Quod ipſum de clericis prædicat Hieron. ſuper illis verbis Matthæi: ſal infatuatum, id eſt, ſtultus prælatus inſipidus in prædicando & fatuus in delinquendo ad nihilum prodeſt, niſi ut mittatur foras, id eſt, deponatur & conculcetur à porcis, id eſt Dæmoniacis, qui dominantur malo prælato tanquam pecori ſuo, adeò ut nemo dicere queat:
15 domini cur ſic facitis? cum enim Johan. ab Oldenſta † eques auratus militiæ armatæ ſcripſiſſet contra clericorum Sodomiam, catenis ſuſpenſus & vitam in igne finire coactus fuit, Johan. Wolff. *cent. 15. lect. memor. pag.* 796.
16 Cæterùm cum in proximo † Concilio Tridentino produceretur catalogus viciorum clericatui paſſim inhærentium, nec dehinc tolerandorum, inter cætera relatum fuit de Sodomia abroganda, unde cum canon exire deberet, piis quibuſdam ita votantibus, ne presbyteri pro more alerent in poſterum pueros venuſtiores, non tamen obtinuit, ſed decretum eſt, permittendum eſſe presbyteris retinere pueros at numero pauciores. Luther. *in tract.* Von der Abſolution binde- vnd löſe Schlüſſel / *Tom. Jenenſ.* 7. Philip. Melanth. *in princ. libell. de pœnit.* adeò ut in Italia Sodomia ſaltem dicatur peccatillo.

Quam Romæ puero non licet eſſe mihi?

17 Magis pius & conſcientioſior † Franciſc. Rex Galliæ ante Paviam captus in acie, primum hoc & præcipuum efflagitavit à Borbonio, ne pueros Gallicos, qui ſecum capti eſſent, Italicus miles attrectaret, ſi quos cepiſſet, Hiſpano redderet permutatis captivis, atque id petiit pudicitiæ eorum conſulens, Borbonius Lanoiusq; libentiſſimè hoc conceſſêre, etenim totis mox caſtris per tibicines edicto propoſito, pluſquam ſexcenti adoleſcentes, liberali egregiaq; forma Hiſpanis redditi, quorum pudicitiam deploratam, ſi apud Italos manſiſſent, omnes faſſi ſunt, Arnold. Ferro. *de reb. geſt.* Franciſc. 1 *p.* 198.

18 Porrò quibus indiciis † mulieres contra naturam luxuriantes convincantur, haud facilè exponi poſſe videtur, ſiquidem deteſtabile hoc & fœdiſſimum flagitium occultis adhibitis inſtrumentis perpetrari ſoleat, eâ de re adeò turpi plura proferre pudor non admittit, Lucian. *in lib. cujus tit. eſt ἐρῶτες*, refert, Sappho poëtricem habuiſſe ancillas, quibus ad deteſtandam li-
19 bidinem abuſus fuerit, ſubagitando eaſdem, & in † Epiſcopatu Lincolnienſi inaudiat

Digitized by Google

inauditâ novitate accidiſſe, ut mulier ex muliere conciperet tres ſeorſim infantes, refert Wolff. *tom.*1.*cent.* 14.*rer.memor.pag.* 713. fides ſit penes authorem: unde Martial.1.*Epig.*85.ibi:

Inter † ſe geminos audes committere cunnos, 20
Mentiturq́; virum prodigioſa Venus.

Juſtinianus † Imperator maximè deteſtans clericorum modo citata crimina 21
quinquaginta quinq; Epiſcopos maſculorum corruptores ultimo ſupplicio
afficiendos eſſe ſtatuit, quorum aliis virgam virilem amputari, aliis calamos
acutos in meatus genitalium inſeri, eosque in forum quaſi in triumpho produci fecit, quid hodie? refert idem Johan. Wolff. *lect. memor. tom.* 1.*pag.*158.
idem refert *cent.*13 *pag.*582.*d. tom.*1. quod circa † nativitatem Domini cleri 22
co cuidam in urbe Baſilienſi virilia propter ſcortationes detruncata & ſuſpenſa fuerint in medio civitatis.

Execrabilius † & longè fœdius Sodomiâ flagitium eſt, omitto, quod 23
execranda cupiditate fœminæ committunt cùm impuro Sathana, qua de re infrà, *de indic. Magiæ paſſim.* addo huc ſolummodò locum Boëtii *lib.* 13. *de Scotis*, ibi: In Marrea regione puella nobiliſſima & formoſiſſima, complurium averſata cōnubium, in infandam cum Dæmone incidit conſuetudinem. Quæ cum uterum ferret, parentum rigore coacta edere ſtupratorem: adoleſcentem mira pulchritudine frequentius ſecum nocte, interdiu nonnunquam conveniſſe, unde veniſſet, quove inde abiiſſet, neſcire ſe reſpondit.

Parentes, etſi filiæ parum crederent, accuratius rem advertentes, Conſilio, quis eſſet, qui puellæ expugnaſſet pudicitiam, explorandi cognito tertio poſt die, indice ancilla ſtrupatorem adeſſe, reſeratis foribus, accenſoq; tædarum ingenti numero cubiculum ingreſſi, horrendum monſtrum, figura ſupra humanam fidem terribili, in filiæ amplexibus ſunt conſpicati.

Concurrere ocius complures ad fœdum acciti ſpectaculum. Inter eos ſacerdos probatæ vitæ, nec ſacræ diſciplinæ ignarus, cæteris autem trepidè abeuntibus, aut pavore illiſis terræ, cū Joannis Evangelii initiū recitare orſus, ad eum locum, verbum caro factum eſt. perduxiſſet, malus Dæmon, horrendo ſublato clamore, cubiculi tectum ſecum aſportans, omni ſupellectile incenſa abit. Fœmina periculo ſervata, poſt triduum enixa eſt monſtrum undiquaq; fœdū aſpectu, quale nuſquam antea (ut ferūt) inter homines viſum; quod obſtetrices, ne in familiæ dedecus ſervaretur, extructa ingenti pyra, exuſſerunt. Parem & penè immaniorem recenſet hiſtoriam Caſſiodor. Renius *in acromat.* quem citat Wolff. *tom. lect. mem. pag.* 867. ibi: Magdalena Crucia, ſive de la Cruz, Hiſpana Cordubæ primaria Bœticæ urbe, in prima pueritia à parentibus obſcuris (incertum, pietatis an paupertatis cauſa) in cœnobium D. Claræ detruſa (quod illa pòſt ex collata ſtipe de fundamento novum extruxit) Dæmonis cujuſdam ſub Æthiopis ſpecie ſeſe offerētis, miris blanditiis, qui-

Digitized by Google

bus ea ætas potiſſimum capitur, in ſecata, familiariter illo uti cœpit: ſevera tamen interminatione interpoſita, ne quis mortalium hoc reſciſceret. Illa interim cum dæmonem in colloquium ſingulis penè diebus admitteret, ſupra ætatem ſapere, & indolis cauſa omnibus admirationi cœpit eſſe, incredibili ſanctitatis opinione, quam motam elegantia vitæq; auſteritas effingebant.

Vix dum duodecimum ætatis annum attigerat, cum malus ille genius Magdalenæ in ſolidum poſſidendæ anſam captans, phaleratis verbis conjugii mentionem injicit, facileq; adeo ex ejus, quam jam deguſtaverat, ſanctimoniæ ſucceſſu, ſimplici & ambitioſæ puellæ perſuaſit. Dantur manus, fiunt ſponſalia, concumbitur deniq;. Dotis loco Magdalena ſui corporis uſumfructum, colloquendo, converſando, concumbendo pollicetur, Æthiops viciſſim cõtrà dotem ſplendidiſſimam offert, effecturum ſe, uti Magdalena per 30. amplius annos ea ſanctimoniæ autoritate per univerſam Hiſpaniam frueretur, qua omnes, qui eo laudis genere unquam fuere celebres, vel æquaret, vel etiam ſuperaret.

Neque enim mendax ille ſpiritus hac in parte falſus videri voluit, ut univerſæ ſcilicet Hiſpaniæ per hanc ſuam ſponſam imponeret. Quandocunq; furtivis voluptatibus fruerentur, ſponſi famulus (nam majeſtatis cauſa famulum quoque veterator ille Æthiops ſibi adjunxerat) tanquam foſſa quædam ſuppoſititius foris in templo & cœnobio, Magdalenæ larva aſſumtâ, illius vultum, geſtus, inceſſum, cantando, orando, comedendo exactè imitabitur. Si quando verò receſſus illius voluptarii pertæſa hera in publicum prodiret, nequid interea temporis ocioſè periret, per orbem terrarum vagando, quæcunq; digna memoratu acciderent, Magdalenæ renunciabat. Sic de Francisci 1. Gallorum Regis captivitate, ſic de Romanæ urbis direptione certior facta divinitus hæc ſibi ab angelo revelata, dictitans, in principum virorum dignationem ſummam pervenir, & Abbatiſſæ dignitatem, ultrò cedentibus tantæ ſanctimoniæ reliquis monialibus, maxima totius ordinis Seraphici cũ lætitia, qui ad ſe quoque (tanquam ad Præceptores & inſtitutores) partem gloriæ hujus pertinere, putabant. Miraculis interea clarebat plurimis ſed inanibus atque indiciis in ſolenni pompa feſtorum dierum, ad tres, & amplius cubitos in ſublime efferebatur, ſæpe etiam imaginem Jeſu recens nati manibus geſtans imbre lachrymarum profuſo, comam ad tales uſque repente enatam producebat, quæ ſenſim evaneſceret. Quotieſcunq; monachæ ſtatis diebus communione ſacra uterentur, ſacrificulo ex dinumeratis prius diligenter myſtici panis orbiculis unus ſemper deerat, quem Magdalena (miniſterio Angelorum acceptum) ſe in ore habere, palam oſtendebat. Hinc tanta ſanctitatis fama ei accrevit, ut Pontifices, Imperatores, Reges per literas ejus ſeſe precibus commendarent, atque adeò Caroli V. uxor Philippum filium iis faſciis, quas Magdalena ſuis precibus conſecraſſet, primum excipi curavit,

ravit,& involvi. Exactis annis ad minus 30. in hoc Diabolico conjugio tandem ſub annum Sal. 1546.Dei Opt. Max. benignitate, nullo ſuo merito ad ſeipſam Magdalena redire, & Dæmonem deteſtari cœpit. Ægetrime autem ferente Æthiope hanc apoſtaſiam, & multis modis illam vexante, viſitatoribus ordinis, quos vocant,præter omnẽ exſpectationem ſcelus ingenue aperit, peccatum fatetur, auxilium implorat, carceri includitur. Neque tamen Dæmon loco excedere, ſed matutinis precibus cum ſummo monacharum ſtupore & terrore, ſub larva Magdalenæ intereſſe, ſæpè etiam alia obire munia. Monachæ larvatam Abbatiſſam (quam per 12. annos pertulerant) abhorrentes, multis vix tandem precibus impetraverunt, ut cognita ex integro cauſa Magdalena cœnobio excluderetur, ut ſic demum præſtigiæ ceſſarent Imp. Max. II. Papa Pio V.

CAPUT XX.

DE HOMICIDIO VOLUNTARIO ET Neceſſario.

SUMMARIA.

1. *Homicidium quid?*

2. *Homicidium quotuplex ſit?*

3. *Homicidium voluntarium duplex eſt.*

4. *Significatio telilata eſt.*

5. *Violentum homicidium duplex.*

6. *Occiſurus hominem quomodo legis Corneliæ pœnâ teneatur?*

7. *Conatus delinquendi an puniatur?*

8. *In atrocioribus delictis conatus & eventus delinquendi pariſicantur.*

9. *Si Vaſallus dominum cucurbitare attentaverit, coërcetur privatione feudi.*

10. *Qui uxorem alterius ſollicitat, de adulterio extra ordinem punitur.*

11. *Quæſtio de eo, qui ab initio occidendi animum non habuit, at hominem vulneraret, poſtea autem & eodem momento occidit hominem, an occiſor & de vulnere non lethali & de homicidio unà teneatur?*

12. *Vulneratus ex intervallo decedens, an propter vulnus deceſſiſſe videatur.*

13. *Lethale vulnus quodnam dicatur?*

14. *Si partes diſſentiant, uter medicus adhibeatur ad vulneris inſpectionem, judex eligat decreto Medicum, qui peritior & excellentior ſibi videtur.*

15. *Si plures in loco delicti commiſſi ſunt Medici, judex ſingulos adhibere debet ad inſpectionem vulnerum.*

16. *An cuilibet in ſua arte credendum?*

17. *Appellatione medicorum continentur periti chyrurgi.*

18. *Medici peregrini vagabundi ferro & igni prepulſandi ſunt.*

19. *Medicus mediante juramento deponit de qualitate vulneris.*

20. *Reus contra Medicos excipere poteſt.*

21. *Quid ſi vulneratus recuſat inſpectionem, vel curam Medicorum impatiens dolorum.*

22. *Cum ex medicorum depoſitionibus, facti controverſi veritas elici non poteſt, reus extra ordinem punitur.*

23. *Vulneratus, qui contra præſcripta medicorum vivens decedit, non ex vulnere deceſſiſſe videbitur, quam cauſam reus in defenſionalibus probè allegabit.*

24. *Nemo lethaliter vulneratus ultra dies 40. vivit.*

25. *Homicidii pœna indiſtinctè eſt ultimũ ſuppli-*

ſupplicium exploſa Hyppolyti de Marſiliis ſententia.

26. *Reſponſio Caroli V. refertur de torquendis & puniendis nobilibus.*

27. *Conſuetudo prava taxatur Polonorū, quâ licuit nobilioribus impunè occidere ignobiles.*

28. *Conſuetudo Poloniæ, quâ licuit nobilioribus occidere plebejos homines, adhuc in Polonia viget, non obſtante contradictione Trentleri.*

29. *Latrones publici & pyratæ famoſi rotis tundantur.*

30. *An mos Germaniæ, quo fures ſuſpenduntur, latrones rotis imponuntur, ſit laudabilis?*

31. *Cadavera hominum frugi non diu extra terram retinenda.*

32. *Cadavera hoſtium etiam ſepeliri debent.*

33. *Hercules inventor ſepulturæ humanæ, ſecundum tradita gentium.*

34. *Iulius Cæſar caput Pompeji honeſtè ſepeliri juſſit.*

ATque tantum de adulterio & ſtupro, ad tertiam publicorum indiciorum
1 claſſem pertinet homicidium, † quod eſt hominis inſidioſa, neceſ-
2 ſaria, vel caſualis interemptio. Unde † triplex dici poteſt homicidium,
1. voluntarium, 2. neceſſarium 3. caſuale. Nonnulli caſuale neceſſarium aliquod eſſe dictitant, quod Clarus ſimplex homicidium appellat *lib. 5. ſentent.*
3 voluntarium † ſubdiſtinguitur in violentum & non violentum: de homici-
4 dio violento ut ſicum telo, quod omne id ſignificat, † quod manu cujuſque jacitur, ut eſt lignum, lapis, ferrum. §. 6. *inſtit. h. t. homo occiditur. l. ait lex Cornelia. & tot. tit. ff. ad l. Cornel. de Sicariis*, quemadmodum & de cæteris homicidii ſpeciebus, ut de latrocinio non violento, cùm hominis necandi cauſa venena præparantur, venduntur, doloſè eadem adhibentur, unde homo liber perierit, *l. 1. 2. ff. eodem.* vel ſi caſu aut neceſſitate homicidium committitur, eadem lex Cornelia peculiariter & diſtinctè agit promulgata. *l. 7. 9. ff. eodem.*

5 Violentum † homicidium diſpeſcitur in manifeſtum & non manifeſtum illud utrum occidendi proaireſi, an præter agentis intentionem fiat, parum, vel nihil intereſt, verbi cauſa, ut cum non animo occidendi enſe vel alio inſtrumento ad occidendum expedito, aliquis percuſſus fuerit, isq; inde ſtatim pereat. *argumento l. 1. §. 3.* ibi: nam ſi gladium ſtrinxerit, &c. Bart. *in l. finali. ff. h. t.* Ægydius Boſſ. *in tract. crim. de homicidio. num. 36* Canoniſt. *in c. 1. extra de præſumpt.* Covarruv. *in clementin. ſi furioſus. part. 2. num. 3.* ex quibus vice verſâ infertur, ut ſi interfecturus hominem ſaltem eum vulneraverit, qui ex intervallo moriatur, teneatur quoque percuſſor l. Corneliæ ordinaria pœnâ, ſive lethaliter vulneratus ſit homo ſive non. *d. l* § 3. ibi: cum hominem non occidit ſed vulneravit, *ff. h. t.* ſiquidem cum telo † ambulans hominis occidendi cauſa, legis Corneliæ reus conſtituitur. *d. l. 1. in princ. ff. eodem.* quanto magis ille, qui non modo perverſum occidendi animum habuit, ſed & propoſitum ad initium & motum planè ordinatum ad ipſum delictum traduxit, tenebitur. Clar. *q. 92. §. finali.* Adrian. Gylman. *in ſymphor. tom. 2. in præjud. Cameral.*

Digitized by Google

Cameral. pag. 248. Meminiſſe oportet, hoc in loco generali conſuetudine
conatus † delinquendi hodie non puniri ordinariâ legis Corneliæ pœna juxta 7
d. l. 1. niſi, ut dixi, animum delinquendi actus ad crimen proximè ordinatus
ſubſecutus fuerit, *ord. crim. Carol. V. artic.* 119. Clarus *d. loc.* Baro Schenck
de Feud. lib. 1. *tit.* 5. *&* 2 *de feud. tit.* 24. Petr. de Ravenate 2. *feud. tit.* 53. Menoch
de arb. jud. quæſt. ſecunda, cent. 4. *& conſ.* 360. Porrò ſi quæſtio fuerit, ***ubi vel***
de criminibus † atrocioribus, certè conatus æquè ac eventus delinquendi 8
coërcetur: uti in crimine læſæ majeſtatis, *l.* 14. *ff. ad l. Jul. Majeſt.* Anonym. ***in***
not. ad Cunradi Hartz *tract. de inquiſit. reor. concl.* 4. *n.* 3. raptus, *l. ſi quis. C. de*
Epiſc. & Cler. ſodomiæ, *Novell. de his, qui luxur. contra natur.* ubi Cujat. *in ex-*
poſit. l. 31. *C. de adult. d. conſtit. Car. V. art.* 119. Damhoud. *in prax. crim. cap.* 83.
Decian. 9. *prax. crim. c.* 30. *num.* 45. Gilhauſ. *in arb. crim. part.* 1. *c.* 6. *§.* 17. Til-
man. de Benig. *dec. Cam.* 4. *deciſ.* 3. *vol.* 5. Ex jure † feudali in cucurbitatione: 9
qui vaſallus enim cum uxore domini venerem illicitam exercere ſaltem at-
tentavit, beneficium perdit, *tit.* 5. 1. *feud. ubi F. F.* de quo caſu & totâ illâ mate-
riâ refertiſſimè agit Autor *libelli, qui inſcribitur cucurbitarius, ſive repetitio*
d. t. 5. *brevi in lucem emergendus.* uti jure communi eſt conſtitutum, ut qui † 10
ulterius uxorem ſaltem ſollicitavit, etſi effectu ſceleris potitus non eſt, extra
ordinem puniatur *l.* 1. *ff. de extraord. crim.*

Cæterùm de eo † qui ab initio quidem nec animum occidendi habuit, 11
nec telo ad occidendum comparato utens, prius vulneravit, quam occidit ho-
minem, quærit Bart. *in l.* 2. *ff. de privat. delict. & conſil.* 10. *vol.* 2. An ille & de
vulnere non lethali & homicidio teneatur ſeparatim? diſtinguit: aut vulne-
ravit homicida eodem impetu, quo occidit hominem, & ex eadem cauſa aut
non eodem momento, ſed ex intervallo, & ex cauſa nova superveniente,
quod illo caſu de homicidio teneatur tantùm, hoc de vulnere dato & homi-
cidio ſeparatim.

Quæri & hoc ſolet in præſentiarum: an † vulneratus ſi ex intervallo 12
moriatur, ex vulnere mortuus cenſendus ſit nec ne? Gloſſa *in verbo, de pulſa.*
l. 1. *C. de emendat. ſerv.* quam ſequitur Bart. *in l. fin. ff. ad Cornel. de Sicar. num.* 12.
tradit vulneratum non præſumi ex vulnere mortuum, ſiquidem poſt triduum
ſurrexerit, & ſuper baculum ambulaverit. Alii diſtinguunt, quos ſequimur,
inter vulnus lethale & non lethale, ita ut ſi lethale fuerit & vulneratus quo-
cunq; temporis intervallo decedat, & vulnere mortuus cenſeatur.

Lethale vulnus appellat Boër. *q.* 323 quod & magnum & profundum, 13
vel ubi continuis doloribus vulneratus cruciatur, ut quia percuſſus eſt in
nervis, unde facilè provenit ſpaſmus & mors ipſa, ut loquitur Bald. *conſil.* 328.
l. 2. Menoch. *de arbitr. jud. q.* 275. *lib.* 2. *cent.* 3. Nos amplectimur eorùm ſenten-
tiam, qui utrum vulnus lethale ſit nec ne? ex medicorum relatione jurata pe-
tendum eſſe affirmant, *c. ſignificaſti. de homicidio l.* 6. *C. de re milit. Spec. de ho-*
micid.

Digitized by Google

14 *micid. §.1.num.*4. Quo in caſu judex † eligere & conſtituere medicum tene-
tur ad vulneris inſpectionem, ſiquidem partes diſſentiunt, uter aut qualis
medicus adhibendus ſit: *argument. l.3.C.fin.regundor. l.finali.ff. de reb. auctor.*
15 *poſſ.d.l.6.§.1.de ſecund. nupt.* † pluribus in loco commiſſi criminis medicis
exiſtentibus prudentius agit magiſtratus, ſi ſingulorum operâ & fide utatur,
d.c.ſignificaſti.de homicid.l.22.§.ſed etſi. C. de adminiſt. tut. vel curat. Bart. *in l.
final. ff.h.t.* atque hujuſmodi medicis, cum deponunt, vulnus lethale eſſe nec
ne? omninò fides adhibetur. *d.l.6. C. de re milit.* per certiſſimam juris regulã,
16 quod † cuilibet in arte ſua ſit credendum. *l. 1.§.1.ff.de vent. inſpic. l. 15. C. de ad-*
17 *voc. diverſor. judicior.* Appellatione autem † medicorum hîc etiam accipi-
untur periti & artificioſi chyrurgi. *l. 1.§.1.ff.de extr. cognit.* Bart. *in l. 1. §. ne au-
tem. C. de com. ſerv. manumiſſ.* Jaſon *in l. 2. ff. quod quis jur.* Quorum judicio
18 æquè, atque medicorum ſtari debet. Bart. *in l.1.ff.de vent.inſpic. Medici* † pere-
grini impoſtores circumforanei, quos ferro & igni exterminari jubet *conſtit.
crim. Car. V. artic.* 134. item imperiti, *l.7.§.finali. ff. ad l. Aquil.* avari malitioſi,
l.3.ff. de extraordin. cognit. huc non pertinent. Et quia vulgariter teſti injurato
19 fides non habetur. *l.9.C.de teſtib.* ita & † medico hac in parte non creditur,
priuſquam juramentum credulitatis præſtiterit coram magiſtratu, *conſtit.
crim. Car. V. artic.* 149. Mynſing. *cent.3. obſervat.*34. Bald. *in l.* 20. *C. de fide in-*
20 *ſtrument.* Contra † medicos imperitiores, neque ex omni aſſe comprobatos,
ſuſpectos, quin excipere, eoſve recuſare poſſit vulnerans, nulla dubitatio eſt,
intantum, ut ſi judex contra medicorum peritiorum conſulta ſententiam
dixerit, eam revocare tenentur, præſertim cum peritiores exactius reddide-
rint quicquam de vulnere, nõnunquam arbitrio & cẽſura collegii totius me-
dicorum cauſa definitur, & retractatur indoctiorum ſententia, non ſecus, ac
ſi ſententia ſuper falſo inſtrumento lata retractari ſolet. *argum. l. 3. C. ſi ex
falſ. inſtrum. l. final. ff de rejudicata.* Imò ſententia lata ſecundum conſilium
ſapientis nunquam tranſit in rem judicatam, ſcilicet quæ revocari poteſt,
propter conſilium prudentioris. Felinus *in c. propoſuiſti. de probat.*
21 Sed quid ſi † vulneratus recuſet admittere inſpectionem vulneris vel
manibus medicorum ſe committere nolit? Diſtinguunt hic, ut ſupra mentio
facta eſt, ſcilicet utrum poſt maturum tempus, an ex intervallo deceſſerit
vulneratus. ita ut primo caſu vulnerator ordinaria legis Corneliæ pœnâ tenea-
tur. Siquidem ex vulnere illato mortuus cenſeatur homo in poſteriori caſu,
22 de † vulnere illato, atque ſic extra ordinem ſaltem teneatur, vid. Gail. 2. *obſ.*
23 111. *num.* 20. quapropter *conſtit. Car. V.* vulneratum † ejuſmodi & vitâ defun-
ctum ante ſepulturam inſpiciendum eſſe diſponit, *artic.* 149. ibi: Vnd damit
dann in obgemelten Fällen/ gebührliche Ermeſſigung vnd Erkandnuß ſolcher
vnterſchiedlichen Verjrrung halber / nach der Begräbnuß deß Endleibten
deſto minder mangel ſeyn/ ꝛc. adeò ut medici cogi poſſint ad inſpectionem &
relatio-

relationem de vulnere, qua de re alibi olim medicorum officia erāt frequentiora, ut cadavera mortuorum viſitarent paſſim eaq; curarent, ne citius putreſcerent vel corrumperentur, Joan. de Pined. *in Job. cap.* 21. *verſ.* 32. qui & Chyrurgiæ operam dabant, uti de Artagatho medico ſcribit Briſſ. 2. *antiq. c.* 4. quod ob nimiam urendi & ſecandi ſævitiam tandem in carnificem denegerārit.

Præterea ſi dubitetur, neque ex medicorum ſententia diſcrepanti rei veritas exprimi queat, fuerit ne defunctus mortaliter vulneratus nec ne? judex clementiam exercens ex vulnere mortuum hominem eſſe non facilè judicabit, Menoch. *de arbit. jud. q.* 275. *lib.* 2. *cent.* 3. cùm ſatius ſit in dubio nocentem abſolvere, quam innocentem condemnaret, *l. abſentem, Cod. de pœnis* Dec. *conſil.* 415. *&* 678. præſertim ſi febris aliqua acuta aut ſymptoma periculoſum dolores cumulaverit, exindeq; paulò poſt deceſſerit vulneratus, vel ſi non obtemperaverit medicis, quorum eſt edocere ægrotum quæ contraria ſint, vel conducibilia ſanitati, *c. ad aures. d. c. finali. de homicid.* vel cibis aliisque rebus interdictis uſus ſit, Gomez. *variar. reſoluti.* 3. *c.* 3. Felin. *in c. preſbyterum.* de homicidio. quò alludit tandem conſtitutio criminalis C. V. *artic.* 147. ibi: Wie ſich der Verſtorbene nach den Schlägen verhalten habe/ꝛc. Item/wie lange der Verſtorbene nach den Streichen gelebt. Aliâs effatum Medicorum eſt, quod † nemo lethaliter vulneratus poſſit perdiu durare, & vivere ultra quadraginta dies. Angelus *in l. tamen. C. de emendat ſervor.* Gail. 2. *obſ.* 11. *n.* 23. Nonnunquam dies criticos obſervare ſolent chyrurgi. Levin. Lemn. *de occultis naturæ miraculis.* 2. *c.* 32. Fuchſ. *in inſtit. med. lib.* 4. *ſect.* 3. *c.* 10. 24

Pœna † homicidii violenti manifeſti (ut ad rem me reflectam) ultimum ſupplicium eſt, *ex l. Cornelia. tot. tit. ff. eodem.* §. 6. *inſt. de publ. jud.* Clarus *in* §. *homicid.* 5. *ſentent.* Menoch. *de arbit. jud. caſ.* 361. *etſi lex tertia.* §. *finalis & l.* 16. *ff. eodem.* diſtinguunt inter homicidam amplioris conditionis, & plebeiæ ſortis, ita ut ille deportādus ſit, aut aliam pœnam non mortem naturalē ſuſtineat, hic capite puniendus & ultimo ſupplicio afficiendus ſit: quemadmodum in aliis juris articulis comprobarum extat, quod in pœnarum irrogatione mitius agatur cum nobilioribus quam plebeiis perſonis, Eberhard. *in topica, in loco, de militia ſeculari ad Eccleſiā,* Hyppol. de Marſil. *in l.* 1. *ff. h. t.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rubric.* 1. *verſ. videndum,* Matth. de Afflict. *in conſtit. Neapol. lib.* 2. *tit. de homicid.* Didac. *Canter. q. crim. c.* 7. *nu.* 22. qui aliter diſtinguūt, aut, inquiunt, homicida eſt humilis perſona, & indiſtinctè punitur pœna mortis, *d. l.* 3. §. *finali. ff. h. t.* §. 6. *inſt. h. t.* aut eſt nobilis & cōſtitutus in dignitate, qui vel occidit hominem infimæ ſortis, & locus eſt diſpoſitioni, *d. l.* 3. *d. l.* 16. *ff. eod.* aut virum illuſtrem, & pœna ordinaria tenebitur legis Corneliæ: hæc Hyppol. de Marſil. & Dd. citati. 25

Quæ utcunq; ſunt, non attentā neq; *d. l.* 3. aut illorum authoritate, exiſtima-

Digitized by Google

iſtimamus juri illi priſtino ſic conſtituto, moribus & conſuetudine generali
rectè derogatum, ut dicendum hodie ſit non conſideratâ perſonarum digni-
tate, indiſtinctè homicidii pœnam ultimum ſupplicium eſſe, atq; hac in parte
juris ſacri auctoritatem reſpiciendam, *Geneſ. 9.* ibi: Qui effundit ſanguinem,
ejus ſanguis effundetur, *Apocal.* 13. Si quis in captivitatem duxerit, in capti-
vitatem abibit, ſi quis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi: unde ta-
lionis pœna ex eodem jure, quæ Græcis ἀντιπεπονθὸς dicitur, deſcendit, *Exod.*
25. *Levit.* 29. *Deut.* 19. deinde nec ordinatio criminalis C. V. *artic.* 1127. di-
ſtinctionem illam *d. l. 3. l.* 15. meminit, ſed indifferenter homicidam, qui com-
miſſi criminis excuſationem relevantem allegare jure non poteſt, ultimo
26 ſupplicio afficiendum ſancit. Recenſetur † alias de Carol. V. laudato ju-
ſtitiæ adminiſtratore & vindice, ſicuti hac de re conſilium manuſcriptum vi-
dimus: quod cum aliquando rogaretur, quomodo procedendum cum nobi-
li homine homicida, qui privilegium allegabat nobilitatis, ne torqueretur,
multò minus ordinaria afficeretur pœna? reſpondit, non ſecus cum nobili
27 atque alio nebulone procedendum eſſe. Meritò itaq; † damnatur conſue-
tudo Bohemiæ, Poloniæ, quæ & in Dania aliquando floruit, cujus vigore no-
bilibus hominem plebeium interficientibus certa pecunia cadaveri impoſita
redimere ſe à reatu licuit, veluti poſt quam plurimos ſelectiſſimos Dd. fusè &
eleganter comprobat D. Wilhelm. Antonii *in coroll. tr. ſuo de reſcript. morat.*
28 *ſubj. ſect. 7. corol.* 2. Et quanquam † in Poloniâ Stephanum I. Regem Polo-
niæ conſuetudinem eam damnabilem abrogaſſe teſtetur Hieron. Treutler.
part. 1. diſp. 1. non tamen reverâ ita eſt, ſcilicet quæ ad præſentem uſque diem
perveniâ eâ licentiâ in ſuo vigore adhuc durat. Cæterum an homicidiũ pœna
pecuniaria poſſit ſaltem puniri, & deſuper ſtatuta fieri, quærit, at negat Co-
varr. 2. *variar. reſolut. c.* 9. Abbas *in c. fin. de conſt.* Planè homicidii hujus pœ-
29 nam auget & exaſperat delicti atrocitas. Equidem enim † gravius puniuntur
latrones & graſſatores famoſi, pyratæ ſcelerati, qui necandi hominis cauſa,
terrâ marique graſſantur, *l. 28. § 15. ff. de pœnis. l. 30. C. de feriis.* unde Poëta:

Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

ex conſtit. Carol. V. crimin. de art. 173. pœna latronum hujuſmodi eſt, ut rotis
rundi & affici debeant, ibi: Aber nach gewonheit etlicher gegendt werden die
fürſetzliche Mörder vnd Todſchläger einander gleich mit dem Todte gerichtet/
darbey ſoll vnterſcheidt gehalten werden / vnnd alſo/daß ein ſolcher fürſetzlicher
muthwilliger Mörder mit dem Rade / vnnd einander der einen todſchlag auß
Jäghe it vnd Zorn gethan / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte geſtraf-
fet werden ſoll.

30 Moribus Germaniæ † hodiernis, rotæ, quibus latro occiditur ad palum
affixæ, eriguntur, & cadaver, quod ſupplicium ſuſtinuit, iis imponitur, de qua
conſuetudine quæri ſolet, an tolerabilis ſit, & ad exemplum trahenda? con-
trover-

Digitized by Google

roverſiam facere videtur Ulpianus *in l.38.ff.de relig. & ſumpt. funer.* cum ait: ublicè intereſt, non minus mortuos ſepeliri, quàm vivos conſervari, & legis uliæ reatu teneri eos JCtus teſtatur *in l.5. in princ. ff. ad l. Jul. de vi publ* qui ecerint, quo minus quis ſepeliatur, quo magis funus diripiatur & diſtrahaır. & Imp. *in l.3. C. ſi reus vel accuſ. mort. ſit.* ſic reſcribit: Si is, quem homiidii ſeu cujuſvis criminis poſtulaſti reum, vita functus eſt, fruſtra ob pœnam eſertæ accuſationis conveneritis, cum morte ejus crimen cum pœna ſit exnctum. Ferd. Vaſq. *3. illuſt. quæſt. c. 96.*

Reſpondetur, diſtinguendum eſſe inter cadavera famoſorum & non faoſorum hominum, ita ut non tam religioſum quam ſalutare reipublicæ ſit, idavera defunctorum in genere non manere inſepulta, cum ex fœtore eoım aër inficiatur, peſtis aut alia inconvenientia commodo & ſaluti reipulicæ noxia, inde naſcantur, *l.1.§.2 ff. de cloacis.* ex diverſo autem famoſorum orpora ad terrorem, publico ſpectaculo exponi, vigor publicæ diſciplinæ quirit. *l.16. §. 10. l. 28. §. 15. ff. de pœn. l. 10. C. de for.* multis graſſantibus enim emplis & ſignis eſt opus. *l.16.* Porrò ad *l.3. C. ſi reus, &c.* Reſp. Reum non iiſſe dignum ignominioſo hoc ſupplicio, quo cadaver de furca ſuſpendi vel otis imponi debeat, licèt uſus furcarum & crucium tunc temporis quoque on fuerit incognitus. Præterea ut pium † & æquum eſt, juxtà tam malorum 31 iam frugi hominum corpora, quam primum anima inde emigraverit, ſepei, ſacra æquè ac prophana hiſtoriarum teſtimonia paſſim evincunt. Inimis commendatur in ſacris Tobias ſenior, quod cadavera defunctorum pulturæ tradi ſedulò curarit, *Tobiæ 1. 2. Reg. 2.* ibi: vos benedicti in domino. i feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saulo ſepeliſtis eum. & *ib. c. 4.* legitur: Mortuos, ubi inveneris ſignans cõmenda ſepulchro, & dabo i primam ſeſſionem in reſurrectione mea. Maccabæus hoſtium † defun- 32 orum corpora ſepeliri juſſit. *2. Maccab. 10.* De cadaveribus hoſtium ſependis, nec inhumatis relinquendis, apud Hebræos vetuſtiſſima lege cautũ it, cujus mẽminit Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi. part. 1. c. 5.* primùm aum † omnium, qui funerari docuerit defunctorum corpora, fertur fuiſſe 33 erculem: cum ante ſua tempora occiſorum corpora canibus eſca relinquentur, unde verſus ex idiomate Græco Homeri tranſlati:

—— *Canibus ſunt præda relicta,*
— *Vt canibus fierent lanienda voluptas.*

lius Cæſar † caput Pompeji devicti hoſtis ſepeliri mandavit, Valerius Ma- 34 nus 5. *de humanitate c. 16. in Pſalm. 79.* deplorat Propheta devaſtationem npli Hieroſolymæ, & quod gentes (intelligit Antiochum Regem *1. Macb. 12.*) objecerint cadavera ſervorum Dei eſcas volatilibus cœli carnes ıctorum beſtiis terræ, reddidit hunc locum Widebram. Theologus:

Funere ſub diô poſuêre volucribus eſcam
Corpora ſanctorum dilanianda feris.
Sanguinis effuſi Solymorum mœnia rivis
Sicut aquæ foſſis, undiq; cincta natant.
Nemo trucidatos dignatus honore ſepulchri,
In mediis ſancti computruêre viis.

Innocentem IV. Roberti Lencolnienſis Epiſcopi oſſa ſepulchro eruta, extra Eccleſiam projecturus, in viſione nocturna à ſpectro in forma Epiſcopi ad mortem percutitur. Wolff. *rer. mem. cent.* 14. *pag.* 1623.

CAPUT XXI.

DE HOMICIDIO OCCULTO ET Clandeſtino.

SUMMARIA.

1. *Occultum homicidium quid?*
2. *Quid juris, ſi reus allegat defenſionem neceſſariam?*
3. *Mandator & mandatarius pœna pari afficiuntur.*
4. *Aſſaſſini qui dicantur?*
5. *Si homo non unius ſed plurium ictu interierit, vel ſaltem ſi plures unum aggreſſi ſint, unus autem ſociorum interfecerit hominem, ſive in rixa vel tumultu, quid juris? accurata enodatio.*
6. *Conſultores cædis, ut adjutores & ſocii puniendi ſunt.*
7. *Qualiter conſilium dari dicatur?*
8. *Qui acclamat in rixa vel conflictu huic vel alteri, quo vel offenſor audacior, offenſus timidior fiat, conſilium dediſſe cenſetur.*
9. *Clamor in prælio plurimum præſtat ad convincendum hoſtem.*
10. *Populo Iſraëlitico uſitatus fuit clamor, quando prælium inirent cum hoſtibus.*

1 ATque tantum de homicidio doloſo manifeſto: Occultum † homicidium eſt cædes clam & doloſè noctu vel ruri commiſſa, de qua ſpeciatim agit *conſtit. crim. Car. V. artic.* 143. diſponit autem eadem conſtitutio, ut ſi-
2 quidem † occiſor prætendat inculpatæ tutelæ moderamen, cujus probatio, quia difficilis eſt, diligenter judex in facti circumſtantias inquirere, omniaq; rimari debeat, & conſiderare tam occiſi quam occiſoris mores, vitam anteactam, unde præſumatur reus nocens vel innocens? prout lectorem informabit hac de re ipſa allegata conſtitutio. Blanc. *de indiciis n.* 189. ſtatuit, aggreſſorem præſumi hoc in caſu qui cæſus ſit, cujus ſententiam abſolutè amplecti non poſſumus, ſtringentibus præſertim indiciis, quorum meminit *d. conſtit.* adde Menoch. 2. *de arbitr. jud. caſ.* 363. *num.* 15. ideoq; ſuperſtitem abſolvendum, quem Numen ipſum juſtitiæ ſuæ declarandæ gratiâ ſervaſſe videatur, *argum. Exodi* 21. *verſ.* 13. Clar. *§. final. q.* 55. Mynſing. *reſponſ.* 53. Weſenb. *conſil.* 19. & *in parat. ff. ad l. Corn. de Sicar. num.* 22. Fach. 1. *controverſiar.* 27. Auguſtin. *de civi-*

Digitized by Google

de civitate Dei, lib.8.c.18. Alciat. *de præſumpt. reg. tertia, præſumpt.* 39. ſed de hiſce indiciis infrà dicetur, prolixior dicendi locus hic ſe offert de homicidio, quod ex mandato alterius latro perpetrare auſus fuit, quo de flagitio Ulpianus agit *in l.15.ff.h.t.* Nihil intereſt, inquit, occidat quis ipſe, an cauſam mortis præbeat?

Planè mandator cædis pro homicida habetur. *l.1.§.3.ff.de injuriis.l.5.§. finali.ff.eodem.l.1. §.dejeciſſe.ff.de vi & vi armata,* paria enim ſunt aliquid per ſe fieri, vel per alios. *l.1.§.12 ff.eodem.l.6.§.1.ff. quod quis univerſitat. l.hoc jure. l.1.§.1 ff.de eo per quem factum, &c.* unde non † dubitandum eſt, quin æquè 3
ut mandatarius, mandator de homicidio teneatur ordinaria l. Corneliæ pœna: ubi enim par delictum, par pœna ſit, neceſſe eſt. argumento *l.32. ubi Dd. ff. ad l.Aquil.* pœnæ ſiquidem commenſurari debent delictis, *Dd.in l.22. C. de pœnis.* mandatarii & executores mandatorum turpium ejuſmodi, vulgò & aſſaſſini appellantur. Covarr. 2. *variar.reſol 20.num.9.* Gomez. *de delict. c.3. de homicidio.* Thomas Grammat. *conſil.* 40. Didac. Cantar. *in qq. crim. c.7. num.45.* ab improbo † hominum genere dicti, aſſaſſinorum vel Boduinorum in Oriente, denſis in montibus habitantium, Duci cuidam, quem Senem vel Magnum montis dictitarunt, parentium, qui per ſpeciem cujuſdam Paradiſi voluptatis, quem eorum animis impreſſerat, tantum ab iis conſecutus, velut ſolenni voto ſponderent, ſeſe in principes omnes ſævituros eſſe, qui ſectæ ipſorum adverſarentur: prout non ſine crudeli ſtrage ſæpenumero id ipſum factitarunt. Nam Edoardus filius Regis Angliæ, Comes Tripoliranus, Philippus Galliæ Rex propè Hieroſolymam in Oriente, miſerabili exitio ſuo reſpectivè id ſunt experti. Camer. 1. *meth hiſtor. cap.* 30. De eo qui auxilium præſtat homicidæ, quo homo pereat, quæri ſolet, an & qualiter ex lege Cornelia teneatur? Et Reſp. qui deliberato animo induſtria, & propoſito ad occidendum convenerunt, omnes pœnâ ordinaria tenentur, propterea, quod ſinguli animum occidendi hominem habuerint. *l. fin. ubi gloſſa & Dd. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Gail. 2. *obſervat.* 109. Antonius Blanc. *de indic. n.* 226. ut † nihil interſit ſive unum aut plura vulnera ſint illata occiſo, & ſive 5
ſciantur aut ignorentur vulnerantes? planè nec hoc: ſive unus aut omnes vulneraverint? Clar. *in §.homicid.num.37.* Cæterùm ſi in rixâ fortuitò ſubortâ, plures lethaliter vulneraverint hominem, isq; inde perierit, ignoretur autem, quis primum manus violentas intulerit defuncto, vel cujus ictu occubuerit? omnes & ſinguli ſimiliter tenentur ordinariis legis Corneliæ pœnis, niſi demonſtrari certè poſſit, cujus ictu lethali potiſſimum proſtratus ſit occiſus, Bart. *in d.l.final.* Clarus *in §. homicida.num.41.* quò pertinet *l. 11. §. 2. ff. ad l. Aquiliam.* ubi: Siquidem, *ait*, ictus apparet, cujus ictu perierit homo ille quaſi occiderit, tenetur, ſi non apparet quaſi occidiſſe, teneatur, idem Ulpianus *in d.l.11.§.3.* refert: Si alius mortifero vulnere periit, poſteriorem

teneri, quia occidit. Atque hanc Ulpian. ſententiam ſequitur & confirmat *conſtit. crim. Car. V. artic.* 148. ibi: So aber etzliche Perſonen vngeſchicktes in einem Schlag oder Gefechte bey einander weren/ einander helffen / vnd jemand alſo ohne gnugſame Vrſache erſchlagen wird/ ſo man den rechten Thäter weiß/ von deß Handen die Entleibung geſchehen / der ſoll als ein Todtſchläger mit dem Schwert zum Todt geſtraffet werden/ were aber der Entleibte durch mehr dann einen/ die man wüſte/ gefährlicher weiſe tödtlich geſchlagen/geworffen vñ verwundet worden / vnnd man könte nicht beweiſen / von welcher ſonderlichen Hand vñ That er geſtorben were/ ſo ſeind dieſelbe/ ſo die Verlätzung/wie obſtehet/ gethan haben/ alle als Todtſchläger / vorermelter maſſen / zu dem Todte zu ſtraffen/ aber der ander Beyſtcher Hülff vnd Vrſache/ ſtraff halber / von welchen Hand/ obbeſtimpter maſſen/ der Entleibte nicht tödtlich verletzt / ꝛc. id eſt, qui mortiferum vulnus non intulit defuncto, quod conſtabit ex inſpectione vulnerum cadaveris, adhibitis ad hoc medicis & peritis chirurgis *d. conſtit. artic.* 149. ordinariæ legis Corneliæ pœnæ non ſubdatur, ſed arbitrio judicis ſaltem puniatur, *d. conſtit. crim. artic.* 148. *in fin.* Tiraquell. *de pœnis, cauſa* 63. Clar. *in §. homicid. num.* 38.

6 Porrò de eo qui † conſilium dat occiſori, ut hominem interficiat, quæri ſolet, quomodo teneatur? & diſtinguit Felinus *in c. ſicut. num.* 7. *de homicid.* Didac. Cantar. *in quæſt. crim. c.* 7. *num.* 17. Hyppol. de Marſil. *in tract. crimin. in §. conſtante. num.* 40. Boërius *deciſ.* 167. aut homicida erat alias commiſſurus delictum aut non: Ita ut priori caſu non teneatur conſulens, in poſteriori reum ſe conſtituat legis Corneliæ, idque autem tunc maximè, ſiquidem tela, arma, inſtrumenta alia ad occidendum parata ſuppeditaverit conſultor homicidæ, *argum.* §. 12. *ubi interpretes, inſtit. de furtis l.* 53. ubi Gœdd. *§.* 1. *ff. de V. S.* Gomez. *de delictis c.* 3. *num.* 48. Bart. *in l.* 50. *§.* 1. *ff. de furt.* Aut quod atrocius eſt, ſi ipſe armatus, cum maleficium committitur, ad locum criminis vadit, quanquam ipſimet manus violentas non inferat occidendo, *c. ſicut dignum. §.*
7 *ille autem, de homicidio.* Innoc. *in c. finali.* de clerico percuſſo. vel ſi † fugientem hominem, quo occideretur in via, vi aut quoquo modo detineat, *argum. l.* 4. *ff. ne quis eum, qui in jus vocat. &c.* Hyppol. de Marſil. *in d. § conſtante.* Boër. *in d. deciſ.* 176. *part.* 1. vel ſi clamaverit, dicendo, ut homo fugiens interficeretur: pro regula enim tradit Bald. *in l.* 5. *C. de accuſat.* quod quoties aliquis offendentem reddat verbis aut facto audaciorem, offenſum vero timidiorem, dicatur is præſtitiſſe auxilium occiſori. Quod certè notandum eſt adverſus † crudele hominum genus, quod dum ſanguine humano miſerè effuſo delectatur in rixis & tumultibus, ſeditione ſæpenumero motâ, modo huic modo illi confligtanti acclamare parti, atq; ſic malum quod ſedari facilimum erat, potius accedere & augere ſolet. Quantum enim clamor & vociferatio ad ſeditionem excitandam præſtat, non tam hiſtoriæ quam experientiæ quotidianæ perpe-

·rpetua exempla convincunt, ita ut antiquitus † ad convincendum hoſtem 9
ıblicum, crederetur plurimum præſtare clamorem hominum. Eſt inquit
lius Cæſar *in commentar. de bello civili*, quædam animi incitatio, atq; alacri-
; naturalis innata omnibus, quæ pugnæ ſtudio incenditur, hanc non repri-
ere ſed augere Impp. debent. Neq; fruſtra inſtitutum eſt, ut ſigna undique
ncinerent clamarentque univerſi, quibus & hoſtes terreri & ſuos incitari
ıſtimarunt, Quintus Curt. *lib.* 3. de Perſis refert, quod cum clamore hor-
ndo prælium inchoare ſint ſoliti. De Abbaris Suida *in hiſt.* teſtatur, quod in
lli primordio ſonitum excitarint confuſum & agreſtem una cum ſtrepitu
llico pulſantes tympana. Sic † Iſraëlitis clamor militaris ante prælium uſi- 10
:us fuit, *Joſ. c. 6.* Gedeon cum invaderet Madianitas, clamare jubebat mili-
s. En hic gladius Jehovæ & Gedeonis. *Jud. c. 7.* Eumq; morem adhuc hodie
rvari inter Cæſareanos milites, præſertim eos, quos Grabatos vocant, à mul-
annis miſerùm novimus.

CAPUT XXII.
DE HOMICIDIO NON VIOLENTO.

S U M M A R I A.

1. *Veneficium quid?*
2. *Venefícii pœna jure civili eſt ultimum plicium.*
3. *Conſtit. criminalis Car. V. de puniendis ıeficis.*
4. *Incantatores, qui & quomodo puniantur?*
5. *An vigore conſtitutionis Carolinæ capi- lectendi ſint, qui ſaltem fœdus cum Satha- conſtituerunt, damna verò nec homini, nec rtem beſtiis intulêre?*
6. *Scabini Lipſenſes confœderatos ejuſmodi gis cadendos eſſe reſponderunt.*
7. *Mulier fuſtigetur, quæ adoleſcentem cu- vit ſibi adferri in hirco.*
8. *An ultimo Supplicio afficiendi ſint, qui em magicam exercentes nemini nocuerunt?*
9. *Diſcurſus: an Sathan revera cum homi- ıus venerem exerceat?*
10. *Judicium Auguſtini de lapſu & ſtatu abolorum.*
11. *An Diaboli, mundicie & puritate ıdeant?*
12. *Sathan per aruſpicia conſultus, non niſi pueris vel puellis nōdum venere pollutis reſpondet, & conſpiciendum ſe hiſce offert facilius.*
13. *Julianus Apoſtata quandocunq; Diabolum conſuleret, pueros adhibuit.*
14. *Julianus in locis ſubterraneis magiam exercuit.*
15. *Quomodo res occultæ in ungue pueruli oſtendantur.*
16. *Qualiter intelligendus locus Leviticorum c. 15. non facias tibi ſculptile?*
17. *An Sathanas incaleſcat in venerem?*
18. *Quid aſinis Schyticis accidat cicutam commedentibus.*
19. *Striga unde dicantur?*
20. *Hiſtoria de Comite Aſpremontenſi refertur.*
21. *Quomodo Sathanas illuſerit ſcortatorem?*
22. *Hiſtoria de ariolo & judice.*
23. *Eventus hiſtoria recitatur.*
24. *Quæ fides magiæ tribuenda?*
25. *Quantum confidendum confeſſioni veneficarum?*
26. *Diabolus plurima ſupra captum humanum*

Digitized by Google

manum præſtare poteſt.

27. *Explicatio art.* 110. *Carol. V. in conſtit. crimin.*

28. *De imaginatione melancholicorum quomodo Sathan eis abutatur?*

29. *Hiſtoria elegans de Aldo & Granſone recenſetur.*

30. *De lycanthropia ſpecialia referuntur.*

31. *An Nabuchodonoſor mutatus fuerit in animal brutum?*

32. *An Sathan poſſit transformare creaturas Dei?*

33. *Qua pœna digni, qui amuletis aliisq; ſignis & imprecationibus utuntur?*

34. *An characteres vim faſcinandi habeant?*

35. *De imagine veneris ſingularia.*

36. *Qua pœna ſortilegi?*

37. *De cyngaris notabilia.*

38. *De curatione ſtrumarum per Reges Franciæ.*

39. *De Pyrro Epirotarum Rege curante ægrotantes liene.*

40. *De comitibus ab Habsburg notabiliora.*

41. *Receptatores veneficarum qualiter puniantur?*

42. *De ventriloquis.*

43. *Quomodo Aruſpices temerarii à Sathana occiſi fuerint?*

44. *Necromantia ars in Hiſpania quondam omnibus permiſſa fuit.*

45. *Execrabiliora de abuſu rerum ſacrarum ad incantationem à presbyteris ſæpe numero adhibitarum.*

ATque de homicidio violento ejusq; ſpeciebus tantùm. Non violenti
homicidii ſpecies ſunt proditio, de qua ſupra ſufficienter tractatum eſt,
1 & veneficium. Veneficia † appellantur *in §.6. in fine inſt. de pub. jud.* qui arti-
bus odioſis, tam venenis quam ſuſurris magicis homines occidunt, vel mala
2 medica publicè vendunt, *l.3. ff. ad l. Corn. de ſicariis.* Quorum pœna † jure
civili eſt ultimum ſupplicium, *l.1. §.1. ff. ad l. Corn. de ſicar.* (*l. 3. § finalis ff. ad l.
Corn. de ſicar.* diſtinguit inter veneficos homines nobiliores & ignobiles)
quandoquidem plus ſit veneno occidere hominem quam gladio, *l. 1. Cod. de*
Matth. *& maleficis.* Tum quod qui veneno extinguitur, proditoriè occidi di-
catur, Bald. *in l. 4. Cod. de ſum. trinit. conſtit. Car. V. crim. artic.* 109. *& art.* 130.
diſtinguit inter veneficos propriè ſic dictos, & eos, qui cum veneficio ma-
giam illicitam & ſortilegia exercent, ſuſurris & magicis de medio homines
3 tollunt, artibus, *d. §.6. inſtit. h.t.* de illis † ſtatuit conſtitutio, ut non ſecus ac
famoſi & publici latrones rotis tundantur, ſiquidem mares fuerint criminis
rei, ſin fœminæ, ſi uni pluribusve nocuerint, homines aut bruta animalia oc-
cidentes, *conſtit. eadem. art.* 199. pœna eadem in aruſpices & mathematicos,
qui ſub ſpecie matheſeos magiam damnabilem profitebantur, & exercendo
alienas artes, eos quaſi polluebant ſuis ſortilegiis & impoſturis, conſtituta ex-
tat, *in l.3. C. de maleficiis & mathemat.* Matth. Coler. *in deciſ. Germ. deciſ.* 180.
& Dd. in §.6. *inſt. de pub. jud.* Clar. *quæſt.* 68. *Legibus* 12. *tabular.* in aruſpices
quoque pœnam ſtatutam fuiſſe, refert Auguſtinus *de Civit. Dei, lib.* 8. *cap.* 19.
Lipſius ad Tacitum *lib. 2. annal.* Magia in ſacris prohibetur, *ut Lev.* 19. *Deut.*
4 18. Incantatores † qui beſtias, ſegetes incantando occidunt, & corrum-
punt, gladio feriuntur, *l.5.6.7. C. de mathemat. & malefic. l.15. §.13. ff.* de injuriis,

quæ

Digitized by Google

quæ pœna etiam obligat, qui turbatis elementis ventos, pluvias, tonitrua & fulgura excitant, *l. 6. C. eod.* Wierus *de lamiis*. Gœdelm. *in diſp. de magis & venefic. paſſim.* qui ſpectra aut alia triſtia ſpectacula ad terrorem hominum oſtendunt, qua de re Ovid. 1. *lib. amor. Eleg* 8.

Eſt quædam (quicunq; volet cognoſcere lenam,
Audiat) eſt quædam nomine Dipſas anus.
Ex re nomen habet: nigri non illa parentem,
Memnonis in roſeis ſobria vidit equis.
Illa magas arteis Ææaq; carmina novit,
Inq; caput liquidas arte recurvat aquas.
Scit bene, quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia, quid valeant virus amantis equæ.
Quum noluit, toto glomerantur nubila cœlo:
Quum noluit, puro fulget in orbe dies.
Sanguine (ſi qua fides) ſtillantia ſidera vidi:
Purpureus lunæ ſanguine vultus erat.
Hanc ego nocturnas vivam volitare per umbras
Suſpicor, & pluma corpus avile tegi.
Sυſpicor, & fama eſt: oculis quoq; pupula duplex
Fulminat, & geminum lumen ab orbe venit.
Evocat antiquis proavos atavoſq; ſepulchris
Et ſolidam longo carmine findit humum.
Hæc ſibi propoſuit, thalamos violare pudicos:
Nec tamen eloquio lingua nocente caret.

Porrò qui ſuper abſconditis rebus conſulũtur, *ita vulgariter dicuntur*, abutentes invocatione nominis Divini, occulta & ab hominum ſenſibus remota manifeſtant, theſauros, ubi reconditi ſunt, indicant, *d. l. 5.* vel qui malis artibus faciunt ex amicis inimicos, prælia & clades inter mortales ſuſcitantes, *l. 6. C. eodem.*

Dicta conſtitutione *crim. Car. V. art.* 110. hominum incantatorum, ſiquidem homini nocuerint pariter, ut ſupra dictum eſt, pœna ignis conſtituitur, ibi: So jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugefůhret / ſoll man jhnen ſtraffen vom Leben zum Todte / vnnd man ſoll ſolche Straff mit dem Fewer thun / Johan. Gœdd. *in tract. de magis lib. 1. c. 7. & lib. 3. cap. 11.*

De eo circa eandem conſtit. ambigitur, qui ſaltem pactum vel fœdus cum Diabolo conſtituit, † utrum pœnæ ignis reus ſubjiciendus ſit nec ne? 5 Controverſiam faciunt verba ejuſdem conſtitutionis ſequentia, ibi: Wo aber jemand Zauberey gebrauchet / vnd damit jemand Schaden gethan / ſoll ſonſten geſtraffet werden: unde colligi poſſe veriſimiliter videtur, ne magus,

quanquam arte ſua damnabili nemini nocuerit, relinquens conditorem
ſuum, fœdusq; quo per baptiſmum initiatus eſt, & inſcriptus libro vitæ, Sa-
thanæ mancipium poſtea factum eſt, vigore dictæ conſtitutionis combura-
tur, cum exceptio confirmet regulam in caſibus non exceptis. Eberh. *in top.
in loco ab except. ad reg.* quamobrem Matth. Colerus *in deciſ. juris, deciſ.* 180.
6 *ex deciſ. Lipſ. vol.* 3. refert: quod Scabini rarò † aut nunquam eos, qui ſaltem
Divinationem Diabolicam profeſſi ſunt, mortis reos pronunciarint, itaque
ariolos vel Chriſtallenſeher/ vnd die mit Characteribus vnd Worten Abgötti-
ſche Künſte treiben/ ohn jemands Verletzung/ virgis ſaltem cædendos eſſe,
cum perpetua relegatione, judicarint.

De muliere, quæ utitur incantamentis, ut amore potiatur, ne incurrat
pœnas ſortilegiorum vel incantatorum, tradit quoque Julius Clarus 5. *ſentent.*
7 *§. hæreſ.* quem Colerus *d. loco* ſequitur, exiſtimans, cum † mulier aliqua ju-
venis amore capta, in capro amaſium ſibi advehi curat, & ſiquidem inde non
nocuerit adoleſcenti, ſufficiat ſi fuſtigetur mulier, allegant ad hoc *deciſ. Lipſ.*
47. *volum.* 5. Sed hæc ſingula in hac varietate utcunque proponuntur, dicen-
dum arbitror, 1. thematis reſolutionem *in d. conſtit.* prorſus non latere. Ete-
nim differunt fœdus cum Sathana conſtitutum habere unaq; magiæ illicitæ
operam dare, & magiam ſolummodò exercere, characteribus ignotis, ſignis,
morbiſve peregrinis, ad incantationem præſtandam abuti, ſine ſpeciali cum
Sathana, pacto & fœdere celebrato, ſicut de hoc caſu omnino loqui videtur
conſtitutio, quæ cum diverſæ ſint, nihil inde infertur, *argum. l. 32. ff. ad l. Aquil.*
8 Non ſequitur, † qui ſolam exercens magiam, nemini nocet, extraordinariè
punitur, *d. conſtit. art.* 110. ergo & is, qui pactum cum Diabolo fecit, & inſuper
magiam damnabilem exercet, nemini autem nocuit, æquè ordinaria magiæ
pœna non tenebitur? Quod ſi quis regerat: Imò qui characteribus ſignis
ad magiam exercendam uſurpat, implicitè cum Sathanæ pactum conſtituit.
Taciti autem eadem, quod expreſſivis & ἐνέργεια Eberhard. *in topic. in loco à
tacito ad expreſſum.* Reſp. Quod Tacitum ſecundum εἶναι pro ſubjecta mate-
ria non aliter rei geſtæ ac expreſſum inſit. Decius *in d. l. 142. ff. de R. J.* Gœdd. *in
l. 19. ff. de V. S.* Tiraquell. *de ll. con. gloſſ. 7. pag.* 508. *& ſeqq.* Cæterùm exem-
pla citata à Colero ponderoſa non ſunt, etenim trita regula juris eſt, quod nõ
factis ſed legibus judicandum ſit, *l. 13. C. de ſentent. & interloc. omnium jud.*
ſententiam noſtram confirmant *l. 3. C de maleſic.* Paulus 5. *ſentent. tit. 25. Exo-
di* 22. *Levit.* 10. *Deut.* 18. jus Saxon. Landrecht/ *lib. 2. artic.* 13. quod ſæpè ſecuti
Scabini Lipſenſ. in reſponſis & deciſionibus, ut *deciſ. 32. 33. 34. 37. volum. 2. de-
ciſ. 35. volum.* 3. videre palàm eſt. Deinde ſic argumentamur: Si læſæ majeſta-
tis humanæ rei, qui fidem Imperatori vel reipublicæ datam violarunt, perju-
ri & transfugæ facti ultimo ſupplicio, diſſectis hodie in quatuor partes reis,
ſunt afficiendi Bart. *& Dd. in l. 1. 23. ff. ad l. Jul. majeſtat. l. 5. C. eodem.* Quidni

& læſæ

& læſæ majeſtatis, divinæ rei Deo hoſtes facti, digni quos tellus ima dehiſcat, pœnis atrocioribus, igni & flammis concremandi? quorum ut nomen in libro vitæ extinctum eſt, ſic memoria eorum inter mortales deleatur. *argumento l.5. C.ad l. Iul. majeſtat.* cum magis ſit in divinam peccare majeſtatem, quam humanam *l.4.C.de heret. & manich.* Atque prius verum eſt. Ergo & poſterius. Atque huic ego ſententiæ firmandæ pluribus non immorabor, quoniam eam ſatis pro & contra examinavit noviſſimè Cunrad. Hartz *in tr. de reor. & inprimis venefic. inquiſit. concluſ.1. per tot. & ibid. Dd. allegati:* licet in judicando contrariam ſententiam ut mitiorem magisq; conſcientiæ in tantâ ambiguitate conſulentem, ſequendam & eligendam præ alterâ fore ſibi perſuaſum habeat inter alios, Anonymus *in not. ad eund.* Hartz *d.concl.1.n.10.*

Atque hanc ignis pœnam, nempe quod magi flammis comburendi ſint *ex d. conſtit. artic.* 110. ſtatuendam etiam eſſe in eos exiſtimo, qui cum ſpiritu immundo ſodomiam execrabilem exercent, ſiquidem parum aut nihil poteſt dubitari, quin hujuſmodi diabolica mancipia pacto vel fœdere conſtituto Sathanæ penitus ſe devoverint, deinde ſi homo qui cum beſtia ſodomiam deteſtabilem committit, comburendus eſt: *Levit.14.20.Exod.22.c.mulier.* 15. *q.* 1. Clar. *in pract. crim.* §. *fornicatio. num.* 29. & §. *ſodomia. num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1313 *lib.* 3. quanto magis idem, ſiquidem cum beſtia infernali, ſpurciſſimo illo ſpiritu atrociſſimoq; Dei & hominum hoſte, contra naturam ſupra omne, quod fingi excogitarive poteſt, ſcandalum, venerem & luxuriam exercuerit, igni & flammis concremandus erit.

Quanquam † non deſint, qui inficiantur coitionem hominis cum Sathana, tametſi in torturis eadem & ſimilia confiteri ſæpe aſſolent, nonnulli ex Sathana conceptum adſerentes, aliqui Diabolum ſupponere mulierculis ſæpe numero infantem compactum ex cõdenſato aëre, non ſecus ut credant verum illum & homogeneum partum ex Diabolo genitum eſſe, idq; ipſum per ſomnia perſuadere & imaginari poſſe mille artificem illum mulierculis contendunt, Lactant. *de orig. rer. 2. cap.14.* citat Johan. Saleſb. *in Polyc.* 2. Joh. Wolff *lect. mem. pag.* 427. ſtatuentem, ex diverſis ſtellarũ poſitionibus imaginem ab homine poſſe formari, quæ ſi per intervalla temporum & quadam ratione propoſitionum in conſtellatione ſervata formetur, ſtellarum nutu recipiat ſpiritum vitæ, & conſulentibus occultæ veritatis manifeſtet arcana. *Hac ille.* Qua de re † judicium Auguſtini extat *in lib. de magia contra Julianum c.9.* ex homine, *inquit*, ad hominem peccatum tranſit, etſi à Diabolo in Diabolum non tranſit, qua homo ex homine ſolo naſcitur, Diabolus non ita, ille enim qui Diabolus & Dæmon eſt factus, lapſus eſt cum ſociis impietatis, angelis, & omnes ſimul defecerunt, qui hodie Diaboli ſunt & Dæmones, ſeu mali angeli appellantur. Nonnulli autumant † cum Diaboli ſint ſpiritus, qui mundicie & puritate potius gaudent, non ſit concedendum, ut impuriſſimo 9 10 11

coitu cum hominibus ſe commiſceant. Wier. *de præſtigiis lib. 3. c. 23.* Natalis
12 Comes *in init. lib.* 1. idque ex eo præſumendum, quod † ſpiritus maligni maximè diligant virgines, homines puros & caſtos, propter ſimilitudinem ſcilicet, quia ipſimet ſint caſti & puri, Nat. Comes *d. loc.* unde commune ariolorum extat relatum, cum teſtantur, quando furem aut maleficium in phialâ aquæ, & ſpeculo chriſtallino apparentem cognoſcere exceptant virgunculas, aut infantulos impollutos eligant, ut illi ſimulacta conſpiciant, quæ pollutus venere non videat, quanquam ſacra Scriptura Dæmonem ubicunq; Spiritum immundum appellitet, Marc. *c. 5. Luc. cap.* 11. *& cap.* 8. *verſ.* 28. De Juliano
13 † Apoſtata mago inſigni refert Ælius Pacian. *in vita ejus*, quod ſæpe inuſitatas Romanis ſacris hoſtias immolârit, carminaque cantari curârit, eaq; præſertim, quæ ad ſpeculum dicuntur fieri, in quo pueros præligatis oculis eorum
14 adhibuit. De hoc † Juliano quoq; recenſet Abbas Uſpergenſ. *in Chron.* quod cum contra Perſas ad prælium, in quo periit, proficiſceretur, in itinere ſpelũcam clauſam aliquam introiverit, inibiq; exitium ſuũ explorârit; Scribit porrò: quòd de luce illo reverſus, locum latebrarum penitus recluſum reliquerit, foribus conſignatis, ſeriſq; multiplicibus munitis & cuſtoditis, ſed interfecto eodem in hoc bello, curioſi homines ſpeluncam aperientes, ut intelligerent quid Imp. tam ſeriò ibidem cuſtodiri voluiſſet, in ea invenerint mulierculam capillis ſuſpenſam, extenſis manibus, ex cujus jecore, ventre diſſecto, crudelis apoſtata victoriam ſcilicet de Perſis divinando experiri voluit. Callidior Juliano Lupus Epiſcopus, qui Aureliis Diabolum vaſculo incluſum habuit, pulſando campanas exercitum Clotarii, qui urbem obſidebat, ita terruit, ut omnes ſe in fugam verterent, Johan. Wolff. *lect. memor. cent.* 13. *pag.* 529. Bodinus de Dæmon. *lib. 3. cap.* 3. ſcribit, ſuo tempore Thoſoſæ fuiſſe
15 Luſitanum, qui res occultas † in ungue pueruli videndas exhibuerit, expli-
16 cat † ibidem *lib. 5. cap.* 11. locum Levitic. *cap. 25. in fine.* ubi Jehova lapidem imaginationis adorari graviter prohibet, ibi: non facietis vobis idolum & ſculptile, nec ſtatuas erigetis vobis, nec inſignem lapidem ponetis in terra, ut adoretis eum: Exiſtimat autem Bodinus, quod lapis ille imaginationis aut adorationis, ad unguem expoſitus fuerit tanquam ſpeculum, in quo imagines conſpiciuntur & divinationes inde petuntur. Sanè vero verius eſt, licet quãcunque caſtitatem aut puritatem, qualem quantam ſimulet Sathanas, exiſtimandum tamen, verſipellem illum, artificem ſupremum, qui alias in Angelum lucis, imò Chriſtum ipſum, quâ de re memorabile exemplum recitat Wolff. *cent. 4. rer. memor. pag.* 112. ſe transformare poteſt, ut Scriptura ſacra docet, nihil aliud intendere, præterquam, ut malitiam & crudelitatem ſuam tegat, incautos & ſimpliciores ſub prætextu hoc pernicioſè decipiat, affirma-
17 re interea † non poſſumus, quaſi in Sathanam cadat affectus & voluptas veneris, quæ humano generi attributa cum beſtiis ſaltem, quæ in cœlo, terra, mariq ue

Digitized by Google

marique naſcuntur, omnia competunt, §. 1. *inſtit. de jure nat. gent. & civ. l. 1. §. 5. ff. d. 7. & 7.* ut haud immeritò ſtatuendum ſit, quicquid ſimulato libidinis calore fingat aut machinetur Sathan, non ſui ipſius cauſa, ſed hominis, quos in venerem proclives videt, gratia & offendiculo, id prorſus diſſimulet, fucoque ſæpe & phantaſmate eos ita excœcet, ut exiſtiment vera & realia ſibi contingere voluptatum oblectamenta, cum tamen vix umbram eorum viderint vel cenſuerint. Nam ut ait Lactant. *de orig rer. lib. 2. cap.* 14. Diaboli cum ſint ſpiritus tenues, inſinuant ſe nonnunquã corporibus hominum, & in ſomniis motus in iis excitant, mentes pravis affectibus & furoribus concutientes. Planè experientia teſtatur, ait Camer. 1. *meditat. hiſtor. cap.* 72. ſagas & veneficas, ut ſpiritus immundos ad ſe pelliceant, nonnunquam ſe perungere ſolere unguento aliquo ſoporifero, deinde ſe conjicere in lectum, ubi ita profundè dormiunt, ut nec fuſtibus vel ignibus (ſicut author bruti fulminis contra Papam Sixtum Quintum de † aſinis Scythicis refert, quod poſtquam come- 18
derint cicutam, ita profundè dormire incipiant, ut ruſtici mortuos eos cenſeant, atque dormientibus ſæpe cutem ad partem dimidiam detrahant) poſſint expergefieri, interim Diabolus illis ita dormientibus multa proponit ludicra, convivia, tripudia, & id genus voluptatum, ita ut incautis illis accidat, quod Galenus de melancholicis vel atra bile laborantibus ſcribit, nẽpe quod res extra ſe videre arbitrentur, quæ per phantaſiam ſaltem intra ipſos agitantur, unde & Menippæi amores, quos deſcribit Johan. Baptiſta Porta *lib.* 2. *cap.* 26. de magia naturali: Accidit (*inquit*) mihi in manus vetula quædam eorum, † quæ à ſtrigis avis nocturnæ ſimilitudine ſtrygæ vocantur, quæq; noctu 19
puerorum ſanguinem è venis abſorbent ſponte pollicita, brevi, nulloq; temporis ſpacio allaturam ad ea, quæ rogarem reſponſa, jubet omnes foras egredi, qui mecum erant: poſthac ſe unguento quodam valdè perfricavit nobis invitis cõſpicua in terrã cecidit, profundoq; occubuit ſomnio, foras redimus, à ſomno revocata, multa incipit fari deliria, ſemaria monteſq; commeaſſe, falsaq; referens reſponſa, nos negamus, illa inſtat, & pertinaciter reſiſtit, &c. *Hæc ille.* De Comite † Aſpremententſi Bodin. refert *dict. loc. lib.* 2. *c.* 4. quod 20
hoſpites penes ſe divertentes magnificè exceperit, adeò ut omniumq; rerum copiâ ſummoperè, turmis conglomerantibus ſatisfecerit, hoſpites verò quam primum diſceſſerint, fame ac ſiti demum premi cœperint. De viro † 21
militari factum, quod accidit in Ducatu Wirtenbergico, non plures ante annos recenſetur, qui cum peregrè in ſolitudine ſolus eſſet, ſpectrum formoſiſſimi ſcorti in ſemita ſibi occurrens conſpexit, quod quia laſcivis geſtitus ad venereos actus incitaret virum, is equo deſcendens, cum monſtro fœdam libidinem exercere cœpit, cæterum cum actibus illis impuris occuparetur, ſub eo evanuit Sathan, & volucres inſtar picarum diu de arbore in arborem volitando, mirifico garritu quaſi ſtoliditatem & lubricitatem hominis ſubſanna-

ſannarunt, cui accinit, quod *in vitis patr.* legitur: Monachum quendam à Dæmone in mulieris venuſtiſſimæ formâ ad obſcœnos invitatum fuiſſe amplexus, qui ſua inclinans membra effectus eſt ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Atque ubi jam carnalem conaretur inire amplexum, illa deterrimæ vocis ululatum emittens, umbra, ut erat tenuis, & phantaſma inter manus amplectentis elabitur, ipſumq; miſerum cum fœdiſſima irriſione deſerit. Wierus *lib.2.cap.46.de præſtigiis Dæmonum.* Rectè ergo Lactantius ait *de lib.4.c.15.* ſcilicet præſtigias magicas nihil veri vel ſolidi oſtentare, & ejus artis peritiam nihil aliud, quam ad circumſcribendos oculos valere, vel ut Philoſophus ait, quòd ea quæ faſcinat, ſibi imaginantur, præter imaginamenta nullam habeant vel actionis vel eſſentiæ veritatem.

Ex his & aliis exemplis ſimilibus perſpicuum evadit, quid cenſendum de choræis & conventibus, qui in monte Bructero Saxoniæ nobiliſſimo in Comitatu Stolbergenſi ſito, inter Sathanam & ſagas celebrari cum ſolenni pompa creduntur. De choreis ejuſmodi conſule Autores nonnullos ſelectiſſimos, quos citat Anonymus noſter *in not. ad Cunradi Hartz tract. de reor. inquiſ. concluſ.4.num.* 21. & inprimis Godelman. *in tract. de magis & in diſput.*
22 *hab. Roſtochii de venefic. & magis*, ubi tale factum commemorat: † Cum aliquando prætor aut judex aliquis accuratiſſimam de magis inſtituiſſet inquiſitionem, interea ariolum peregrinum ſe inſinuaſſe ei, atq; promiſiſſe, ſi certa pro induſtria merces ſibi ſolveretur, præſtiturum ſe, ut uno eodemq; aliquo loco omnes & ſingulæ veneficæ illius ditionis convenirent, & quoniam ſciret, quod ipſa judicis conjunx quoque criminis rea eſſet, facturum ut ea etiam conſpiciendam ſe præbere cogeretur: Quid accidit: judex de conjugis fama ſuſpicioſus factus, deſiderat ſpectaculum ipſemet luſtrare, interea autem circa noctem, qua congregatum in ſagarum cœtum eductus erat, convivas ad cœnam invitat, quibus in mediam noctem ſecum commorantibus, cum jam inſtaret hora, qua cum ariolo ad choreas perluſtrandas abeundum ſibi eſſet, ſeriò & obnixè rogatis impoſuit, ut certa de cauſa, eâq; graviſſima ſecum retinerent uxorem ſuam, nec ſi abire geſtiret, eam dimitterent, donec rediret,
23 poſt ſe eis expoſiturum, cur id ita poſtularit. Hiſce expeditis: cum † ariolo ad locum choreæ tendit, ubi inter cæteras mulieres propriam cōjugem choreas ducentem vidit. Revertitur domum, diligenter expiſcans à convivis, utrumne ſedulò adfuerit ipſis conjux? Qui ut veritatem profiterentur, ſinguli jurejurando id affirmarunt; unde colligere potuit judex, qualem quantámve magiæ & præſtigiis Diabolicis fidem faceret? Quo aliove exemplo me-
24 ritò † moveantur cauſarum criminalium judices, ut non obiter ſed enixè & medullitus non mediocri ſed ſolerti prudentia volvant revolvantq;, quò uſque in rebus hiſce dubitatiſſimis procedant, ne quid durius aut remiſſius, quam fas eſt, ſtatuant, cum prius fidem quibuſcunque narratis & falſis documen-

eumentis faciant, quam argumentis cauſam examinent, ut ait JCtus *in l.1.§.4. ff. de quæſt.* Deinde, ut conſiderent, quam dubia & manca ſit mulierculارum propria & ſponte facta vel tormentis extorta confeſſio, ſcilicet cum ſomnia pro veritate facti ſæpè enarrant, ut ex ſupra traditis apparet, conſiderantes inſuper, quod nedum in cauſis criminalibus non adeo gravioribus confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus habeantur, *l. 1.§.17.23.27. ff. de quæſt.* nec juta credant iis, niſi probatio † certior religionem cognoſcentis inſtruat, 25 cum per ſæpè accidat, quod metu aut qua alia cauſa in ſe confiteantur rei, *d. l.1.§.17.27.* de quo ante cæteros eleganter haud abs re tractat Anonymus noſter pro reorum defenſionibus haud vilipendendus *in not. ad tract.* Sparꝭ *de reor. inquiſ. concluſ. 2. num. 1. & concluſ. 10. num. 13.* ubi inſimul practicam criminalis judicii Haſſiaci conformem circa hanc rem deguſtat perdignam, quæ omnium locorum ſtatutis & cumprimis cordibus judicum implantetur: tantum abeſt, ut quæſtioni fides indubitata tribuatur, *l. 1. in princ. ff. eodem.* Etenim, ut ait Ulpianus *in eadem l. 1.§.23.* res eſt quæſtio per tormenta facta, fragilis & periculoſa, & quæ veritatem fallit, nam plerique patientia ſive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit: Alii tantæ ſunt impatientiæ, ut quodvis mentiri quam pati tormenta velint, ita fit ut etiam vario modo fateantur, &c.

Porrò perpendant levitatem & fragilitatem ſexus multis captionibus & inſidiis expoſiti, *l.2.§.2. ff. ad ad SCt. Vel:* ex adverſo autem verſutiam & mille artificia Sathanæ, qui in ſtatu integritatis mulierem quoq; decepit, quam incautam & imprudentiorem viro cernebat, per quam peccatum omnemq; calamitatem invexit in orbem, qui per ἀντιπάθειαν & inimicitias illas, quas ipſe Jehova inter Sathanam & mulierem fore prædixit, non ceſſat hodierno die illi ſexui pluſquam inſidiari, *Geneſ. c. 3.* ibi: ponam inimicitias inter te & mulierem, Luth. *in Gen. d.c.3.*

Deniq; quod mille † artifex antiquus ille hoſtes ſupra captum huma- 26 num mirabilia præſtare poſſit, qui nec ignorat mulierculas inſontes & pias etiam illaqueare hamo infernali, fucumq; & præſtigia eis ſubjicere, non ſecus ut credant & confiteantur in ſe ea, quæ ſi ſub examinationis incudem revocatur, planè vana, incerta, fabuloſa, & nulla reperiuntur, quò † reſpexiſſe *conſtit.* 27 *crimin. Car. V. artic.* 110. videtur, cùm vult, niſi quis nocuit arte ſua illicita homini, ne ordinariæ pœnæ ſubdatur, innuit ſcilicet Imp. quandoquidem tota magia fallax & vana ſit, atque idcircò perdifficile reos criminis convinci, ſatius eſſe, nocentes abſolvere quam condemnare innocentes, *l. 5. ff. de pœn.* Neque dubium eſt, quia hæc & ſimilia legiſlatorem commoverint, ne plures ut par erat, de veneficio articulos deciſos reliquerit.

Atq; ex his, quæ ita commemorata ſunt, quodammodo quoq; arguere licebit, quid ſtatuendum ſit & judicare oporteat de lycanthropiâ, lupis illis, quos

quos Galli appellant, loupe garaux, Germani, Beerwölffe. Et ſanè ſi Diabolus, ut ſupra dictum, tanquam ſpiritus ſe inſinuare poſſit corporibus, organa ſenſus occupare, atq; ſic in ſomniis varios motus pro arbitrio excitare, ſeria vel ludicra per occultam imaginandi vim phantaſiæ inprimere, quidni & credendum? Quin ſenſus organa præſertim tunc cum atrâ bile, quæ facilè quaſvis concipere expedita eſt imaginationes laborant, ita turbare & diſponere poſſit, ut capti ſenſibus opinentur aut lupos ſe eſſe, vel fuiſſe, deglutiviſſe ſe
28 homines & beſtias. Quemadmodum Galen. & Avicen. teſtantur, repertos † fuiſſe, qui putarint, ſe eſſe aves, ita ut ſe non moverint, niſi commotis brachiis ad alarum ſimilitudinem volare crederent, pleroſq; atra bile laborantes ſe leones, lupos, canes, Dæmones eſſe, & refert Camer. *in meditat. hiſtor. c. 72.* ſuo ſeculo contigiſſe nobili cuidam Hiſpano, ut per deſerta & montes vagari cogeretur ſe in beſtiam converſum phantaſiâ viciatâ ratus. Alias Wierus *l. 4. cap. 23.* ex Plinio refert, quod cerebrum urſi devoratum inaſignat imaginationes, quaſi in urſum quis trãſmutatus ſit, Auguſtin. quem refert Otto Friſing. *Imp. Frideric. patruus cap. 2. lib. 2.* ſuis temporibus Præſtantium quendam nomine, de patre ſuo retuliſſe dicit, quod venenum in caſeo ſumſerit, unde in lecto quaſi dormiens multis diebus jacuerit, evigilans autem caballum ſe factum, ac annonam ſe portaſſe retulerit. Narrat etiam idem pater, cum in Italia eſſet, ſe de quibuſdam mulieribus audiſſe, quæ in caſeo dare ſolerent viatoribus Diabolica machinamenta, unde in jumenta verti viderentur: qui dum peractis operibus ad ſe mentem rationabilem habuiſſe teſtarentur. Ipſi novimus ſtudioſum eodem morbi genere affectum, qui muſcam ſe eſſe credebat, quare ne flagellis cederetur in muſeo ſuo, ſe domi anxius continebat. Et refert Sennertus *in inſtit. med.* de homine atra bile viciato, qui noluerit mittere urinam credens, totam urbem inde fluminibus exundaturam, atque idcircò omnes cives perituros, quia autem longior compreſſio & retentio urinæ periculoſa erat ægroto, argute commentum hoc factum eſſe, ut domeſticis alta voce exclamare juberentur, nempe totam urbem igni conflagrari, citiusque incendio perituram, niſi ille æger ilicò mittat aquam, & incendio urbem liberet, qui hac de re motus, turmisq; excitatis attonitus naturæ onere ſe ſolvit. Memorabile eſt, quod refert Wolff. *lect. memor. cent. 8. pag.* 200. nempe Diabolum ſeſe in muſcam transfiguraſſe; ibi: Rex Chunibertus cum ſtratore ſuo, quem propria lingua Longobardica Marpahis dicunt, conſilium
29 iniret in civitate Ticinenſi, quomodo † Aldonem & Grauſonem vita privaret, repentè in feneſtra juxta quam conſiſtebant, una de aviculis muſca conſedit, quam Chunibertus cultello, ut extingueretur, percutere volens, ejus unum tantum pedem abſcidit, cum vero Aldo & Grauſo Regis conſilium neſcientes ad palatium venirent, & Baſilicæ ſancti Romani martyris, quæ prope palatium ſita eſt, appropinquarent, repente obvium habuerunt quendam claudum

Digitized by Google

claudum altero pede truncato, qui eis dixit, quod eos Chunibertus I. ſi ad eum pergerent, occiſurus eſſet, quod audientes illi, magno timore correpti poſt altarium ejuſdem Baſilicæ confugêre, moxq; Chuniberto Regi eſt annuciatum, quod Aldo & Grauſo in Eccleſiam Beati Romani martyris confugiſſent. Tunc Chunibertus Stratorem ſuum arguere cœpit, I. quod conſilium ſuum prodere auſus fuiſſet. Cui Strator ita reſpondit: Domine Rex tu ſcis, quod poſtquam iſtud dectevimus, ego à tuo conſpectu non diſceſſi: quomodo igitur id alicui indicare potuerim? tunc Rex ad Aldonem & Grauſonem miſit interrogans eos, ad quid in locum ſanctum confugiſſent? Qui reſpondentes dixerunt: quia nunciatum eſt nobis, quod nos Dominus Rex occidere vellet, iteratò Rex ad eos, miſit ſciſcitans, quis fuerit is, qui eis id annunciaverit, mandans inſuper eis, ut niſi indicem ſeu nunciatorem proderent, ejus gratiam invenire non poſſent. Tunc illi ſicut factum fuerat Regi indicabāt, ſe claudum hominem obvium habuiſſe, qui unum truncatum pedem habebat, & crure ligneo pro altero utebatur, eumque fuiſſe interitus ſibi parati nuntium. Tunc intellexit Rex muſcam illam, cui pedem truncaverat malignum ſpiritum fuiſſe, & ipſum ſecreta conſilii ſui prodidiſſe, qui ſtatim Aldini & Grauſoni in ſua fide ab Eccleſia dicta revocatis eiſdem culpam remiſit, & deinceps eoſdem in loco fidelium habuit.

Cæterùm de lycanthropiæ morbo, hoc recenſet Wierus *de præſtig. Dæm.l.3.c.11.* ſi qui obvagari, ait, dicuntur lupi † Beerwölffe/ illi certè vel veri 30 ſunt lupi in hujuſmodi tragœdiam excitati à diabolo, qui interim horum erroribus & actionibus magis delirorum lycanthropon phantaſiæ organa imbuit, viciatq; ut ipſi ſe excurſionum erronearum & actionum vagabundarum auctores corrupta imaginatione arbitrentur, hocq; ipſum confiteantur, vel certè Dæmones ſunt cenſendi ejuſmodi lupi, qui eam aſſumpſerunt formam, ut male credulum hominum genus magis irritent ſuis vaframentis, inſontes lædant, & ſanguinis innocentis reos plures reddant magiſtratui. Interea qui ſe in lupos credunt transformatos, alto immerſi ſomnio alicubi jacere comperiuntur, quorum ſomnia iis confundit imaginibus, quas hominum oculis præſtigioſè, in pueris, vel in ſectandis vel vorandis, ſive armento lædendo, aut longe lateq; hinc inde vagando objicit veterator ille, ut certè non leviter mirari oporteat, invenire viros cordatos, qui deluſorum horum hominum confeſſioni tanquam veritati innixi mortis ſententiam contra eos pronunciare ſæpe ſoleant.

In Italia aliquando medico celebri æger lycanthropia laborans, ut curaretur, oblatus eſt, erat is ex parte excoriatus à ruſticis, ut intelligerent, an pilos inverſos haberet, ut errore populari vulgus credit, quoniam ſub fœno repertum eum ceperant, qui lupum ſe eſſe clamaverat, fugere homines jubens, ne à ſeſe devorarentur.

Digitized by Google

Ex hiſce rationis & experientiæ argumentis recti judicii compos jam perpendat, & quid quantumve lycanthropia tribuere liceat fidei, conſideret, ſed regeris fortè experientiam opponens experientiæ contrarium [1]· imò accidit ſæpenumero, ut cùm lupi ejuſmodi pedibus amputantur, vulneranturve in facie aut alio corporis membro, plerumq; magi aut veneficæ, quas ſuſpectas habemus, lycanthropiæ reperiantur orbatæ manu, pede vulneratæ, in facie aut alia corporis parte mutilatæ, unde veriſimiliter dicendum: hos ipſos magos aut veneficos lupos fuiſſe, homines infeſtaſſe. (Deinde) infers ab exemplo Nabuchodonoſoris, *Daniel.* 4. ibi: eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abjectus eſt, & fœnum ut bos comedit, & rore cœli corpus ejus tinctum eſt, donec capilli ejus in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & ungues ejus quaſi ungues avium. [3]· & hoc quod Plinius naturalium hiſtoriarum *lib.*8.*c.* 22. ex Græco quodam auctore refert, qui in Arcadia populos eſſe affirmavit, qui ad ſtagnum aliquod ejus loci ducantur, veſtituq; in quercu ſuſpenſo, tranare per id ſoleant abeuntes in deſerta, ibidem transfigurentur in lupos, &c. [4]· quia Diabolus, ut ſupra oſtenſum eſt, infantem ex aëre condenſato condere poteſt, & præterea, ut effatum ſagarum eſt beſtias, quæ à variis lac petunt, idq; veneficis adferunt, creare, Ergo, quod minus eſt, ſcilicet mutando ſpecies præſtare poteſt: Sed prius verum eſt, ergo & poſterius. Ad 1. Reſp. per inficiationem, probent illi fabulam ſuam popularem, & nos ſolliciti erimus quid reſpondendum fuerit: & ſanè qui præſtigia illa diabolica, pro veritate & propoſitione ſuo allegant, nihil aliud faciunt, quam ut petitionem primi coquant, quandoquidem adhuc ſub judice lis ſit, utrum lupi ejuſmodi tranſverſi homines ſint nec ne? Sicut rationibus & Wieri auctoritate ſuprà demonſtratum id extat. Ad 2. Reſp. Quod differentia ſit, mutari & alterari ſpecies, id eſt, ut fiat ex homine lupus, leo, ex leone, lupo, homo, & brutorum more vivere. Adeo quidem à
31 Deo † Nabuchodonoſor humiliatus eſt, ut qui Rex erat, nõ modo ſervus ſed & monſtrum abominabile inter bruta vitam degens & rationis expers factũ fuerit, non quod revera mutatus ſit in brutum animal. Diſtinguendum itaq;, ut modò dixi, animal brutum eſſe, & ſimile eſſe brutis per aliquam comparationem, vivere brutorum more, ſicut de Epicuræis dicitur, nonnulliſq; viris, qui inter bruta & feras beſtias enutriti vitam brutorum inſtar degerunt, ut de Romulo & Remo tradit Livius, de Habido filio Regis Gangaris Cureto Juſtinus *lib.*24. Deinde poſito veram metamorphoſin accidiſſe in Nabuchodonoſore, uti Bodinus omninò exiſtimat *de Dæmon. in loc. de lycanthropia.* ea certè Omnipotentiæ Divinæ, non Diaboli operibus eſt attribuenda, quanquam Deus Diabolo ac malis hominibus, unde illud homo homini Diabolus vel lupus, cum iniquitatem corripit ſuorum, eoſq; coërcet, tanquam ſecuri ſua, uti ſolent. Henrici ab Eſſern *in explicat. c.* 38. Ezech. *de Gog. & Magog.*

Melanth.

Digitized by Google

Melanth. *in d.c.4.Daniel.* ibi: talis fuit hujus Babylonici Regis imago, qui non ſolum fuit furioſus, ſed ut inſania ſit celebratior vagatur inter beſtias, in hac calamitate non ſolum amiſit regnum, ſed quod multo plus eſt, mentem. Ad quartum. Nullum eſſe antecedentis conſequentiam, licèt enim concedatur Diabolum rem ſemet moventem excitare poſſe, quemadmodum experientia probat, quod etiam homo mortalis artificiorem, ſe ut moveat, producere queat Unde illud de Archita, qui Tarenti columbam ligneam volatilem fecit. Gell. *lib.11.noct.atticar.* Non † tamen ſequitur indè, quòd crea- 32
turam Dei præſertim autem hominem ad imaginem ejus conditum realiter transformare & ſubſtantiare valeat. Deniq; inſtas: quinimò in vitis patrum legitur, quòd aliquando puella à Diabolo transfigurata Divo Hieronymo oblata ſit, ut precibus ad Deum effuſis reformaret ex beſtia hominem, qualis ante erat: Argumentaris, ſi ex homine vaccam, quidni & lupum creare poteſt Dæmon? Reſpondit Luther. in poſtillis dominicalibus, quod virgo illa nequaquam transformata fuerit, quemadmodum nec ipſi patres quicquam aliud conſpicere potuerint, quam verum ad ſe adductum hominē, ſed ſalrem impoſtor Sathan ſpectaculum triſte aliud exhibens oculos hominum excæcaverit, ut vaccam pro homine aſpicerent, etſi non exempla deſunt, quod aliquoties ſpecierum ſexus revera tranſmutati ſint, ſed fato ſingulari & Divino, ita ut mas fœmina & contrà fœmina mas factus ſit, Gœddæus *in l.195.ff.de V.S.*

Atq; tantum de lycanthropia; Cæterùm quæ inter † plebem rudem, 33
inprimis autem aniculas depravata conſuetudo paſſim extat, ut homines aut animalia bruta male ſe habentia benedictione ſignóve crucis, recitatione ſancti Evangelii Johannis, aut aliis amuleris uſurpantes, curare ſatagunt, dicendum pro re nata ea de materia quoq; eſſe arbitror, cum ea, quæ frequenter accidunt, plenius ſint attingēda, monitore JCto Paulo *in l.25.ff.de liberat.legata.* Et quidem hoc ſcribit Ammianus Marcell. *l.*19. qui ait, ſi remedia quartanę vel alius doloris collo geſtaret, veneficus reus capitis interibat, & *lib.*29. refert, viſum adoleſcentem in balneis admovere marmori manus utriuſq; digitos alternarim, vocatas, quæ literas numeraſſe ad ſtomachi ſedendas vel tollendas cruditates, remedium prodeſſe id exiſtimantem, gladio percuſſum fuiſſe. Præterea anum quandam ſimplicem intervallaris febribus carmina recitare conſuetam, ultimo affectam ſupplicio, quoniam vix, aut nunquam ſine magiæ ſuſpicione tutò quicquam ejuſmodi videbatur, præſumi aut attentari poſſe, unde Bodin. *de Domin.c.6.* refert, quod mulierem mulier quædam alia miſerè ægrotantem liberârit ſortibus, procidens in genua, demiſſo in terram vultu, Diabolum magna voce aliquoties compellans, unde ſanata fuerit tradendo verſibus aliquot annunciatis, buccellam panis ægrotanti comedendum. De hoc execrabili curandi modo judicium Auguſt. *in explic. Pſal.*34.

Sic eſt. Multi (*inquit*) in anguſtiis mortis conſtituti quærunt auxilium à Dæmonib. & per obreptitios Dæmones cõſulunt ſortilegos, ſollicitant, quid hoc aliud, quam inviſibiles hoſtes noſtros adire, qui animam expugnant, & nobis perſuadent non eſſe in Deo ſalutem? obſurduerunt illi ad Dei vocem dicẽtis: ſalus tua ego ſum. Nunc non audiamus, nec aliam ſalutem requiramus propter Dominum Deum noſtrum. Quare ſi à creaturâ vel ex aliquo medicamento aut medico aliiſque mediis ordinariis mihi liberatio contingit, à Deo eſt, ſi per hominem ſubvenit, ab eo eſt, ſi per Angelos ſuos, & illud eſt à Do-
34 mino, *hac Auguſtinus.* Cæterum Strabo *lib. 15.* teſtatur, quod in India ſint † incantatores, qui medicari credantur verbis, ſignis, & characteribus, atq; ſola hæc apud eos ſit medicina, ſicut carmine aliquo Podagricos ſanari refert Varro Iſchiaticos carmine ſolenni, Theophraſtus & Quintus *ſer. in medic. cap. 5.* Hemitritæi paroxiſmum curari putat verbo abracadabra, ſecundum modum quem exprimunt ſequentes verſiculi:

Inſcribens charta quæ dicitur abracadabra,
Sæpius & ſubter repetes, ſed detrahe ſummam.
Ut magis atq; magis deſint dimenſa figuris
Singula, quæ ſemper rapies & cætera figes,
Donec in anguſtum redigatur litera conum.
His lino nexis collum redimire memento.

Quanquam Franciſc. Valeſ. *de ſacra Philoſ. lib. 3.* diſputat, utrum verba ejuſmodi, characteres & ſigna quævis ſimilia vim faſcinandi, aut quod magis medendi habent. Sane hoc extra controverſiam manet, quod in nonnullis rebus naturalibus, gemmis, arboribus, plantis, &c. mirandæ obſtupendæ vires lateant, quæ ſua forma ſubſtantiali ſive occultâ proprietate, ut divinitus in primâ ſuâ creatione conſtitutæ, ita poſt lapſum hominis & maledictionem terræ illibatæ relictæ ſint, quæ ſemper eodem modo agunt in corpora, quibus applicantur, ſive ſua ſympathia vel antipathia. Quod autem ex his & ſimilibus inferre quis putaret (ſi ejuſmodi occulta vis & ἐνέργεια ineſt plantis, gemmis lapidibuſque aliis precioſis, quidni etiam ſenſibus voci articulatæ, &c. oculis idem tribuamus? Prout de Baſiliſco, quod ipſe aſpectu hominem interficiat, tradunt Phyſici) certè ad ridendi materiam ſuavis foret: Etenim quod refert, res illas naturales ipſæ ſanè, ut terra naſcuntur, ac ſine dubio ſingularia & extraordinaria ibi influentia dona recipiunt: Sic à natura peculiares ſuas ad morbos profligandos vires, & qualitates occultas ab elementis & conſtitutione influenti cooperante acquirunt, vide Peucer. *de divin. lib. 1. & ſeqq.* Godelman. *lib. 1. cap. 4. de cura morbi præſt.* Cæterùm ſermo, character, ſignum ut figuræ vocis & literarum ſunt, *l. 38. ff. de oblig. & act.* Donell. *in l. 8. de non num. pec.* ita quoq; per ſe & ex ſe, niſi iis tanquam inſtrumentis & ſacramentis ſuis ad incantationem perficiendam abutatur Sathanas in ſuo εἶναι, ſymbola

Digitized by Google

bola ad hominum mentem exprimendam ſaltem naturæ dono inventa & comparata ſunt & permanent: Argumentum de Baſiliſco allatum momenti nullius eſt, equidem n. conſtat, ut effatum Philoſophorum commune eſt nō interimi hominē ex ſolo aſpectū beſtiæ, ſed halitu potius ſuo admodū venenoſo, quem exſpirat adeò potentem & pernicioſum, ut & totam aliquam regionem contagio inficere poſſit. Ex his infertur, ut ſiquidem contingat, prout ſæpenumero fit, quemadmodum ex relatis modo apparet, quod verba, characteres, imprecationes & alia ſimilia amuleta operentur quicquam, id non verbis characteribus in ſe conſideratis, nec vi & occultæ cuidam qualitati, quam præ ſe eamet ferunt, adſcribatur, ſed Diaboli operibus, ſic colludentis, qui enim, ut calamitates propter peccata mortalium generi humano infligendi à Deo ſępe permiſſam poteſtatem habet, ſic eaſmet quoque curare mille artifex egregiè poteſt, & ſine adminiculo verborum & ſcripturarum ſolennium à ſuperſtitioſis hominibus interpoſitarum, vid. Melant. *in Poſtill. Dominic.* 24. *poſt Trinit.* ubi refert de puella † quadam ſcabie incurabili laborante in fronte, quomodo ea ſomnium habuerit, ut ex roſis, quæ erant capiti veneris impoſiti, faceret oleum, eoq; perungeret faciem, quodque hoc unguento ſit curata; Subdit ibidem Melanthon: Vnd hiemit hat der Teuffel auch ein ſonderlich Vnglück wöllen anrichten/ut confirmaret ſcilicet idololatriam ethnicam, vel potuit eſſe, quod Diabolus fuerit cauſa illius ſcabiei, daß er den Einſprunck gemacht habe / vnd jhn wider weg genommen. Sicut ſæpe fit, ut mulieres veneficæ tale quiddam faciant, zaubern einem Kohlen oder ſonſten etwas in ein Kleidt/vnd darnach können ſie es wider hinweg nehmen/ wann ſie wöllen / A. Spreng. *in malleo malef. paſſim.* infauſta ſtatua adoleſcenti aulico Imperatoris Henrici Tertii, ut obiter hoc addamus, qui cum annulum ſponſalicium ſtatuæ veneris, è cujus regione pila ludebat, digito extento ne ſub ludo annulum perderet, immiſiſſe, repoſcens annulum, invenit digitum ſtatuæ uſque ad volam curvatum, unde annulum diu luctatus extorquere nequivit, vid. Wolff. *cent. 1. lect. memor. pag.* 861. *& pag* 900. Atq; de illo incantatorum genere propriè agit *l. 7. Cod. de malefic. & math.* ibi: vel magicis artibus aſſuetus, cujus vigore arioli mathematici augures ultimo ſupplicio damnantur, ibi: cruciatus & tormenta non fugiat *d. l. 7. conſtit. crim. Car. V. artic.* 110. Pœna hujus † ſortilegii non capitalem eſſe, ſed pro arbitrio judicis vel pecuniariā vel leviorem corporis inflictivam eſſe arbitramur, ibi: Woruͤber jemand Zauberey gebraucht vnd niemand ſchaden gethan/ꝛc. 35 36

Exaſperandam † verò pœnam contra Cyngaros, quos vulgò appellamus Zigeuner/ qui ſortilegiis & arte divinatoria damnabili turpem quæſtum faciunt, ac inſuper raptu & lattoniciis vivunt falsò affirmantes Ægyptios ſe eſſe, cogi extorres domo eſſe propterea, quod majores ſui Deiparam Mariam cum ex Judæa propter Herodes tyrannidem in Ægyptum fugeret, hoſpitio excipere 37

excipere recuſaſſent. Quàm falſa commenta hęc ſint docet Johan. à Buchenb.
in itin. lib. 2. ubi dicit: pariter in Ægypto quoque ejuſmodi depravatam ar-
delionum colluviem incertis ſedibus circumvagari, Crantz. *in Saxo. lib.* 11. *c.*
2. Camerar. 1. *medit. hiſtor. c.* 17.

Denique dicendum hic eſſe exiſtimavi pro re nata, quid judicare opor-
38 teat de † cura & ſanatione ſtrumarum, verbis aliquot certis & ſolennibus re-
citatis, ut tangit te Rex, ſanet te Deus, uſitatâ Regibus Franciæ legitimè in
Regno ſuccedentibus, antiquis & receptis ceremoniis coronatis. Nam de
Franciſco Ferron. ſcribit: quod in Hiſpania ægros curârit ſtrumis, & Co-
min. *lib. 9. comment.* teſtatur de Ludovico I I. quod more Galliæ Regum cu-
rârit ægrotos, qui ſtrumâ vexabantur. Idem atteſtatur Pap. Maſſ. *lib. 3. annal.
Franc.* quòd cum anteceſſores Ludovici in curandis ſtrumis ſignũ crucis non
uſurpaſſent, ipſe cœperit primus omnium ſigno crucis uti, quam vim & vir-
tutem Regibus Galliæ à Deo datam cœlitus omnes uno ore aſtruunt, quem-
admodum & Plutarchus de Pyrrho Epirotarum Rege, in vitâ ejus ſcribit:
quod è liene laborantibus ſalutem adferre ſit ſolitus, de eodem refert Plutar-
39 chus, quod pollex † Pyrrhi vim Divinam habuerit, qui cremato poſt mortem
corpore, illæſus intactusq; ab igni repertus fuerit. Et teſtatur Crantz *in
Wandal.* quòd Epiſcopus quidam verbis ſolennibus precibusq; ad Deum
40 effuſis viſum cœcis reſtituerit. De † Comitibus ab Habsburg ſcriptores,
cumprimis Feb. Fabri *in hiſtoria Suev. lib.* 1. *c.* 15. quem refert & ſequitur Ca-
merar. *d. loco* referunt, quod tantum donum à Deo acceptum habuerint
Habsburgici, ut quicunque ſtrumoſus aut gutture globoſus de manu alicu-
jus Comitis illius familiæ potum acceperit, illicò ſanitati ſit reſtitutus, quod
ipſum ſæpè viſum fuiſſe teſtatur idem hiſtoricus *d. loco.* & Martin. Cruſ. *in
annalibus Suev.* meminit ſtrumoſorum Alſatiæ ſuperioris, in qua, *inquit*,
ſunt homines ſtrumoſi naturaliter, qui paſſim modò prædicto ſanati fue-
runt, & quod Comites iidem linguæ balbutientis oſculo dato hominem fa-
cundiſſimum effecerint, ſubdit ibidem auctor: proinde in vita Freder. I I. Im-
perator: recenſetur, quod Aſtrologus ab Imperatore interrogatus, cur tan-
tum honoris Rudolpho Habsburgenſi Comiti in aula ſua tunc verſanti ex-
hiberet? reſpondit: Mortuis filiis tuis quorum adhuc ſunt decem, ipſe & po-
ſteri ejus ad tua regna pervenient. Johan. Wolff. *lect. memor. cent.* 13. *pag.* 511.
vol. 1. Atq; tantum de veneficio, veneficis, eorumq; ſuppliciis. De recepta-
toribus, ſine quibus nemo poteſt diu latere, ut ait textus *l.* 1. *ff. de recept.* ſcili-
cet qui exemplo peſſimi maleficæ artis reum occultantes ſupplicio publico
ſubtrahunt, jus eſt, ut quoque ultimi ſupplicii pœna afficiantur. *l.* 1. *C. de ma-
lefic. & mathemat.* ſiquidem parùm aut nihil abeſt, quin & receptatores vene-
ficii, rei culpabiles quoque videantur. *conſtit. crim. Car. V. art.* 44. nam ſimi-
lis ſimili gaudet, & mulus mulum ſcabit, arg. *l.* 3. § *nullus. ff. de excuſat.* ut, quẽ-
admodum

admodum Bannitum recipiens domo menſave, bannum imperii hodie incurrit. *Ordinat. Cam. part. 2. tit.* 10. *conſtit. Car. V. Noribergenſi anno* 1522. & *receſſu Auguſtano anno* 48. *Receſſu Ferdin. Anno* 559. Nach dem aber / *Receſſ. Imper. de anno* 567. *Ratisbonenſ.* quoniam nec cum excommunicatis orare liceat. *cap. 2. de exc.* Plato 2. *de ll.* Livius *lib. 6. decad. 6.* Damhoud. *in pract. crimin. cap.* 134. Ferr. *in forma libell. ad revocat. feud.* §. *contra. num.* 4. *Dd. in l. finali. ff. abigeis.* Addit præterea dicta l. finalis † ſub comminatione dicti ſupplicii neve ad hoc quis occultet ariolum, ut ipſemet clandeſtinis ſuppliciis opprimat reum, ſiquidem inimicitias cum eo habet capitales, *d. l. finali.* §. *fin.* id hanc rationem habet, ne quiſquam in propria cauſa jus ſibi dicere præſumat. *l. 2. ff. de juriſdict.* cum ſingulis concedendum non ſit, quod per magiſtratum publicè licet, *l. 167. ff. de R. J.* Deinde ut criminoſi, qui publicè delinquere non erubuerunt, publicas quoque & in conſpectu omnium ſuſtineant pœnas, præſertim in loco ubi ſunt graſſati, ut conſpectu deterreantur alii à facinoribus. *l.* 28. §. 15. *ff. de pœnis.* quandoquidem multis perſonis graſſantibus exemplo opus ſit. *l. 16. §. 10. ff. eodem.* 41

Cæterum receptatoribus, de quibus modo commemoratum eſt, comparantur hi, qui aruſpices & magos prece vel precio, ſuaſionibus vel præmiis adpelliciunt, opera Sathanæ ſibi participantes, conſulentes eos ſuper caſibus futuris enarrandis & explicandis ſomniis, manifeſtandis theſauris, rebus furto vel alia ex cauſa perditis, non ſine ſcandalo & exemplo peſſimo, quæ ſortilegia licet à cultibus Ethnicorum diabolicis parùm vel nihil diſcrepant, & per adventum Chriſti in carnem, confuſa & debilitatâ Diaboli potentiâ morte & reſurrectione Chriſti ab incarnationis filii Dei ſeculo oracula aliaq; ea frumenta Diaboli abominanda captioſa & doloſa paulatim ſilere & obmuteſcere ceperint, non tamen interea veterator ille planè quievit, ſed mille artifex, qui in filiis incredulorum potens eſt, quod olim per ſtatuas, ſimulacra, idola ſculptilia præſtabat, hodie quod deplorandum eſt, per ſimulacrum non factum manu artificis, ſed ipſius Dei æternâ providentia, ut eſſet imago ejus perpetua, *Geneſ. c. 3.* templumq; & officina Spiritus ſancti, ut ait Apoſtolus voto perficit.

Atq; hinc inter † mortales tot arioli, ventriloqui, aruſpices, qui in hodiernum quoque diem, & quidem numero plures, quot apud Delphas Phitonici erant, exiſtunt: ventriloquentem puellam fuiſſe, cujus in actis *Apoſt.* 15. fit mentio, auctor eſt Auguſt. Cælius Rodign. teſtatur, ſe ipſum ventriloquam vidiſſe, de cujus pudendis vocula quædã, cum ſederet, emigraverit, reſpondẽtis ſciſcitantibus, Nicetus. Chron. *quoq; in ſuis annal. c.* 16. ſcribit, quod ejuſmodi mulier Andronico Imperatori ex imperatoribus Græcis exitium ſuum & interitum prædixerit, quemadmodum Saulus Pythoniſſam conſulens irruentibus contra ſe Phyliſtinis ſuam ſuorumq; internecionem & exitium 42

tium exploravit, 1.*Samuel.c.*20. Ex hac cauſa pœna jure civili non plus æquo durior adverſus hos, qui aruſpices illos Diaboli mancipia prece vel precio conſulunt, conſtituta videri poteſt, *l.3.c. de malef. & math.* eſt autem pœna illa publicatio bonorum & in inſulam miſſio vel deportatio, *d.l.3.C. de malef.& math.* jure Divino *Deut.* 18. Jehova comminatur extirpare eos à facie ſua, qui obſervant ſomnia atque auguria, maleficos incantatores, eosq; qui Pythonem conſulunt & quærunt à mortuis veritatem, *Deut.d.loco* ſæpenumero, ut exempla probant, ipſe Deus legem juſtitiæ ſuæ exſequitur, permittens Diabolo poteſtatem in eos, qui per ſortilegia & magiam deteſtabilem, opus & conſilium ejus quærunt & requirunt, ita fit, ut regulariter hi pariter ac ipſi conſulti aruſpices & præſtigiatores extremum incurrant corporis animæq;
43 periculum & interitum. De † Lupoldo Duce Auſtriæ fratre Friderici tertii Imp. Romani narrant hiſtorici, quod cum Cacadœmonis operâ, conſulens deſuper ariolos & magas, fratrem ex cuſtodia Ludovici Bavari liberare attentârit, ita à ſpectro percuſſus fuerit, ut paulò poſt vita defungeretur, Bodinus
44 *in præfat.de Dæmon.* hoc ſcribit: quod cum magis † quibus clam captivis ea, quæ confiterentur, non crederent viri nonnulli, placueritque ipſis experiri rem, quæ geri narrabatur, ſeq; mago uni ducendos permittere, itaq; abducti, cum ſeorſum in loco aliquo ſtantes, res quidem mirandas ſed abominandas proſpectarunt, Diabolus autem, qui ab eis ſe non videri finxerat, tam ſtrenuè verberavit eos, ut poſt dies quindecim obirent mortem. Rectè ergo Auguſtinus *de Civit. Dei, lib.3.c.*22. ait: quod Dæmones ſint ſpiritus nocendi cupidiſſimi, à juſtitia penitus alieni, perfidi, lividi fallaciâ callidi. Et Bodin. *in d.libro* toties teſtatur & refert, quod Sathanas nunquam benefaciat, niſi ut gravius ex eò retrudat malum, adeoq; naturæ Dei adverſatur, qui nullum malum permittat fieri, niſi ex malo ſequatur bonum. Porrò de juvene aliquo refert Siffridus Presbiter *in Epitome lib.* 11. qui cum opera magi, cujuſquam adamatæ puellæ compos fieri ſperaret, Diabolus ei in forma puellæ apparuit, juvenis manum, ut in complexus illius veniret, extra circulum magicum extrudens, ſtatim à Sathana abripitur, parieti alliſus in fruſtra diſcerpitur. Quanquam olim in Hiſpania necromantiæ ars adeo floruerit, ut publicè doceretur in Academia Salamantica, teſtis eſt Wolff. *lect. memor. p* 620.*cent.*14. cujus profeſſor fuit Petrus Aponenſis, qui palam ſcripſit, ſe gloriam æternam conſecuturum necromantiæ auxilio. Wolff. *d.loc.* Eadem arte claruere ſacerdotes in oppido Marcorum, quando illud à Ferdinando Neapolitanorum Rege anno 1462. obſidione ingenti premeretur. Traxerunt illi imaginem Chriſti crucifixi (pro pluviis eliciendis, quoniam obſeſſi defectu aquæ maximè urgebantur) ſecum extra urbem noctu, maledictis illam prius ac diro proſecuti carmine, poſt in mare exſecrabundi immiſerunt, cœlo mari terrisq; tempeſtatem imprecari. Quo tempore aſino ante fores conſtituto templi, fune-

funeſtum carmen tanquam animam agenti cecinêre, ſubinde divinâ Euchariſtia in os aſini palatumque injectâ, jumentum pro templi foribus vivum humavêre. Quo peracto ſcilicet ſacro, ventus & pluviæ creatæ paſſim decidêre eæq; tam validæ, ut ciſternæ non modo implerentur, ſed tonitrua quoq; grandia in aëre audirentur, Wolff. *cent.* 15. *pag.* 907. Eadem edoctus Magia quidam † presbiter in Francia prædii alicujus ad alium locum ſacrum perti- 45
nentis decimis inhians, à prædii illius Domino in judiciũ vocatus, atq; damnatus eſt, qui propter hanc jacturam prędii Dominum odio quàm maximo proſecutus, cum venefica quadam conſpiravit, atq; cum ea de ulciſcendo hoc facto communicavit, illa ulciſcendi rationem ita ſuaſit, ut nimirum bufonem acciperet (quem ipſa in olla ei datura ſit) quem tanquam infantem baptizaret, & ei nomen Johannis imponeret: præterea ut etiam hoſtiam conſecraret, eamq; Johanni bufoni comedendam præberet, &c. deniq; hoc exacto reſtitueret veneficæ bufonem. His omnibus ſecundum veneficæ juſſum expeditis Eccleſiaſtes bufoné veneficæ reddit, qui ab ea ad pulverem combuſtus aliisq; veneficiis commixtus alicui liberorum ſuorum traditur, cum mandato, ut in ædes Domini prædii prandii tempore perferret, curaretq; ut vel in cibum vel in potum conjiceretur. His ita à puella ſecundum matris præceptum peractis, intra triduum dictus prædii dominus una cum uxore atque filio è vita diſceſſit, venefica capta & combuſta fuit, Eccleſiaſticus verò per munera & collegarum favorem liberatus eſt. Enguerran. *de monſtr. in Chron. Gallic.* quem refert Wolff. *cent.* 15 *pag.* 959. *tom.* 1.

CAPUT XXIII.

DE HOMICIDIO NECESSARIO.

SUMMARIA.

1. *Homicidium neceſſarium quid?*
2. *Defenſio eſt juris naturæ.*
3. *Quid ſi quadrupes occiderit vel læſerit?*
4. *Si quadrupes hominem occiderit, an teneatur dominus?*
5. *Aggreſſor occiſus ſemetipſum occidiſſe dicitur.*
6. *An provocato dolus imputari poſſit?*
7. *Dolus quomodo probari debet?*
8. *Bonus quiſq; præſumitur.*
9. *Ex quibus circumſtantiis dolus probetur?*
10. *Vim vi repellere licet.*
11. *Neceſſitas doli præſumptionẽ excludit.*
12. *Quid conſtit. Car. V. de moderamine inculpatæ tutelæ?*
13. *Quid allegandum in puncto probandæ innocentiæ?*
14. *Quis dicatur inſultare?*
15. *Nemo tenetur primum expectare ictũ.*
16. *Quid ſi provocatus in fuga occidat provocantem?*
17. *Quomodo amicus poſſit juvare amicũ vel conſanguineum periclitantem?*
18. *Qui intercedere poſſint ratione conſanguinitatis pro aliis, ipſi manu defendere poſſunt alios, & allegare defenſionem neceſſariam.*

19. *Pater defendit filium & vice verſa.*

20. *Frater fratrem defendit & maritus uxorem.*

21. *Sponſus ſponſam defendit.*

22. *An corrivalis corrivalem occidens extraordinariâ pœna ſit afficiendus.*

23. *Socius defendit ſocium.*

24. *Servus defendere tenetur dominum, uti & vaſallus vel famulus dominos ſuos.*

25. *Fidelitas ſervi Panopionis commendatur.*

26. *Extraneus clamans, accurrite, accurrite, defendi debet.*

27. *Amicus amicum defendere debet & quivis patriam.*

28. *Fur ſe telo defendens occidi poteſt.*

29. *Maritus occidens adulterum in flagranti crimine, non tenetur pœna l. Corneliæ ordinariâ.*

30. *Miniſter juſtitiæ occidens reum quando teneatur?*

31. *Præſumptio præſumptionem tollit.*

32. *Iudex peſſimum animal juſtitiæ expers.*

33. *Pater occidere poteſt filiam in adulterio deprehenſam.*

34. *Author ſeditionis impunè occiditur tumultuante turba.*

35. *Furi offendiculum poni poteſt, quid ſi is inde pereat, an teneatur ille, qui ſtruxit inſidias?*

36. *Injuſtè carceratus an occidere queat cuſtodes carceris?*

37. *Debitor vagabundus occidi poteſt, ſi telo ſe defendat adverſus creditorem, ipſum in fuga capturum.*

38. *De duellis vide notabilia.*

39. *De probatione per ferra candentia & aquam frigidam.*

40. *Bannitus ob deliﬅum ſive ob contumaciam, occidi poteſt impune.*

41. *An bannitus inſultatus ſe defendere poſſit?*

42. *Omne homicidium ex propoſito præſumitur factum, donec contrarium probetur.*

43. *An occidens bannitum, ſalvum conductum habentem, teneatur pœnâ ordinariâ?*

44. *Facta ſcire nemo præſumatur.*

45. *Bannum decernit ſolus Imp. Camera vel judicium Rotvvcilenſe.*

46. *Si bannitus inſultatus dicat ſe habere ſalvumconductum offenſor verò nihilominus ipſum lædat, an & quomodo teneatur?*

47. *Bannitus à ſententia banni appellans an offendi debeat.*

48. *Appellans qui attentat pendente proceſſu, cauſa cadit.*

49. *Exploditur diſtinctio Bartoli & Blanci quoad quæſtionem præſentem.*

50. *An pendentibus fatalibus appellandi bannitus occidi poſſit impune?*

51. *Adverſus fœminam defenſio neceſſaria allegari poteſt.*

52. *Fœmina ipſa hac defenſione uti poteſt.*

53. *Hiſtoria aliquot recenſentur fœminarum armis aſſuetarum.*

ATque tantum etiam de homicidio voluntario nõ violento: dicendi nunc
1 locus ſe offert de homicidio † neceſſario, quod eſt cædes de neceſſitate ad ſuam ſuorumq; defenſionem commiſſa. *Conſtit. crim. Car. V. artic.* 139. de homicidio hoc ita diſponit, welcher eine rechte Nothwehr zu Rettung ſeines leibes vnd lebens thut/ vnd den jenigen der jhnen alſo benöhtiget / in ſolcher Nothwehr entleibet/ der iſt darumb niemand nichts ſchuldig.

2 Idq; 1. cum defenſio † ſit juris naturalis, omni jure permiſſa, brutis pariter ac hominibus propria, & competens, *l.* 45. *§.* 4. *ff. ad l. Aquil. l.* 3. *ff. de juſt. & jur. l.* 1. *C. unde vi. l.* 1. *§. l.* 3. *§. ff. de vi & vi armata. l.* 1. 2. *C. quando licet unicuiq; &c.* Gail. 2. *obſerv.* 110. Julius Clarus 5. §. *homicid.* Cujat. 5. *obſervat.* 18. Hyppol. de Marſil. *in §. quoniam. num.* 79. atque hinc deciſio & diſtinctio Quinti M. ſiquidem pauperiem quadrupes fecerit, relata ab Ulpiano *in l.* 5. *§.* 11. *ff.*

§.11.ff.ſi quadrupes pauper.feciſſe dicat. ut ſi quadrupes † bos, aries,aliudve a- 3
nimal, provocavit feritate & laſciviâ commotum,idq́; ab animali provocato
lædatur vel occidatur, ceſſet legis Aquiliæ actio. Cæterùm ſin animal pro-
vocat occidatur, dominus animalis occiſoris teneatur. *d.l.1. §. 11.* Porrò con-
ſtitutio criminalis Car. V. *artic.* 136. de quadrupede pauperiem faciente,
hominem vel beſtiam occidente,lædente, hoc ſtatuit: ut ſiquidem † animal 4
tale ſit,cui genitalis ineſt feritas idq́; dimittere de ſe negligat,vel cuſtodia cul-
pa aut caſu evadere ſinat dominus, pœna extraordinaria homicidii, ſi homo,
de damno ex l. Aquilia cum beſtia inde perierit, eoq́; gravius mulctetur, ſi
antè à judice vel loci magiſtratu feram cuſtodire vel demittere juſſus præce-
pto non paruerit. *argumento d.l.1.l.3.ff.ſi quad. paup.feciſſ. Exod.* 21. Menoch.
2.de arbit.jud.caſu 366.

2. Quoniam † aggreſſor in alium faciens impetum, non ab aggreſſo, 5
ſed à ſeipſo,qui cauſam homicidii dedit, occiſus videatur. Clement. *unica. de
homicidio.l.52.§.1.2. ubi Dd. ff.ad l.Aquil.conſtit.crim. artic.*138.*Exod.*21.*verſic.*
17. ibi: occiſum in manus occiſoris dedit dominus: Auguſt. *de civitat. Dei.
lib.*18.*c.*18. ut idcircò non paucis placuerit concludendum, † provocatum nō 6
videri in dolo exiſtere, *Dd. d. loco.* qui delictorum cauſa formalis eſt, quoad
pœnam ordinariam inferendam, *c.ſignificaſti.* Clementin.2.*de homicidio.l.1.C.
ad l.Cornel. de Sicar.l.1.§.3. l.4.16.ff.eodem.* Bart.*in l.1.§. non autem.n.*1.*ff.ſi is qui
teſt. lib.eſſe.* Dec.*conſil.*482.*num.* 7. *& conſil.* 622.*num.* 1. Pariſ. *conſil.* 161. *vol.*
1. Et hoc uſque adeo verum eſſe conſtat, ut nedum lata culpa hic æquipare-
tur dolo, non refragante *l. 32.ff. depoſiti*, nempe quæ in contractibus ſaltem
habet locum, tradunt *ex l.4.ff.ad l. Cornel.de Sicar.* Bart.*in d l.1.& l.7.de agri-
colis & cenſitis.* Salyc.*in l.1.C.h.tit.* Anton. Blancus *de indic.§.viſis indiciis.n.*13.
Inde juris hæc nata ætiologia: Quod † dolus non niſi certis rerum argumen- 7
tis probetur, nunquam præſumatur. *l.18.§.1.ff.de probat.& præſumpt.l. dolum.
C.de dolo malo.* ergo nec animus occidendi.*l.51.ff.pro ſocio.* Decius *conſil.*243.
num. 5. ubi hoc addit: ut ſi actus aliquis, res patrata ſiniſtram æquè ut bonam
recipiat interpretationem, ea paſſim admittatur ſententia, quæ vitio caret.*l.*9.
ff de ll. d.l.51.ff. pro ſocio. Bart. *in l.8 §.5.ff.de novi operis nunciat.* Blanc.*d.§.num.*
130. Quilibet enim † præſumitur bonus, donec contrarium probatur. *c.fi-* 8
nali. de præſumpt.l. 77.§.25.*ff.de legat.*2 Natura bona eſt à ſuis principiis, qua-
lia autem principia, talia præſumuntur principiata. *d.c finali.* à dolo excuſet,
quælibet cauſa, quidni fatalis, ſi fatua ſufficit? *l.12 ff.de liberali cauſa.l.1.ff.ſi quis
jus dicenti non obtemp.* Blanc. *de indic pag.*249. Ex adverſo autem dolus pro-
batur ex eo, quod reus rei illicitæ dederit operam. *l.5.C.de injuriis.l.52. §.1 ff.
ad l. Aquil.l.2.§.doli mali.ff.de vi bonor.rap.* vel ex aliis † cauſatum figuris vel 9
circumſtantiis, ut à loco, tempore, genere armorum & ex ipſa vi & violentia
prævaricantis. Bart.*in d.l.1.C.de dol.malo.* Alexand.*conſil.*103.*volum.*1.

 3. Quod

10 3. Quod † vim vi repellere liceat. *d.l.3.ff.de juſt.& jur. l.1.§.ut crim.ff.de*
vi & vi armata. quod ſi licet jure permittente propulſio violentiæ pœnam
non mereri poteſt, *l.22.C.de pœnis.* Bald.*in l.11. C. de his qui accuſ.non poſſ.* Ad-
de quod inſultatus vi & vi armata, præſumatur feciſſe quævis ad ſui defenſio-
11 nem, nam & † neceſſitas doli præſumptionem excludit. *c. 1. §. ſi quis. ubi FF.*
de pace tenenda. in uſib. feudor. c. ſignificaſti. Clement. 2. *de homicidio.* Bart.*in*
d.l.51.ff.ad l.Aquil. c.non inferendo. 23.*q.*3. Decius *conſil.* 678.*num.*4. neceſſi-
tas legem neſcit, cujus causâ contra communes juris regulas plurima per
conniventiam tolerantur. *l.7.ff.ad SC. Trebell.l.1.ff.de damn.infecto.* Tiraquel.
de pœnis cauſa 33. informatur verò vis propulſata demum, & producit hanc
juris prærogativam, ſiquidem defenſio, vis illatæ propulſatio cum modera-
mine inculpatæ tutelæ fiat. *d conſtit.crim.Car.V.artic.* 139. Bart.*& Dd.in l.3.de*
juſt.& jur. l.1.C.unde vi. ut cum non potuerit inſultatus aliter ab offenſione ſe
liberare & tueri, præterquam ſi occideret aggreſſorem.
12 Porrò † moderamen hujus neceſſariæ & inculpatæ tutelæ & quibus in
terminis ea conſiſtat? declarat eadem conſtit. Car. V. *artic.* 140. ibi: So ei-
ner jemand mit einer tödtlichen Waffen oder Wehr vberlauffet / anficht vnnd
ſchlägt / vnd der Benöhtigte kan füglich ohne Fährlichkeit vnnd Verletzung ſei-
nes Leibes / Lebens / Ehr vnd guten Leumuts nicht entweichen / der mag ſein Leib
vnd Leben / ohne alle Straffe durch eine rechte Gegenwehr retten / vnd ſo er alſo
den Benöthiger entleibte / iſt er darumb nicht ſchuldig / iſt auch mit ſeiner Ge-
genwehr biß er geſchlagen wird / zu warten nicht ſchuldig / ꝛc.
13 Ex quibus † practica elicitur talis ſecundum Dd. communiter, nempe
quòd ad obtinendā abſolutionem & abolitionem homicidii commiſſi reus
in puncto purgationis vel innocentiæ allegatione duo hæc ponere & proba-
re debeat. 1. provocationem. 2. neceſſariam defenſionem. Bart.*in l.45.§.4.ff.*
ad l.Aquil. & in l. 9. ff. h.t. Dd.in l. 1.C. unde vi. provocatio autem ſufficienter
allegata inde videtur, ſiquidem narratum ſit, quòd armata manu & gladio ſtri-
cto reus ab occiſo fuerit inſultatus, quandoquidem per ejuſmodi armorum
terrorem in vita diſcrimen adduci quis dicatur, *l. 1. c. unde vi. l.3.§.9.§.6.ff.de*
14 *vi & vi armata.* Alexand. *conſil.* 109. *volum.*1. hinc Italicum illud: humo † aſ-
ſultato, mezo perduto: licet plagis & ictibus nondum ſit infeſtatus, quos ne-
mo expectare tenetur, *l.ſed etſi.ff.ad l.Aquil.l.3.l.4. C.ad l. Cornel.de ſicar.l.1.c.*
15 *quand.lic.unicuiq; ſe defend. conſtit. Carol.V.artic.*140. etenim † ſatius eſt ma-
turate currere tempore, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere,
d.l.1.c. quand. licet unicuique, &c. & optimum prævenire quam præveniri:

Helleborum fruſtra cum jam cutis ægra tumeſcit,
Paſcentes videas, venienti occurrite morbo.

Sed quæritur hoc in loco, quid ſi provocatus modum tutelæ inculpatæ exce-
dat, & aggreſſorem in fuga occidit, an pœnâ ordinaria legis Corneliæ tenea-
tur, ne-

tur: negat *Dd. in l.3. ff. de J. & J.* idq; propterea, quoniam, ut modo dictum eſt, in provocato non præſumatur dolus, animusq; occidendi, nec vindictæ ſtudium, ſed potius defenſionis neceſſitas: Adde quod peccata mortalia accipiant ſpecies non ab his, quæ per accidens veniunt præter intentionem agentis, ſed ab eo, quod eſt per ſe intentum, ut dixit Thomas de Aquinat. *2. q. 158.* Imò ex voluntate & propoſito delinquentis maleficia diſtingui ait JCtus *in l.53. ff. de furtis.* Deinde † provocatum relevat, quod commotus intenſo & 16
juſto dolore, qui delicta extenuare ſolet, adverſarium occiderit, *l. 3. §. 8. ff. ad Jul. de adult.* allegari quoque poteſt, quod vulgo ſolet adduci, aggreſſum ex improviſo carere plenitudine intellectus: Et quod improviſus inſtãtis periculi caſus rectum judicium & conſilium deliberandi tollat, hinc quoq; cõmuniter dicunt: Quod provocatus non habeat ſtateram in manu, ut poſſit dare ictus vel vulnera ad menſuram, *c. olim. de reſtit.* ſpoliat. *d. l. 38. §. 8. ff. de adult.* Bald. *in l. 3. ff. de J. & J.* Alexand. *conſil. 119. volum. 7.* Planè tam favorabilis defenſio eſt, ut quoq; † amicus provocati, ſi intercedendo, opemq; præſtan- 17
do periclitanti, occidat aggreſſorem, excuſetur à pœna ordinaria, Angelus *in tract. malefic. in verbo, idem Titius. num. 19.* Bald. *in d. l. 3.* Quod theorema per rationem urgentiorem ſtringit, quoties neceſſitudo aut vinculum ſanguinis cum provocato intercedit. Cum injuria uni illata de domo intelligatur facta toti conſanguinitati, Bald. *in l. 4. c. ſi quacunq; præd.* Gail. *2. obſerv. 110. nu. 19.* Blanc. *de indiciis. pag. 307.* referuntur autem † ad claſſem perſonarum ejuſ- 18
modi, quibus jus eſt allegandi moderamen inculpatæ tutelæ pro amicis, omnes in genere, quæ pro defenſione aliorũ intercedere jure poſſunt, in quorum numero ſe offert.

1. Pater † defendens filium, Bald. *in l. 1. c. unde vi. num. 19.* Quoniam 19
pater & filius pro unâ & eadem perſona, fictione juris habentur, *§. 5. ubi interpp. inſtit. de inutil. ſtipul.* ita ut injuria illata filio, patri facta cenſeatur, Bart. *in l. 1. ff. de injur.* uti in relato filio & heredi incumbit, defuncti exiſtimationem defendere offenſam, vindicare ab injuriis, *d. l. 1. §. 6. ff. de injuriis.* cum filius hoc ipſo offenſus meritò etiam dicatur ſcilicet pars & portio viſcerum paternorum, *l. 1. ff. de cont. & comm. ſtip. l. 8. ff. quòd metus cauſa,* unde Dido ad Æneam:

Forſitan hanc gravidam Dido ſcelerata relinquis,
Parsq; tui latitat, corpore clauſa meo.

2. Filius defendens patrem, Bald. *in d. l. 1. num. 20. c. unde vi.* qui ſi negliget ſalutem patris, eumq; reliquit indefenſum, pœnâ extraordinaria eſt afficiẽdus, vide Bart. & *Dd. in l. 6. ff. de parricidis.* de nepote idem eſt receptum, *arg. l. 120. ff. de V. S.* ubi Gœd.

3. Frater defendens fratrem, *argum. l. 54.* ibi: placuit affectus rationem habendam, *ff. mandati. l. 1. 2. ff. de tutelis.* Atque hinc eſt, † quod frater 20

Digitized by Google

de injuria facta fratri, ſi cognitionem de maleficio habeat, judicare non poſſit, ne in cauſa propria jus dicere videatur, *l.10.ff.de juriſd.* ubi Zaſius Blancus *de indiciis pag.*309. quod ipſum etiam ad conſanguineos & affines extendit Bart. *in d.l.3.ff.de J. & J.* Salycet. *in l.unica.c.de raptu virg.* Car. *in prax.crim.§.circ.num.*46. Tiraquell. *de pœn. cauſ.*51.*n.*66. ibi: æquè non punitur interficiens aggreſſorem conſanguinei ac ſui ipſius, &c.

4. Maritus defendens uxorem, cum carnem eandem conſtituere, unumque corpus cum eadem facere cenſeatur, *c. admonere.* 3. *quæſt.* 2. *l.* 3. *ff. de liberal. cauſa.* non contra uxor defendens maritum, ſiquidem defendi uxores à viris, non viros ab uxore æquum eſt. Paul. *in l.* 47. *ubi Dd ff. de injuriis.*

21 5. Sponſus † defendens ſponſam, Bald. *in d. l.* nempe ex cauſa zeli & amoris intenſi, quo invicem combinantur, vel quod de ſponſa non ſecus ac de uxore idem hic, uti in aliis juris partibus, jus & judicium ſtatuendum ſit, *l.16.ff. de ſponſalibus l.13.§.8.ff. ad l. Juliam de adult. l.5. C. de bonis, quæ liberis.* nuptias enim non concubitus ſed conſenſus facit, *§.1.2. ubi Dd. inſtit. de nupt.* Unde & hoc promanare videtur, quod ſponſus amoris æſtu occidens

22 corrivalem extraordinaria pœna plectatur, Clarus *in §. finali. q.* 60. *num.*10. Tiraquell. *de pœnis cauſa.* 4. Andr. Gail. 2. *obſ.* 110. *num.* 23. qui exiſtimat, eo ſaltem caſu procedere illam doctrinam, quoties circumſtantiæ delicto inſunt, quæ alias homicidii cauſam extenuare ſolent, utpote ſi proponatur provocatio † corrivalis, vel quæ magis jure communi excuſat, vis armata facta corrivali. Dd. citato loco. Sed quorſum hæc additio? ſanè ſi requirantur hę circumſtantiæ, res in regulas juris communis cadit, & nulla hic datur prærogativa, ſi amor planè venereus illaudatus neſcio qua in parte excuſabit homicidiū remotis illis circumſtantiis, quidni amor honeſtus? cui nonnihil concedendum: vulgò diſtinguitur inter ſponſam de pręſenti & de futur[illegible] cum n. de præſenti à legitima uxore non differat, certè ſponſus non niſi ad [illegible]terum corrivalē habet. Cæterum quomodo vero marito permittatur vindicta adulteri, ſupra de adulterio paſſim eſt enucleatum, quoad ſponſam de futuro ſuſtineri poteſt doctorum præcitatorum traditio: De amoris furore ſcribit Seneca *in Medea.*

Cæcus eſt ignis ſtimulatus ira,
Nec regi curat, patiturve frenos.
Haud timet mortem, cupit ire in ipſos
—— —— —— *Obvius enſes.*

Deteſtabile facinus Cæſaris Borgiæ filii Alexandri 6. Papæ, qui cum ſuſpectum haberet corrivalem, quendam germanum Baſilienſem, ante fores amaſiæ eum noctu ſuſpendi curavit, Wolff. *cent.* 15. *lect. mem. p* 948.

23 6. Socius † propriè ſic dictus, *in tit. ff. pro ſocio.* vel cohabitationis cōtubernalis, itineris comes dictus, defendens ſocium: Bald. *in d.l.1. C. unde vi. num.*24. *argumento l.15.§.19.ff. de injuriis.* Addunt Doctores ibidem paritate

rationis

rationis id dictitante, quod hoc caſu ſocius non modo defendi ſociũ debeat, ſed quod ſocius occiſoris impunè poſſit occidi. Bald. *d. loco*. Blanc. *de indiciis. pag.*311.*per l.*1.*C. de raptu virg. l.*54.*C. de Epiſc. & Cler.*

Servus † defendens dominum.*l.* 9. *de manumiſſ. vindict.* quandoquidē jure ita comparatum ſit, ut ſervus periclitanti domino opem ferre teneatur etiam cum jactura & diſcrimine vitæ & ſalutis ſui ipſius. *Dd. in d. l.* 40. Quapropter † commendatur ſervus Panopionis, is enim cum vidiſſet latrones ad occidendum dominum advenisse, mutatâ cum domino veſte & annulo, eum clam poſtico emiſit, ſe autē in lectum recipientem, ut Panopionem occidi paſſus eſt, Valerius Maxim. *de fidelitate ſervor.* Quod jus alii ad libertum & vaſallum extendunt, Eberhard. *in topica in loco à libert. ad vaſall.* Frid. Schenck. Hottoman. Petr. de Rav. *tit.* 5. *lib.* 1. *feud.* Alii ad famulos & hodiernos miniſtros domeſticos extendunt. Blanc. *de indiciis pag.*311. 4? 25

8. Extraneus † ignotum defendens in periculo vitæ conſtitutum atque clamantem: accurrite, accurrite, *Dd. in l.*3.*§.*9. *ff. de vi & vi armata l.*12.*§.*1.*ff. quod metus cauſa.* 26

9. Amicus † amicum defendens, nam amicitia ſingularis neceſſitudini & juri ſanguinis comparatur. Bald. *in l.*3. *de juſt. & jur.* Jaſon *in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrimonio. num.*7.4. Hyppol. de Marſil. *in tract. de fidejuſſ. num* 143. *& ad l. unicam. num.*210.*C. de raptu virgin.* Blanc. *de indiciis. pag.*311. *& pag.*338. & amicorum una mens & anima eſt in diverſis habitans corporibus, tradit Cic. *ad Scævolam.* Homini amico qui amicus eſt, ita ut nomen poſſidet, præter Deum nihil præſtare arbitror, ait Comicus. Pares cauſis hiſce ſic recitatis innocentiæ & inculpatæ cædis excuſationis relevantes ſunt: 27

1. Defendens patriam ac ſubinde homicidium committens. *l.*35. *ff. de relig. & ſumpt fun.* ubi Marcell. JCtus minimè lugendum ex inſtituto majorum putat eum, qui ad patriam delendam & parentes & liberos interficiendos venerit. Adeò ut ſi filius patrem, ut patrem filius occidiſſet, ſine ſcelere id eſſe, imò præmio afficiendum occiſorem, *d. l.* 35. major ſiquidem & antiquior eſt patria, parens, parenti & amicis præferenda, Cic. *lib.* 1. *de Republ.* hinc Alexander Magnus parentes & amicos, quos malos reperit, à ſe dimiſit, dicens: His charior eſt mihi patria & reſpublica. Si igitur homicidium pro defenſione parentum amicorum commiſſum inculpabile eſt, quanto magis patriæ & reipublicæ hoſtem occidere impunè licebit. *d. l.* 35. *ff. de rel. & ſumpt. fun.*

2. Occidens † furem telo ſe defendentem, *c.*2. *de homicidio. l.* 9. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. l.*54.*§.*2.*ff. de furt.* 28

3. Maritus † occidens adulterum deprehenſum in flagranti crimine. *l.* 38.*§.*8. *ff. de adult.* Etenim hunc dolor juſtus, quem temperare difficillimum eſt, excuſat, *d. l.*38 *l.*7.*§.*5. *ad l. Jul. repet.* atque hinc eſt quod judex, qui calore 29

iracun-

iracundiæ interfecit innocentem, puniatur pœna extraordinaria. *l.1.§.5.ff. ad SC. Turpillian. l.48.* ubi Decius *ff.de R.I.* Cæpolla *conſil. 42. num. 6.* ubi ait: lex parcit juſtiſſimo doloti, tamen ut non teneatur, ſed mitius puniatur pro arbitrio judicantis. Hippol. de Marſil. *in §.quoniam.num.66,* Blancus *de indiciis pag. 233.*

30 4. Miniſter † juſtitiæ occidens reum criminis ad mortem condemnatum, *c.homicidium.quæſt.5.* utpote quem excuſat officii, quo fungitur, neceſſitas, *l.22.ff.de iis, quibus ut indig.* Adde militantem præſumptionem pro magiſtratu & executore, qui rectâ & juſta ratione & intentione nõ injuria videatur quenquam voluiſſe prægravare, *l.13.§.1.§.7.ff.de injur.* ubi Bart. *Alc. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 9.* Gylman. *tom. 2. in præjud. Cameral. p.285.*
31 modò ne quid intercedat, quod præſumptionem illam elidere poſſit, cum † præſumptio fortior & veriſimilior præſumptionem conſumat debiliorem, *c.quia veriſimile.ext.de præſumpt.* Blanc. *d. indic. pag. 339.* Bald. *in l.final. C.de hered.inſtit.* Quare ſi ex adverſo miniſtrum illum juſtitiæ, vel magiſtratum officii limites excedentem præter fas juſtitiamque dol●sè & hoſtiliter ſæviiſſe proponatur, non ſecus ac graſſatores publici & famoſi latrones id expiabunt. Quemadmodum ex adverſo ſi delatum ad ſe crimen punire neglexerint, ſtatuitur, ut eandem pœnam ipſi ſubeant, quam criminoſis connivendo remiſerunt, *Dd.in l.3.Cod.de Epiſcop.audient.& l.3. C.de his, qui accuſ. non poſſunt.* Quandoquidem judex dicatur quaſi jus dicens populo, unde intelligendum eſt, ut ſiquidem à juſtitia alienus, tyrannus & homicida factus fuerit, inde omninò conveniendus ſit, quemadmodum in caſu converſo, ubi dimittit reum nocentem, exindeq; homicidam audaciorem facit, ulteriorem delinquendi licentiam eidem permittens, homicidii cauſam præbere dicatur, *Dd. in l.1.ff.ad l.Corn.de ſicar.* qui ne judex dici poteſt, *c.forus* §.11.*omni.extra de V.S.*
32 Imò † nec homo quidem, ſed potius inter animalia bruta connumerandus, cum optimum animal ſit homo lege fruens, peſſimum verò à lege & juſtitiâ ſeparatus. Mindanus *lib.2.proceſſ.execut.c.13.* unde Cic. *pro Cluentio* ait: Illud eſt hominis magni atque ſapientis judicis, habere in conſilio legem, ſecundum religionem æquitatem, libidinem autem atque invidiam metum cupiditates omnes amovere, maximè æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quàm à Diis immortalibus accepimus, quæ à nobis divelli nõ poteſt, & Bald. *in l.2.C. de ſenect.ex brevic. recit.* ait: judicem debere duplicem ſalem habere, ſalem ſcientiæ, ſine quo inſipidus, (juris ſiquidem ignorantia ſtultitia dicitur ab Ulpian. *l.final.§.penult.ff. de juris & fact.ignorant. l.ſi per prudentes.ff.de evict.*) & ſalem conſcientiæ, ſine quo eſt Diabolicus. Wilhelm. Antonii *in coroll.tr. de reſcript.morat.ſubject ſect.ult.corol.3.p.36.* Joan. Bapt. Magon. *de rat.rect.patroc.cap 35.n.4.*

33 5. Pater † occidens filiam in adulterio deprehenſam, ſiquidem in poteſtate

teſtate ſua eam habent, non emancipatam, *l.*21. 12. 23. §.*penult.final.ff.ad l.Jul.*
de adult. Idque tam ex ratione *d. l.*38. §. 4. *ff. eodem.* quam patriæ poteſtatis
priſco jure. *Dd. in l.*5.*ff.l.Pomp.de parricid. & in l.*11.*ff.de lib. & poſt.hered.inſtit.*

6. Occidens † auctorem rixæ alicujus, propter ſeditionem & tu- 34
multum vulgi ſedandum, qui ſedari aliter non potuit, *l.*16.*ff.h.t arg.l.*1.*§.*11.*ff.*
*ſi qua d.paup feciſ.dicat.l.*4.*l.*45.*ff.ad l.Aquil.*Blanc.*de indic.pag.*317. Vulgus ſi-
quidem beſtia multorum capitum, cum ſævire incipit, niſi ilicò reprimitur,
non modo infinita mala, latrocinia, ſcandala, in republica excitat, ſed & ſibi
ipſi tandem exitium & perniciem turpiſſimam acceſſit, Crantz. *in Saxonia.*
*lib.*9.*c.final.& lib.*10.*c.*20. Papyrius Maſſon.*l.*3.*annal. Francorum.*

7. Ponens † offendiculum ad feneſtram pro capiendo fure noctur- 35
no, nam ſi fur inde cadit & moritur, non tenetur homicidii ſupplantator ille.
Alexand. *conſil.*140.*volum.*2. Blanc. *de indic. d.locò.*

8. Incarceratus † injuſtè, notorieq; innocens delicti: Cujus reus cul- 36
patur occidens commentarienſes, & cuſtodes carcerum, *l.*26.*ff. de captiv. &*
*poſt.reverſ.l.*28.§.7.*ff.de pœnis.* cum vim vi repellere omnes leges juraq; per-
mittunt. *l.*1.§.27.*ff.de vi & vi armata.*

9. Creditor † debitorem fugientem & ſe telo defendentem occidens,
ut voluit Bald. Salyc. referente Blanc. *de indic.pag.*316. Quam ſententiam ve-
ram arbitror eſſe 1. ſi debitor notoriè impoſtor ſit nec ſolvendo; quandoqui-
dem in effectu parum aut nihil differat ille à fure, qui ſi telo ſe defendat, occi-
di poteſt. *l.*9.*ff.h.t.l.*54.*§.*2.*ff.de furtis.l.*4.§.1.*ff.ad l.Aquil.* 2. Si idem in fuga
apprehenſus telum adverſus perſecutorem ſtringat adeò, ut creditor neceſ-
ſariam pene ſubire cogatur defenſionem, *d.l.*1.*§.*27.*ff.de vi & vi armata.l.*54.
§.4.*ff.ad l. Aquil.l.*3.*ff.de J.& J.*

Sed quid ſi telo creditor vagabundum inſultet, & hic ſe defendens cre-
ditorem interficiat, utrumne allegatione moderaminis inculpatæ tutelæ à
pœna l. Corneliæ ſe defendere poſſit? Affirm. Nam quanquam licebat cre-
ditori capere vel arreſtare fugientem debitorem, ex eo tamen non vim & vio-
lentiam injuſtam exercere debebat, ſed legitimis juris, aliiſq; capturam ſub-
ſequentibus remediis, jus ſuum proſequi. *l.extat.ff.quod metus cauſa.l.*10.*ff.*
*de juriſd.l.*187.*ff.de R.J.*

10. Occidens adverſarium † in duello licito. *c.*1.*§.ſi quis.* de pace te- 37
nenda. duellum licitum videtur fuiſſe, quod olim per modum probationis
committebatur. *FF. in dicto c.*1.*§.ſi quis.* Cephal. *conſil.*57.*lib.*1. Bodinus *lib.*
4.*de republ.c.*7. Hœno.*diſput.polit.*7.*theſ.*3. Quemadmodum ſub Otthone I.
propè Trevirim nepotem cùm patruo certaſſe conſtat ſingulari certamine de
legitimarum hereditarum ſucceſſione. Cujat. *in c. unic. de ſucceſſ.feud.* Hot-
tom. *illuſt.quæſt.*3.*& in c.de alien.feud.prohib. per Frid.* ubi inter alia excuſat
duellum, quod cõmiſit David cum Goliath 1.*Reg.*17. cui ſimile fuit duellum,

Digitized by Google

quod habuit Gallus quodam cognomine Lando, homo puſillus cum Chriſtophoro Corbulo Genuenſi, vaſti & immenſi corporis viro, à ſe devicto & trucidato, ut teſtis eſt Arnoldus Ferron. *de reb. geſtis Gall. in vita Car. VIII. Regis Galliæ lib.* 1. Torquati filius cum hoſte ſingulariter pugnavit, licet viriliter evaderet, capitis tamen damnatus eſt à patre, Valer. Max. *lib.* 2. *de diſcip. milit.* Johan. Carnogius cum Jaqueto Griſo duellum habuit, quod uxorem ſuam compreſſiſſet, Rob. Gang. *lib.* 10. Et Roe Danorum Rex cum Saxonum Rege duellum inivit. Albert. Crantz. *in Sax. c.* 46. Cunibertus Rex, quando cum Alahi Longobardo de Regno certatet, ob quod, cum Cunibertus peteret duello rem dirimi, Alahim id facere, propter periculum amici prohibuerunt, ſed ejus Diaconus clam arreptis armis quaſi ipſe Alahis eſſet, congreditur cum Cuniberto, qui vincitur & occiditur, cumq; ſublata caſſide caput ejus amputari juſſiſſet, cognovit clericum ſe occidiſſe, iratus valdè altâ voce exclamavit: Tale itaque nunc votum facio, ſi Deus mihi iterum victoriam dederit, unum me puteum de teſticulis clericorum impleturum ſanctè promitto. Plura de monomachiâ vide apud eos, quos magno numero allegat ex profeſſo de illâ ſcribentes Wilhelm Antonii *in tract. de reſcript. morat. concluſ.* 70. *nu.* 13. 14.

39 Simile † probationis genus erat moribus priſcis periculum aquæ frigidæ & ferri candētis, ubi prius aqua, quæ veritatem apetire debebat, conſecrabatur hoc modo: Deus judex juſte, qui es amator & auctor juſtitiæ, tu hanc aquam per ignem ferventem ſanctifica, qui tres pueros juſſione Regis Babylonis miſſos in caminum, ſervaſti, tu præſta, ut ſi quis innocens in hanc aquam ferventē manum mittat, ſicut dictos tres pueros de camino ignis eripuiſti, & Suſannam de falſo crimine liberaſti, ita manum illius ſalvam & illæſam perducas. At ſi quis culpabilis, vel ſuadente Diabolo cor induratum præſumpſerit manūmittere, tua juſtiſſima pietas hoc declinare dignetur, ut in ejus corpore tua virtus manifeſtetur, & anima illius per pœnitentiam ſalvetur. Quo pertinet exemplum *Num. c.* 5. *in cauſa* 2. *q.* 4. repetitum. Mulieri enim ſtupri ſuſpectæ potio ejuſmodi propinabatur, qua ſumptâ, ſi rea objecti criminis erat, pertranſibat eam aqua maledicta, & inflato ventre, computreſcebat fæmur ejus in exemplum omni populo.

Probatio & periculum ferri candentis ad eundem fermè modum inſtituebatur: prius ferrum conſecrabatur ita: Deus judex juſte, qui auctor pacis es, & judicas æquitatem, te ſuppliciter rogamus, ut hoc ferrum ordinatum ad juſtam examinationem cujuslibet dubietatis facienda benedicere & ſanctificare digneris, ita ut ſi innocens hoc ignitum in manus acceperit, illæſus appareat, ſi culpabilis reus eſt, juſtiſſima ſit ad hoc virtus tua in eo cum virtute, quatenus juſtitiæ non dominetur iniquitas, ſubdatur falſitas æquitati, per dominum noſtrum, &c. Quod quidem probandi genus vetuſtiſſimum

& genti-

& gentibus uſitatum fuiſſe colligitur ex Sophocle *in Antig.* ibi:

Nec ſigna erant beſtiarum, aut canum
Venientium, nec rapientium.
Sermones inter nos ſonabant mali.
Cuſtos arguebat cuſtodem, & poterant fieri
Plagæ: tandem neq; aderat quiſquam prohibens,
Vnuſquiſq; enim erat, qui feciſſe videbatur:
Et nullus certus, ſed excuſabat, ſe neſcire unuſquiſq;,
Eramus autem parati ignitum ferrum manu capere,
Et ire per ignem & jurare,
Quod non feciſſemus, nec ſciremus quenquam
Feciſſe de noſtro conſilio, &c.

Quo probandi genere ſe purgavit & impudicitiæ ſuſpicionem à ſe declinavit Cunigunda uxor Cæſaris Henrici Bavari & mulier nobilis cujuſdam viri, quem Maria conjux Ottonis tertii falſo accuſaverat, quod ſe de ſtupro ſollicitaſſet, ignitum ferrum in conſpectu omnium illæſa pertulit. Albert. Crantz. *in Sax. lib. 4. c. 26.* Cæſar idem innocentiam mariti, quem comitem fuiſſe refert Wolff. ſollicitatum de adulterio ab imperatrice ipſa, intelligens, in manus fœminæ tradidit puniendum, interventu tamen Pontificis 10. dierum inducias, deinde 8. porro 7. & 6 à vidua accepit, tunc Imperator uxorem vivam cremari fecit, dans viduæ caſtra ad vitam, Wolff. *cent. 13. p. 557. & cent. 15. pag. 970.* & refert Fulgoſ. *lib. 9. c. 5.* cum clericus Atrabacenſis hominem domi occidiſſet, atque cadaver ſororis ſuæ auxilio ſepeliviſſet, re detectâ, ad ſupplicium utrumque poſtulatum fuiſſe, qui poſtquam delictũ confiteri, nec veniam adeò expetere nollent, ſoror, quæ ipſius homicidii innocens erat, niſi quod juviſſet ſepeliri cadaver, divinitus admonita, animam confeſſione luſtrare decrevit, ut idem faceret, fratrem adhortata, at fruſtra ſuccenſa pyra clericus ſolus, incolumi atque omni ex parte illæſâ ſorore combuſtus eſt: *Hæc ille.* Hodie obſoleta ejuſmodi probationum genera tanquam dubia, incerta, furioſa, ut ea appellat Franc. Hottom. *de feud. paſſim.* Thom. de Aquin. *9. quæſt. 5. artic.* 8. & ſuperſtitionis plena meritò improbata, ut damnata ſint partim generali conſuetudine, jure Canonico *cauſa 2. q. 4. c. conſuluiſti. c. delicti. de purgat.* partim conſtit. imperii, & concilio proximo Tridentino *ſeſſion. ultimâ.* contra quod decretum expreſſe proteſtatus eſt Rex Galliæ, qui certis in caſibus id permittendum ſibi reſervavit. Petr. de Suav. *in hiſt. Concil. Tridentin. lib. 8. pag. 957.* Hanc ſententiam pluribus confirmant Theologi Marpurgenſes *in quodam conſilio apud Georg. Dedeken. vol. 1. fol. 444. & 446.* Damhoud. *in prax. crim. cap.* 43. Joachim. à Beuſt. *ad rubr. ff. de jurejur. num.* 204. Gerhard. *quæſt. polit. diſp. 6. quæſt. ult.* Cunrad. Hartz *in tract.*

de inquiſit.reor.concl.6.num.23.& ſeqq. & ibi ſparſim Anonymus *in not. intercal.* ubi plures ſelectiſſimas auctoritates invenies.

11. Cæterum occidens † Bannitum, in ſpecie ob delictum vel contumaciam, ita ab imperio declaratum, pœna legis Corneliæ non tenetur, cum utrumque bannum delicti aut contumaciæ, quoad effectum & pœnam nihil differat. Gylman. *tom.2.ſymphorem.in deciſ. cameral pag.56.* Gail.2.*de pace pub. cap.6.* vel in genere; utpote cum bannum contra univerſitatem decretum eſt, quod ſingula perſonarum capita & bona civium afficit. Gylman. *d. loco.pag.*
41 *56.* Gail.2.*de pac.pub.c.9.* Ubi quæri communiter ſolet, an † bannitus inſultatus armis ſe defendere, aggreſſoremq; ob neceſſariam ſui defenſionem trucidare impunè poſſit? Diſtinguit And. Gail. 1.*de pac.pub. c.16. cum Baldo in l.3.ff.de ℐ.& ℐ.* inter aggreſſorem, qui vel publicæ diſciplinæ favore, vel odio privato offendit bannitum, quandoquidem voluntas & propoſitum delinquendi maleficia diſtinguant. *l.35.ff.de furtis.* Ita ut huic reſiſtere, atque ſic vim vi repellere jure queat aggreſſus. *l.4.5.ff.ad l.Aquil.* ille nequaquam: cum quod ubi offenſio licita eſt, defenſio regulariter ſit prohibita. *Dd. in l.29.§.7. ff.ad l. Aquil.& in l.13.§.1.ff.de injur.* Sed argumentari hic aliquis poſſit ita: Quæcunque ſunt juris naturalis, jure civili tolli nequeunt, quandoquidem id divinâ quadam providentiâ conſtitutum ſit, adeoq; immutabile & perpetuū ſibi conſtans. §.1.*§.pen.inſtit.de jur. nat.gent.& civ. ubi interpret.l.§.3.ff. de juſt. & jur.* Atqui defenſio eſt juris naturalis. *l.3 ff.eodem.d.l.4.l.45.§.4 ff.ad l.Aquil.* Ergo jure civili tolli nequit, ut ſic bannitus quovis modo offenſus defendere atq; vim vi illatã propulſare poſſit. Reſp. Quod major & minor nihil inferant nam, ut major habet: quanquam jus naturæ immutabile ſit, quoad ὄνα ſuum & proprietates ſubſtantiales, tamen non eſt dubium, quin ſecundum accidentiâ & prout cauſa & ſubjecta materia requirit, limitari & coarctari poſſit. *l.6.ff.eodem.* Alii diſtinguunt inter jus naturale primarium & ſecundarium *Dd. in §.1.2.3. inſt.de jur. nat. gent. & civ.* Ad minorem Reſp. defenſio eſt juris naturæ quoad originem, non quoad formam, quam limitatam ac ſolennem à jure civili accepit. Neque enim ſufficit & relevat occiſorem, qui allegat defenſionem, niſi eam probet neceſſariam, & coactum fuiſſe homicidium
42 in genere, quippe † voluntarium & ex propoſito factū perſumitur niſi neceſſitas, quæ leges neſcit, etiam probetur: Omne homicidium actus dicitur illicitus, cui dolus ineſt præſumptione juris qui docendus eſt & purgandus exceptione illa neceſſariæ & coactæ defenſionis. *arg.l.2.§ doli.ff.de vi bonor.rapt. Dd. in l. dolum. C.de dolo malo.* Matth. de Afflict. *in c.1.§.ſi quis hominem. de pac. tenenda.*

43 Cæterum hoc quæritur, an ſi quis † occidat bannitum, ſalvum conductum habētem, teneatur ordinariâ l. Cornel. pœna? Diſtingui ſolet, utrum ſalvus conductus ſit publicatus, nec ne? ſic ut illo caſu non teneatur, hoc utique

que

Digitized by Google

ſe, Baldus *conſ. 9. volum. 3.* Caſtrenſ. *conſil. 199. volum. 1.* idque idcircò, cum quis. l. Corneliâ teneatur, dolus vel culpa ad pœnam extraordinariam ingendam requiratur, *l. 1. ff. ad l.* Cornel. *de ſicar. l. 11. §. 2. ff. de pœnis.* De culpa itet hoc: Quia † nemo divinare præſumitur & ſcire ea, quæ in mero conſi- 44
ant facto, imò facti ignorantia excuſabilis eſt, *tot. ff. de juris & fact. ignor.* ræſertim in cauſis criminalibus, ubi error injuſtus & cauſa fatua à dolo exuſat, *l. 12. ff. de liberali cauſa. l. 1. ff. de vent. inſpic.* Atque occidens talem bannitum non doli ac culpæ argui reus reverâ poteſt. [1] Quia animum habuit ion niſi occidere bannitum, ſine ſalvo conductu exiſtentem, operam daturus ei licitæ, ut ſic fraus & dolus abeſſe intelligatur. [2] Quia ignoravit conditionem banniti, utrumne haberet ſalvum cōductum nec ne? Alii diſtinguunt nter ſalvum conductum datum à Principe vel ab alio inferiori magiſtratu, ita ut primo non teneatur, ſecundo caſu reus conſtituatur, Blancus *de indic. pag.* 295. & alii ab eodem citati, quæ ſententia hodie non ſubſiſtit, cum † præter 45
Imperatorem, Cameram imperii vel judicium Rotweilenſe, nemo ſtatuum, banni pœnam infligere poſſit, Gail. *2. de pac. p. c. 1. in fin.*

46 Quid ſi † bannitus infeſtatus armis proteſtetur, & dicat, ſe habere ſalvum conductum? Reſp. Non credendum ei aliter, præterquam ſi inſtrumentum ſalvi conductus oſtendat, *argum. l. 5. §. finali. ff. de re milit.* Bart. *in l. 8. §. 6. num. 40. ff.* de novi operis nunciat, Jaſon *in d. l. 8. num. 35. c. ſicut. ubi gloſſa extr. de ſententia excomm.* Ulterius quæritur de eo, qui bannitum, † qui à ſen- 47
tentia banni appellavit, ſicut fit in judicio Rotweilenſi, de quo ad Cameram appellatur, vel reviſionem petiit, occidit, an ordinariâ legis Corneliæ pœnâ teneatur? affirmatur, modò ad notitiā occiſoris pervenerit vel pervenire potuerit ſuſpenſio banni per appellationem inducta, introducta. Quia appellatione pendente nihil eſt innovandum, *tot. tit. ff. nihil innov. appell. pend.* ſive recepta ſit appellatio ſive non, uſquequo de appellatione fuerit cognitum. Atque hoc adeò verum eſt, ut nedum ipſe judex ad quem, quicquam innovare poſſit niſi in caſibus, *cap. 5. de appell. gloſſ. in c. ſignific. extr. de appellat.* ſi † at- 48
tentaverit, ut obiter hoc ſaltem addamus, appellationis cauſa cadit, *c. conveniſſem. de teſtibus. cap.* 20. de officio delegati. Gail. 1 *obſerv.* 146. Mynſing. *2. obſerv.* 50. Chriſtoph Schwanman. *lib. 2. proceſſ. cameral. c. 9. n. 23.* [2] quam ſententiam probat *l. 2. § final ff. de pœn.* ubi JCtus ait: eum accipiemus † damna- 49
tum, qui non provocavit. Cæterum ſi provocet, nondum damnatus videtur, *l. 1. in fin. ff. ad SC. Turpill.* ibi: provocationis remedio commendationis extinguitur pronunciatio. [3] Probatur *per l. 24. ff. de liberali cauſa. l. 14. c. eodem. l. 1. ff. qui tut. dare poſſ.* Bart. *& Dd. in l. 3. §. ſi ſervus ff. de acquir. poſſeſſ. & l. 15. ff. de teſtib.* Blanc. *de indic. pag.* 269. Alii diſtinguunt inter appellationem frivolam & juſtam, ita ut ſi temerè appellaverit bannitus, impunè occidi poſſit, cum paria ſint, nihil aut minus legitimè aliquid fieri, *l. 12. ff. ne quis eum, qui in jus*

Digitized by Google

voc. Vant. *de nullit. tit.* 27. Speculat. *de citat.* Gylman. *tom.* 2. *in deciſ. Cameral. pag* 69. ſin legitimè, ne occidi jure queant. Quæ ſententia ſimiliter ex eo ſuſpecta eſt. [1] cum ut appellatio frivola vel legitima dicatur, non hominum rudi opinione definiendum ſit, ſed totum hoc à judicis, ad quem auctoritate & decreto pendeat, atque judicantis deciſionem requirat, *tot. tit. ff. de appellat.*

50 Ex illis ita poſitis & hoc infertur, quod nec bannitus † pendentibus fatalibus appellandi occidi impunè poſſit, quandoquidem jure idem valeat pendentia temporis ad appellandum præfixi, quod operatur pendentia appellationis ipſius, *t. t. nihil innovand. appell. pendent.* ſed pendente appellatione bannitus impunè offendi nequit, ut modo oſtenſum eſt, ergo nec durante appellationis interponendæ termino, [2] ut jus quæſitum nemini auferri debet, ita nec ſpes & actio, quam ad jus adquirendum quis habet, *l.* 15. *ff. de R. J.* Atqui appellatio nemini auferri poteſt invito, Ergo nec & beneficium appellationis, ſcilicet ſecuritas & ſalvus conductus, quem appellatione receptâ acquirit bannitus. [3] probat *c. non ſolum. de appellat. in* 6. ibi: verum omnia ea, quæ medio tempore inter ſententiam & appellationem innovata fuerunt, retractanda ſunt. Sed adverſatur huic ſententiæ, [1] *l.* 1. *ff. de re judicat.* ex qua inferunt, Dd, quod ultimo ſupplicio damnati ſtatim perdant civitatem & libertatem poſt ſententiam latam, [2] *l.* 2. §. 1. *l.* 10. §. 1. *ff. de pœnis. cauſa.* 2. *q.* 1. [3] *l.* 6. *C. de Epiſcop. aud.* Reſp. ad [1] ex *d. l.* 1. *ff. de re judicata*, quod à diverſis inferatur, à quibus malè infertur, *l.* 3. 2. *ff. ad l. Aquil.* Etenim in cæteris cauſis, ſi quid pendente appellationis termino attentatur, appellatione recepta redintegrari poteſt, quod ſecus apparet in præſentiarum, cum homo occiſus ante appellationem cum effectu devolutam reſuſcitari, atque ſic cauſa in ſtatum priſtinum reſtitui nequeat. Porrò reſpondetur *ad l.* 20. §. 1. *& l* 10. §. 1. *ff. de pœnis, d. cauſa.* 2. *quæſt.* 1. diſtinguendum eſſe inter ſententiam, factum hominis requirentem, nec ne? ita ut d. ll. hoc reſpectu accipiendæ ſint, utpote ubi ſtatim, poſtquam ſententia dicta eſt, & judicium finem ſuum ſortitur, *d. l.* 10. §. 1. *ff. de pœn.* quod ſecus eſt in banno, quod præter ſententiam declaratoriam, executionem realem adhuc deſiderat, *ordinat. Cam. part.* 3. *c. ult. & pen. ubi Ciſner. Ad cauſam* 2. *q.* 1. Reſp. quod loquatur de eo caſu, ubi appellatio non concedebatur, quia renunciarant litigatores beneficio appellandi, quod facere licet. Eadem reſponſione diluitur *l.* 6. *C. de Epiſc. aud.* Bart. *in l.* 29. *ff. de pœn.*

51 Deniq; quid ſi † defenſionem neceſſariam quis adverſus fœminam, quam interemit, allegat, quæritur? *Conſtit. crimin. artic.* 144. caſum ejuſmodi accidere poſſe ſtatuit, quod & Virgil. *lib.* 11. *Æneid.* teſtatur, ibi:

Hoc concuſſa metu mentem Juturna virago, &c.

atq; idcircò probationem allegatæ tutelæ admittit, ibi: So were doch müglich / daß ein grauſam Weib / ꝛc. Sicut ex adverſo fœminæ virum occidenti, eun-

eandem exceptionem inculpatæ tutelæ competere exiſtimandum eſt quandoquidem ſtatutum etiam pœnale utrumque generis ſexum obligare pariter ac comprehendere ſoleat, Johan. Gœd. *in l. 1. ff. de V. S.* Theophilact. *in comment. ad Epiſt. 2. Timoth.* 4. fœminarum genus, inquit, non eſt inferius virili, Tiraquel. *de pœnis, c. 9.* Blancus *de indic.* 110. Hyppol. de Marſil. *c. de rapt. virg n.* 223. Quæ ratio ſine dubio movit feudiſtas nonnullos, qui uti eos refert & refellit Cujar. *de feud. part. 3 num.* 18. ſtatuerunt, quod † fœmina armis aſ- 52
ſueta à feudi ſucceſſione non ſit arcenda. Quemadmodum de † uxore My- 53
tridatis Regis, quæ amore mariti, ut ſedula præſens ei eſſet, etiam in belli diſcrimine didicit tractare arma, teſtatur Valerius Maxim. *in c. de amore conjug.* Et quod de Pantaſilia Amazonum Regina ſcribit idem *d. loco.* & Niceta *in lib. de reb. geſt.* Manuel. in loco, ubi deſcribit profectionem Alemannorum cum Gallis & Conrado Rege Romano ad Palæſtinam recuperandã, in quorũ exercitu, martio vultu & habitu militavit quædam mulier animi magnitudine inſignis, & Mercur. *Gall. lib.* 14. *hiſtor.* ut & hiſtoriæ Ungaricæ de Anno 1593. continuatæ conteſtantur, mulierem virili habitu captam, anno 1595. à Turcico milite, & Conſtantinopolim tranſductam, quod cum Suldanus experiretur, mulierem ad ſe adduci juſſit, quærens, utrum ſexum mentita, aliquando ne etiam hoſtium quenquam interfeciſſet? illa nihil aliud rata, quam ut ad ſupplicium pertraheretur, reſpondit intrepida: Cæſaris Romani caſtra ſe plures annos ſecutam, ea quæ militem decet, optimâ fide præſtitiſſe, admiratus Suldanus, mulierem per urbem duci, ut ab omnibus conſpiceretur, juſſit, deinde gynecæo ſuo emancipavit. Sic in bello Brunſvigico militavit habitu fœmineo Geſa Magdeburgenſis Anno 1600. Sic cum paucos ante dies Cæſariani ſocios Hildesheimenſes obſidione ingenti preſſos liberare conarentur, exindeque profligati fuga turpiſſima cedere cogerentur, inter cæſos reperta eſt habitu & armatura virili induta mulier ſpecioſa prope Hannoveram patriam noſtram. Bellum virginum crudele Bohemicarum, annos 9. durans in Boëmiâ, deſcribit Æneas Sylv. *in hiſt. Boëm.* & Crantz. *in Wandal. c.* 18. ibi: ſed puellæ enutritæ, &c.

* * *

CAPUT

CAPUT XXIV.

DE HOMICIDIO CASUALI, CULPA PROXIMA caſui, in perſona delinquentis conſideratâ.

SUMMARIA.

1. *Homicidium caſuale quid?*
2. *Caſualia quæ dicantur?*
3. *Leges & ſenatusconſulta non ita conſcribi poſſunt, ut quoſvis caſus emergentes contineant.*
4. *Diſtinctio caſus à culpâ hominis traditur.*
5. *Sine culpa homicidium commiſſum, pœnam nullam habet.*
6. *Conſtitutio criminalis Carol. V. hac de re explicatur.*
7. *Culpa alia proxima, alia remota.*
8. *Culpa proxima quæ dicatur?*
9. *Minor non tenetur ordinariâ legis Corneliæ pœnâ.*
10. *Pubertatis definitio.*
11. *Senes bis pueri.*
12. *Senes homicidæ an teneantur ordinariâ legis Corneliæ pœna?*
13. *Senectus venerabilis antiquitati.*
14. *Penes Deum non eſt reſpectus perſonarum.*
15. *Explicatio l. 2. ff. de term. mot. traditur.*
16. *Delirium quibus indiciis demonſtretur in ſenibus?*
17. *Furioſus an de homicidio teneatur?*
18. *Furioſus habetur pro mortuo?*
19. *Furioſus non tenetur l. 7. C. unde vi, nec l. Aquiliæ actione.*
20. *Furioſi comparatio cum tegula.*
21. *Furioſus factus ſuamet culpa extra ordinem puniendus eſt.*
22. *Philtra inſaniam procreant.*
23. *Qualiter coërcendus furioſus remiſſâ inſaniâ?*
24. *De furioſo habente dilucida intervalla.*
25. *Conſtitutio criminalis Car. V. de hac quæſtione recitatur.*
26. *Furioſus in delictis atrociſſimis non meretur veniam.*
27. *In bruta exercentur ſupplicia.*
28. *Quâ pœna teneantur agnati cuſtodiâ dimittentes furioſum.*
29. *Mente capti furioſis æquiparantur.*
30. *Quid de ſtultis nequam in aulis principum?*
31. *De ſimulata ſtulticia.*
32. *Stulti principum qualiter ferendi in aulis?*
33. *Iracundi quando excuſentur à pœna homicidii?*
34. *Explicantur loci ſacri de ira & furore Dei.*
35. *Ebrietas peccatum eſt lege divina.*
36. *Effectus ebrietatis deſcribuntur in receſſ. imperii.*
37. *An ebrietatis pœna ſit ultimum ſupplicium vigore conſtitutionum imperii?*
38. *Ebrietas comparata joco.*
39. *Inceſtus Lothi an excuſetur?*
40. *Omnis comparatio duos terminos contineat.*
41. *Quomodo ebrioſus delinquens plectatur?*
42. *Refertur diſtinctio Gailii & Blanci in deciſione hujus quæſtionis.*
43. *Pononus Hiſpanienſis Conſiliarius Aurelii Imp. quantumlibet bibens, ſemper ſobrius remanſit.*
44. *Peccata mortalia accipiunt ſpecies ab eo, quod ſit principali intentione.*
45. *Mos Norvegiæ potatorius.*
46. *Deus eſt vindex juſtitiæ adverſus potatores.*
47. *Potator eſt homicida ſui ipſius.*
48. *Exempla potatorum tragica.*
49. *Ebrietatis deſcriptio ex Auguſtino.*

50. *Hiſto-*

50. *Hiſtoria ex Athenæo.*
51. *Dormiens & noctuambulans, ſi homicidium committant, an puniendi?*
52. *Diſcurſus de noctuambulonibus.*
53. *Deſcriptio morbi, qui incubus dicitur.*
54. *De noctuambulone igni quid ſtatuendum ſit?*
55. *Hiſtoria Euphormionis Luſinini.*
56. *Ambulone igni graſſante, viatores periclitantur.*
57. *Stratagema bellicum ex Ranzovio recenſetur.*

ATque tantum etiam dixiſſe ſufficiat de homicidio neceſſario. Porrò ho-
micidium † caſuale eſt cædes abſque dolo malo & delinquendi propoſi- 1
o commiſſa. *l. 15. C. ad l. Cornel. de ſicar. l. 7. ff. eodem. l. 11. ubi Dd. ff. ad l. Aquil.*
Thomas de Aquin. *lib. 2. art. 2. q. 64. artic.* 8. dicens: caſualia † non eſſe in- 2
tenta nec voluntaria, imò homicidia, quæ ex improviſo caſu potius, quàm
fraude accidunt, fato plerumq; non noxæ imputari, reſcribunt Impp. *in l. 1.
C. eodem.* & Ulpianus ſcitè *in d. l. 5. §. 2. ff. de pœn.* refert in majoribus delictis,
ait, conſultò quid admittatur, an caſu? & ſane in omnibus criminibus di-
ſtinctio hæc pœnam, aut juſtam, id eſt ordinariam eligere debet, aut tempera-
mentum admittere, pro varietate factorum. Committitur autem homici-
dium hoc modis variis, qui pro diverſitate factorum definiri vel deſcribi vix
poterunt, quandoquidem † nec leges aut SCta ita conſcribi queant, ut ca- 3
ſus omnes incidentes comprehendant. *l. 10 ubi Zaſius. ff. de ll.* ſed ſufficiat, ea
quæ plerunque & ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ut dicit Theophraſtus, accidunt, contineri. *l.
3. d. l. 10. ff. eodem.*

Inprimis meminiſſe hic oportet † caſum hoc in loco, unde à cæteris 4
homicidium caſuale nomen & formam diſtinctam ſortitur, dupliciter conſi-
derari, aut caſus facto hominis mediante quidam, at ſine culpa hominis pro-
ducitur in actum, aut caſum præcedit culpa, cujus beneficio cooperantis ca-
ſus in actum tranſit, *l. 11. § 2. ff. de pœnis.* Salycet. *in l. quæ fortuitis, C. de pignorat.
act.* De primo, ſcilicet ubi † nulla culpa apparet, jus eſt, ut homicida in nul- 5
lo penitus teneatur. *Dd in l. 18. l. 17.* Commodat. Althuſ. *in juriſp. Rom. lib. 1. c.*
55. Clarus *in §. homicid. num. 2. Novell.* 17. *§. ſed neq; Exod. 21. verſ. 13. Num. 35.
Deut. 17. verſ. 3.* ubi ſcriptura ſacra per Aſyli indulgentias caſibus ejuſmodi
connivet; potiſſimùm pertinent huc exempla *l. 9. §. fin. ff. ad l. Aquil. §. 1. in-
ſtit. eod.* ubi Schneid. *num. 9.* Decius *conſil. 9.* Carer. *in pract. crim. in §. homi-
cid.* Domhoud. *in prax. crim. c. 85. num. 3.* quæ omnia ſic explicat *conſtit. crim.
Car. V. artic.* 146. Ein † Balbierer ſcheret einem den Bart in ſeiner Stuben/ 6
als gewöhnlich zu ſcheren iſt/ vnd wird durch einen alſo geſtoſſen vnd geworffen/
daß er dem ſo er ſchieret/ die Gurgel wider ſeinen Willen abſchneidet. Item
ſo ein Schütz in einer gewöhnlichen Zielſtatt ſtehet oder ſitzet/ vnd zu dem Platz
ſchieſſet/ vnd es läufft jhm einer vnter den Schuß wider ſeinen willen/ ſein
Büchſe oder Armbruſt ehe vñ er recht anlegt vnd abziehet/vnd ſchieſſet alſo je-
mands zu todt/ dieſe beyde ſeind entſchuldiget/ & quæ exempla alia, &c. De

Digitized by Google

7 ſecundo ſcilicet cum culpa † caſum præcedit, eadem *conſtit.d. artic.* conjunctim agit. Ubi priuſquam ad ea, aliave procedam, diſtinguendum puto eſſe,
8 inter culpam ad caſum ordinatam, † proximam, & remotam, ita ut pro culpæ hujuſmodi commiſſæ ſtatu vel exaſperetur vel minuatur homicidii caſualis pœna: arguere hoc eadem conſtit. videtur *in fin.d.art.* ibi: Jedoch haben dieſelbe zu zeiten jhren ſubtilen Unterſcheid/ꝛc. Culpa proxima caſui eſt, cum quis rei illicitæ operam dans, occidit hominem, atque hæc culpa etiam diverſimodè conſideratur, aut ex perſona delinquentis, aut ex ſeipſa, ſuiq; ipſius qualitate, & perſonâ delinquentis, aut ex ſe ipſa ſuiq; ipſius qualitate, & perſona, ut in minori, furioſo, mente capto, ebrio, dormiente, etenim reſpectu harum perſonarum homicidium alias voluntarium eſt caſuale, atque hoc caſuale, fatale jure intelligitur, &c.

9 De minore jus eſt, ne ex delicto teneatur pœna ordinariâ, utpote quem innocentia conſilii excuſat. *l.20.ff.h.t. clemen. unica extra de homicidio.* niſi ſit pubertati proximus, aut doli capax, qui defectum ætatis legitimæ ſupplet. *l. 23. ubi Dd. ff. de furtis. §. pen. inſt. eodem. l. pupillus. ff. de R. J.* quo tamen caſu, nec ordinariæ legis Corneliæ pœnæ ſubjiciendũ impuberẽ exiſtimat Bart. *in l. 9. C. unde vi. per l. 73. §. 1.* ibi: in delictis autem, &c. *l. ſacrilegii. ff. ad l. Jul. peculat.* Jul. Clar. *in pract. crim. §. 60. num. 2. adde l. 5. §. impubes. ff. ad SCtm ſyllan. l. 38. §. 4. & l. 5. ff. ad l. Jul. de adult. l. qui contra. C. de inceſt. nupt. conſtit. crimin. artic.* 179. Menoch. 2. *arbitrar. qq. caſu* 329. Tiraquell. *de pœn. cauſa* 44. Andreas Gail. 2. *obſervat.* 110. *num.* 23. Blanc. *de indic. pag.* 209. Cunrad. Hartz *in tract. de rer. inquiſ. legit. inſtit. concluſ.* 1. *num.* 20. *& ſeqq.* ibiq; Anonymus *in not. & ad concluſ.* 7. *num.* 21. ubi à Collegio JCtorum Marpurgenſ. in puncto graſſa-
10 turæ 12. Aug. Anno 1633. ita reſponſum eſſe meminit. Eſt autem † pubertas definita in maſculis quatuordecim annorum, in fœminis duodecim. *§. 1. ubi Dd. inſtit. quib mod. tutel. fin. interpret. in §. 1. & 2. I. de nupt.* quis autem proximus pubertati dicatur aut doli capax ſit? latiſſimè pertractat Joh. Gœdd. *de contrah. & committ. ſtip. concluſ.* 12. alii hoc arbitrio judicis decidendum relinquunt. Porrò quod de impuberibus juxta prædicta jure cõſtitutum eſt, non-
11 nulli ad decrepitæ ætatis ſenes extendunt, juxta illud: † ſenes bis pueri, & ut Lucanus Poëta canit:

Sed parcimus annis, donamusq; nefas.

argumento l. 2. ff. de termino moto. canoniſtæ in c. quoniam. ut lite non conteſtata. Gail. 2. *obſ.* 110. *num.* 34. *l. 3. §. 5. l. 16. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* ubi tamen di-
12 ſtinguitur, † quoad pœnam ex l. Cornelia infligendam, inter occiſorem in honore aliquo poſitum, & plebejum hominem infimæ ſortis & conditionis, ita ut ille deportari, hic capite plecti debeat, (*ſubſume*) atqui ſenes patriciis & dignitate coruſcantibus comparantur, ita ut quod de iis jus eſt, hi idem habeant, quoad privilegia & immunitates. *l. 5. ubi Dd. ff. de jure immunitat.* Ergo:

verba

erba dictæ legis ſpecioſa ſunt hæc: ſemper in noſtra civitate (*ait ICtus*) † ſe- 13
nectus venerabilis fuit, namque majores noſtri ſæpè eundem honorem ſeni-
bus, quem magiſtratibus tribuebant, unde uſitatus & tritus verſiculus factus
eſt.

Credebant hoc grande nefas, & morte piandum
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat olim.

Quanquam jura perſonarum ſtatus reſpicientia generali conſuetudine hodie
ſublata eſſe ſupra demonſtrârim, utpote damnabilia jure ſacro, quorum di-
ſpoſitione anima quæ peccavit, mori jubetur, quoniam † apud Deum nulla 14
ſit perſonarum differentia & reſpectus. *Deut.c.17.lib. Regum c.14. Ezech.* 18.
Gail. *d.loc. in fin.* Tiraquell. *de nobilitate.c.20.* Præterea non ſtringere arbi-
tror † allegatam *l.2.ff. de termin.moto.* nam quod pœna termini moti ex parte 15
ſenioris mitigetur, non ea cauſa eſt, quaſi ſeni tanquã impuberi parcatur, ſed
quod relegatio remiſſior, æquè gravis ſit, ſi non durior ſeni quàm exilium ju-
veni longum & intenſius, quare ſi ſtatueretur par relegationis hinc inde pœ-
na, judex qui æquitatem ante oculos habere debet, *l.4.ff. de eo, quod cert. loco.*
& commenſurare pœnas cum delictis, *l.22.C.de pœnis.* non ſine injuriâ proce-
deret, cum tamen judicanti inprimis hoc ſit proſpiciendum, ne pœnæ deli-
ctis graviores ſint, ſed in juſtitia clementia appareat. Chryſoſt.*apud Stobaum.*
*ſerm.*149. unde apparet, quod tota illa à puero ad ſenem facta translatio va-
cillet, & ſanè quanquam in ſenibus mentis imbecillitatem ſtatuamus, ecquis
idcirco omnem honeſtatis memoriam, æqui & boni recordationem, in iis
obſoletam & extinctam eſſe exiſtimabit? niſi aperto mentis † delirio agi eos 16
proponatur, quod inde conſtabit, ſiquidem probetur ſenem futura ſine ſpiri-
tu prophetico, locutum fuiſſe. *argumento l. 29.ff. de condition. inſtit.* Item,
quod ambulans per vias, jecerit lapides, more inſanorum. *gloſſ in l.27.§.7.ff.*
ſolut.matrim. quod ſibilaverit in Eccleſiâ, vel cœtu hominum, *l. 9.C. qui teſta*
facere poſſunt. quod oſtenderit virilia membra in loco publico ſine verecun-
dia, Grammat.*conſil.16.num.*8. quod memoriam habeat inordinatam. Gram-
mat. *d.loco.*

Cæterùm † de furioſo jus eſt, ne de homicidio commiſſo quoq; teneatur. 17
c.15.q.1.l. 14.ff.de offic.præſ. penult.l. §.ſanè.ff. ad l. Pomp. de parricidis.Clemen-
tina unica. de homicid.l.finali.ff.de admin. tut. l.12.ff.ad l.Cornel.de Sicar.l.9.C.
qui teſt.fac. poſſ. cum doli & fraudis argui reverà non poſſit, utpote qui
mente & ſenſu communi caret, & ſatis ipſo furore punitur, *d.l.14.ff. de offic.*
præſid. Atqui deliquiſſe dici illum nequit, qui mente & intellectu deſtituitur.
Porrò peccata ex voluntate procedunt, quæ libero mentis arbitrio & delin-
quendi propoſito committuntur. *d.c.15.quæſt.1.* Atqui furioſus patitur men-
tis exitium. *d.l.14.* imò in omnibus pro abſente & ignorante, adeoq; † pro 18
mortuo habetur, fati infelicitas eum excuſat, *d.l.12.ff.ad l. Cornel.de Sicar.l.14.*

Digitized by Google

ff. locati. l. 24. ff. rem rat. hab. l. Julianus. ff. de divort. §. furioſus. inſtit. de procurat.
19 *l. 2. §. furioſi. ff. eodem tit.* atque hinc eſt, quod † furioſus invadens vi & violen-
tiâ rem alienam, non teneatur, *l. 7. C. unde vi.* Bart. Menoch. *& Dd. in d. l. 7.*
Blanc. *de indic. pag.* 223. nec ſi injuria damnum dederit, conveniatur ex lege
20 Aquilia, non ſecus, ac ſi quadrupes faciat pauperiem, vel † tegula de ædificio
in hominem labatur, eumq; offendat vel prorſus interimat. *l. 5. §. 2. ff. ad l. A-
quil.* Blanc. *d. loco.* Gail. *2. obſerv.* 110. *num.* 20. Clarus *in pract. crim. in §. ſi ad.
&c. q. 60. num. 7.* Jaſon *in d. l. 9. C. qui teſt. fac. poſſunt.*

Quæ & alia ſimilia exempla utcunque ſe habent, diſtinguendum tamen
eſt hoc in articulo, etenim ἁπλῶς modò dicta accipienda non ſunt, ne ſupra
21 caſualis homicidii tradita diſtinctio, ut cum † ſuapte quis in furorem incidit
culpâ, evacuetur, qui caſus huc propriè ſpectat, quod ſæpenumerò accidit,
22 verbi gratiâ, indulgens veneri, ſicq; rem illicitam tractans, † philtrum, quod
animis nocet, vimq; furoris habet, ſecundum poëtam, imbibit, atque ſic cul-
pâ ſibi accerſit inſaniam, aut naturâ furioſus apparet, illo caſu, mediante vide-
licet culpâ, extraordinariâ legis Corneliæ pœnâ tenetur reus. *cauſa 15. q. 1.
gloſſ. in cauſ. aliqua. d. q. 1. Dd. in clement. unic. de homicidio.* Blanc. *de indiciis.*
23 *pag.* 223. qui † remiſſo furoris paroxiſmo, vel mulctâ vel relegatione coërce-
bitur. *Dd. citat. loc.* hoc reſpectu, cùm naturâ furioſus evadit, naturali vicio
parcendum eſt. *l. 1. §. hæc autem. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend.* ne afflicto affli-
ctio addatur. *c. at ſi clerici. §. finali. de judiciis. c. penult. de clericis ægrot. l. 20. C.*
24 *de Epiſcop. audient. l. 14. ff. de offic. præſid.* De furioſo, qui † dilucida habet inter-
valla, delinquente, quæri ſolet, quid juris? & diſtinguitur, aut delictum com-
mittit tempore furoris, aut eo momento, quo remiſſiones morbi habet,
ita ut primo caſu non teneatur, *d. clementina* 1. nec inde puniri poſſit reſipi-
ſcens aut ſanæ mentis factus, cùm furioſus eo ipſo, quo fati calamitate pre-
mitur, pro mortuo habeatur. *d. l. 20. ff. rem rat. hab.* Clarus *in pract. crim. §. fin.
q. 60. num. 7.* atqui mortuus non poteſt condemnari, pœnas reverâ ſuſtinere.
l. defuncto. ff. de pub. jud. Gail. *2. obſ. 110. num. 22.* Sebaſt. Medices *in tract.*
mors omnia ſolvit, *in princ.* Jaſon *in d. l. 9. C. qui teſtam. fac. poſſunt.* Secundo
caſu ſubdiſtinguitur? aut pro delicto capitur furioſus & condemnatur, eo
tempore, quo mentis ſanitate gaudet, aut condemnatur tempore furoris, ut
illo caſu puniri poſſit, *arg. l. ubi Bart. ff. de pœnis.* Blanc. *de ind. p.* 224. hoc ne-
quaquam. Menoch. *2 de arbit. jud. caſ* 325. Bald. *in d. l. 9. C. qui teſtam. fac. poſ-
ſunt.* etiamſi quoad hunc articulum poſtremum, eundem diſſentientem inter
25 cæteros alleget Blanc. *de indic. d. loco.* conſtit. crim. Car. V. † in præcedenti
propoſitione *artic.* 179. hoc vult, & diſponit. Wird von iemand der Jugend
vnd anderer Gebrechlichkeit halber/ der wiſſentlich ſeine Sinne nicht hette/ eine
Vbelthat begangen/ das ſoll mit allen Vmbſtänden an den Orten vnd Enden/
wie zu Ende dieſer vnſer Ordnung angezeigt/ gelangen/ vnd auch nach dero-
ſelben/

ſelben / vnd anderen Verſtändigen / darinn gehandelt vnnd geſtrafft werden.

Poſtremò hoc addo, quod † furioſus indiſtinctè de crimine atrociſſi- 26
no puniri debeat propter exemplum, Hyppol. de Marſil. *in l. 1. num. 58. ad l. Cornel. de ſicar.* quemadmodum † animalia bruta eo caſu occidi ſolent, non 27
quidem propter peccati conſcientiam, ſed quod facta ejuſmodi tam deteſtabilia indignam refricent memoriam, *c. firmiſſimè, c. mulier. 15. q. 1.* Hyppol. *in l. 14. ſ. 9. n. 9. ff. de quaeſt.* Gail. *2. obſ. 110. num. 13.* De parentibus & conſanguineis furioſorum hoc jure conſtitutum apparet, ut ſi furioſum † de cuſtodiâ, 28
culpâ dimittant, unde damna inferantur vicinis, vel quibuſcunq; aliis, multentur illi drachmis centum, ſivè ſervus ſive liber furioſus cuſtodiâ evaſerit, *Divus. ff. de off. praeſid. Plato. 12. de ll. inde c. 1. c. 2. de inv.* Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumq; in eo pecunia eſto. Et Varro *de re ruſt. 1. c. 2.* qui ſalubrem locum negliget mente captus eſt, atq; ad agnatos & gentiles deducendus, &c.

De mente † captis & fatuis, quos quoque conſilii excuſat innocentia, 29
argum. *l. 2. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* idem jus eſt, quod de furioſo relatum modo extat, utpote qui eadem fati calamitate, naturâ novercâ, quâ furioſus laborat, affligitur, ita ut meritò etiam in delictis pœnæ remiſſionem mereantur, *argum l. 1. §. hoc autem. ff. de aqua. pluv. arc. l. 14. ff. de offic. praeſid. l. 14. ff. locat. l. 24. ff. rem rat. hab.* ne miſer miſeriâ graviori prematur, *c. at ſi clerici. §. final. de jud. l. 28. C. de Epiſc. audient.* Intellige autem hic mente captos, natura ſic natos, non qui moribus perverſis ac ſceleratis, † ſtoliditatem quandam ſi- 30
mulant, Schalcks-Narren / qui paſſim, & ut maximè in aulis Principum vivunt, & quanquam virum politicum ſtultitiam ſimulare pro re natâ poſſe, imò id decori cedere viro prudenti affirmet Horat. *in lib. carm.* ibi:

Miſce ſtultitiam conſiliis brevem,
Dulce eſt deſipere in loco. Vel,
Stultitiam ſimula, cum tempus poſtulat, aut res.

Non tamen inde arguere licebit, quaſi † ſtultitiam nequitioſam commen- 31
det Horatius, vel eandem ſimulare, indeque lucrum & quæſtum facere virtutis & verecundiæ ſit opus egregium & laudabile: de hiſce ſtultis ita jus eſt, ut qui Princeps, Dux, Comes, eos alat, ipſos habeat, ne nequitia & ficta ſtul- 32
titia alios offendant, dampum injuria faciant, *receſſu Auguſtano Maxim. de anno 550. & reformat. polit. Auguſt. Car. V. de anno 548. in ſ.* Von Schalcks-Narren / licet hodie proh dolor! eò deventum ſit, ut id farinæ hominibus in aliorum contemptum nihil non permittatur, ſtultiq; illi in aulis Principum melioris conditionis exiſtant & reputentur, quam prudentes & vel vigilantiſſimi quique conſiliarii, *l. 4. ff. quod vi aut clam.* qua de re Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ. 68. num. 50.* Cæterùm furioſo comparant nonnulli iracundos, laceſſitos commotione juſta, quò pertinet difficilimum eſſe continere juſtum animi dolorem, *l. 38. §. 8. ff. de adult.* Dec. *in l. 48. ff. de R. J.*

Hyppol. de Marſil. *in pract. crim. §. quoniam. num.* 162. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 110. *num.* 36. vel quicquid calore iracundiæ vel fiat, dicaturve, non prius pro rato habendum, quam ſi perſeverantia appareat judicium animi adfuiſſe, *d. l.* 48. *ff. de R. J.* adeò ut furor † delicta excuſet, vel extenuet pœnas, ita quoq; iracun-
33 dia intenſa homicidii mitiget vel prorſus tollat pœnas, *Dd. in l.* 5. *Cod. de injur. & l.* 2. *C. de reb. cred. cauſ. ſi quis iratus.* 2. *quæſt.* 3. modò tanta probetur iracundia, quæ mentis alienationem inducat, commotio ob pudorem ac honorem hominis violatum, multo magis vitam periclitantem caſu improviſo ſuborta, ut ſunt homicidia flagranti adulterio, à patre cujus filiæ nuptæ violatur pudor, vel pro defenſione famæ, honoris, & bonorum commiſſa, qua de re ſuprà de adulterio; quò etiam pertinet cædes Moyſis. *Exod.* 2. Samſonis *jud.* 15. Judæ Maccabæi, *Maccab c.* 6. exploſâ iracundia populari, cum non niſi iracundi occidere ſoleant, qui quoque, uti conſpicimus, plerumq; rationis uſu carent, adeò, ut præ dominantibus affectibus vel loqui neſciant, membris tremulantibus palpent, ut nec pes nec manus ſuum faciat officium, unde Perſius *ſatyra* 3. ait:

Nunc face ſuppoſitâ ferveſcit ſanguis & ira,
Scintillant oculi dicisq; facisq; quod ipſe,
Non ſani eſt hominis non ſanus juret Oreſtes.

Quamobrem non immeritò furorem ipſum, iram dixère Poëtæ, ut ira furor
34 brevis eſt; quemadmodum † ſacris literis furor ira Dei juſta dicitur, *& Pſal.* 6. Domine ne in furore tuo arguas me, & 1. *Paralyp. in c.* 22. ubi furore Domini David correptus eſt, quòd numerari juſſiſſet populum, neque tamen hæ & ſimiles phraſiologiç & loquendi formulæ hanc ſignificationem habent, quaſi in Deum, qui eſt immutabilis, *Exod. cap.* 3. cadat aliqua commotio, & affectus, verum reputare oportet locutionem hanc potius eſſe à noſtro ſenſu deſumtam, quam vulgo ἀνθρωποπάθειαν appellamus, cum faciem excandeſcentis, iratiq; præ ſe ferat Deus, quoties ſuum exercet judicium, ſicut pari ratione, quando pœnitentia Deo attribuitur, ſtatuere quilibet debet non factorum mutationem aliquam, & lubricitatem conſilii in Deo, ut homines ſolent facta ſua mutando teſtari, ſibi priora diſplicere, §. 4. *ubi Dd. inſtit. quib. modis teſt. l.* 28. *ubi Bart. l.* 21. *& authent. hoc inter. C. de teſtamentis.* ſed per ſimilitudinem & analogiam quandam ejuſmodi attributa quoque de numine perpetuo conſtanti & immutabili prædicati, atq; hinc loquendi formulæ illæ: Si agimus pœnitentiam, Deum quoq; pœnitebit ſuæ ſententiæ, *Amos cap.* 5. *& Jeremiæ c.* 18. Auguſt. hac de re *in lib.* 26. *contra Fauſtin. & Manich.* ita quærit: numquid quomodo hominem, ita pœnitet Deum? minimè: nam in illum nec error nec mutatio ulla cadit ſed pœnitere dicitur, cùm juxta æternum ſuum juſtiſſimumq; decretum aliquid mutat, quod mutari voluit, & certa cum conditione denunciaverat, ſic pœnitet eum mali, quod nobis minatus eſt, quando illud

do illud à nobis mutatis avertit, id enim fert Dei decretum, ut ſi pœnitentiam
agamus, à nobis mala tollantur, reo mutato, mutet judex ſententiam, eodem
perſeverante in viis iniquitatis, quod adverſum eũ decrevit, exequitur: unde
Theodoretus *lib.5.c.1. Eccleſiaſtic. hiſtor.* Benignus Dominus, *inquit*, quaſi
menſura quadam ac trutina miſericordiæ & juſtitiæ utens, ubi intelligit ma-
gnitudinem ſcelerum ſuperare mẽſuram benignitatis, tunc juſta animadver-
ſione ulteriores progreſſiones iniquitatum coërcet: atq; huc ſpectant ſcriptu-
ræ dicta: pervenerunt peccata uſq; ad cœlum, id eſt ad conſpectum Dei, ut pu-
niat, *Apocal. cap.* 18. & clamor Sodomiæ & Gomorrhæ, & peccatum eorum
grave venit uſque ad cœlos, *Gen. c.*18. *&* 20.

De ebrio † qui ebrietatis vehementiâ, atq; ſic culpa caſum præceden- 35
te cædem perpetrat, dicendi nunc locus eſt. Notatum itaq; primo loco eſto,
quod ebrietas peccatum ſit lege divinâ relatum inter opera carnis à Paulo
Apoſt.1.*ad R. Epiſt.* 4. *Eſa. cap.*5. *&* 8. *Joelis. c.*1. & culpa jure civili, præſertim
autem conſt. imperii damnata, *Anno* 1512. 1500. 1530. & receſſu reformatæ
Politiæ Auguſtanæ *de Anno* 548. ibi Daß † das zutrincken ſey eine endliche 36
vrſache alles Vbels / vnd dem Menſchen an ſeinen Ehren / Seelen Seligkeit /
langem Leben ſchädlich / auch an Manheit / Gunſt / Vernunfft nachtheilig /
unde eodem receſſu immoderata bibendi conſuetudo damnatur & prohi-
betur pœnâ corporis afflictivâ, & licet conſtitutiones † poſteriores pœnam 37
pecuniariam dictitent potatoribus, Camerales tamen contendunt, poſſe pœ-
nâ mortis affici potatorem cotidianum, quod diſputatum in Camera, in cau-
ſa Monfort contra Königſack / ut refert Gylm. *in p.* 2. Symph. *cam. in præjud.*
in fine. prout corporalem pœnam Canones clericis, quos ebrios fuiſſe con-
ſtiterit, dictitant, expreſſus *text. diſt.*35.*cap.*9. diſciplina militaris ſolet utplu-
rimum quoque abſq; ullo reſpectu coërcere ebrios delinquentes pœnis or-
dinariis, Frider. Hortled. *lib.*3. *hiſtor. cap.* 7. *pag. mihi* 227. Non attento,
quod conſtitutiones illas uſu haud receptas viribus carere tradit Andr. Gail.
2.*obſerv.* 110. *num.*25. Wilhelm. Antonii *de reſcript. morator. concluſ.* 68.
*num.*12.13. adeò ut non deſint, qui ebrietatem defendere, & ebriorum de-
licta prorſus excuſare ſatagunt, quod probare nituntur. 1. *cap.*15. *§.*1.*quæſt.*1.
ubi textus ait, quod vino indulgentes jaceant ſepulti, ebrii apud ſapientes in-
dies venia ſint digni, niſi ut levitatis damnentur auctores. 2. per auctorita-
tem, Barr. *in l.*16.*§.*1.*ff. de pœn.* ubi † ebrietatem joco comparat, unde arguunt, 38
ſicut ex joco non oritur pœna delicti, ita nec ex ebrietate, Romanus *in l.*1.*§.*
1.*ff. de V. O.* 3. quia in ebriis nulla ſit ratio, nullum vitæ rectè gerendæ conſi-
lium, nec ulla geſtorum & lectionum dextra memoria, *in l.*11.*§.*2 *ff. de pœnis.*
*& in cauſ. ſane, & cauſ.*15.*quæſt.*1. ubi inceſtus Lothi prætextu ebrietatis ex-
cuſatur, *c. crapula.* de vita & honeſtate clericor. ubi dicit textus: quod ebrie-
tas indu-

Digitized by Google

tas inducat mentis exitium non ſecus ac furor & inſania, ſubſumunt. Atqui furor delicta excuſat, ut ſuprà demonſtratum eſt; Ergo & ebrietas.

Ad 1. diſtinguo inter ebrium, ut ebrium, & temulentum ſive ebrium delinquentem, de ebrio ſaltem agi *d. cauſam.* 15. non de ebrio, qui deliquit,
39 ſi regeris proponi ibidem de † Lotho, ut quæſtio ex exemplo reſultat, regulam illuſtrans, &c. Reſp. quod nec hoc probet, utpote à ſingulari ad univerſale factâ illatione, *l.16.ff.de ll.* prout nec ſaniores Theologi ſtatuunt, non peccaſſe Lothum 1. propter ebrietatem 2. inceſtum commiſſum, utcunque facinus hoc coloretur, prout in ſimili canoniſtæ, defendi, ajunt, poſſe exceſſus Pontificis Romani, ut furta Hebræorum, homicidia Samſonis, & adulterium Jacobi.

40 2. Reſp. quod † omnis comparatio legitima duos terminos habeat, unum à quo, qui ſit dubius, alterum ad quem, qui certus & declarativus exiſtat termini dubii. Jam autem crinomenon nec ex omni aſſe certũ eſt, utrum ſub joco vel luſu occidens hominem ſit immunis à pœna, quandoquidem luſus ſæpe noxius ſit, adeoque culpandus, *l.10.ff.ad l. Aquil.l.50 §.fin.ff de furt.* Ergo inde nihil infertur, quomodo enim dubium per æquè dubium probabitur? *l.ex quo.§.2.C.de ædif. privat.* Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.26.num.22.*

Ad 3. Reſp. ex ſuprà traditis, ubi diſtinxi inter furorem culpabilem & inculpatum, quæ diſtinctio huc repetita, rem facit liquidam. Et ſanè ecquis
41 inficiabitur, quod † ebrietas culpa non ſit, ut ex relatis demonſtratum eſt argumentis, præcedens caſum vel actum ſubſequentem, uti forma formatum, cauſa effectum, *c.unic.de commodat.c.2.ext.de depoſito.l.30.§.3.l.27.§.9.ff.ad l.Aquil.l.6.C.ad l.Jul. de vi publ.* Roland. à Valle *conſil.* 81. *vol.*1.

Cæterùm ſi accidit, uti ſæpenumero contingere poteſt, quod viri boni & pii præter Lothum vini vehementia labantur, ita ut ſi præſciviſſent vini efficaciam, nedum id deguſtaſſent, placuit hac de re differentiam aliquam con-
42 ſtituendam, *argum l.6.§.7.ff. de re milit. cauſ.15.quæſt.1.* Diſtinguit † autem Andr. Gail. inter ebrietatem & ebrioſitatem, ita & ebrietas ſit ex caſu quodam & ignorantia, ebrioſitas verò ex habitu vitioſo nata. (1. caſu) cum quis non ex propoſito & induſtria, ſed vini ignorantia deceptus inebrietur, ne pœna legis Corneliæ ordinaria, ſi homicidium committat, teneatur, *c. venter. diſtinct.35.d. cauſ.15.quæſt.1.* quandoquidem nec ſecundum Theologos ebrietas ejuſmodi ſit peccatum mortale, ſed veniale ſaltem dicatur, *c. unic.§. crim.diſtinct.25.* (Altero caſu) cum quis per habitum conſuetudinemvè prudens ſciens inebriatur, qui quoniam peccat mortaliter, & de homicidio commiſſo, cum primis ſi ſoleat eſſe rixoſus & excitare turbas, tenetur ordinariâ legis Corneliæ pœnâ, hactenus Gail. 1. *obſerv.*110.*nu.*89. Damhaud. *in pract. crim. c.* 84. Batt. *in l.pen.ff.ad l. Pomp. de parricid.* Franciſc. Ripa *in l.fin.n.*79. *C. de re-*

Digitized by Google

C. de revoc. donat. Paul. Matth. Wehner. *pract. obſerv. verb.* zutrincken/*p.* 724. *verſ.* das zutrincken/ubi tamen ex Conſult. Sax. & Tiraq. ob ebrioſitatem quoq; non mitigandam pœnam eſſe arbitratur, niſi ſit furori ſimilis, ſeu mẽtis alienationem inducat; quod ſecus eſſe ait in bono viro ebrio: Dann einem ehrlichen Mann ein ohngeferdes wol zu gut zu halten. Sanè Ant. Blanc. *de indic. pag.* 229. in hoc artic. ita diſtinguit ex Thoma de Aquino 2. *quæſt.* 150. *artic.* 123. aut, *ait*, pauliſper quis alteratus eſt vino, neq; tamen alienatus ratione, ut ſi modica ſit ebrietas, puniatur pœna ordinaria delictum, allegans Bald. *in d. l.* 2. *C. de dolo mal.* Aut quis eſt ebrius eo modo, ut ignoret quid agat: ſubdiſtinguens: aut ignorabat potentiam vini, quod eſſet illius qualitatis, ut facilè poſſit inebriari, quia erat clarum, & videbatur parvum vinum, & iſte 43 hoc credens & ſciens bibit, vel facta eſt mixtura vini à ſociis, vel aliquid appoſitum eſt utpote ſal, &c. ex quo facilius ebrietas oritur, & talis potator in nullo peccat, quoniam in eo non ſit voluntas peccandi, vel operã rei illicitæ præſtandi, *argum. l.* Gracchus. *ff. de adult.* Pergit Blancus, aut quis ſcit potum eſſe immoderatum, ſed putat non eſſe potentem ad inebriandum, credens ſe poſſe ei reſiſtere, ita ut hic venialiter peccans mitius debeat puniri, *d. l.* 6. *§.* 7. *ff. de re milit.* Aut quis ſcit potum immoderatum & inebriantem, & tamen mavult inebriari, quam à vino ſe temperare, & quia hic propriè ebrius dicatur, committat peccatum mortale, & puniendus ſit ordinaria delicti pœna. Cum † 44 peccata mortalia accipiant ſpecies non ab iis, quæ per accidẽns eveniunt prẹter intentionem, ſed ab eo, quod eſt per ſe intentum, *c. unum. §. criminis. diſtinct.* 25. Gail. 2. *obſerv.* 110. *nu.* 81. Quam diſtinctionem prolixius adhuc proſequitur Blanc. *d. loc.* quæ tamen ſingula ad Gailii diſtinctionem relatam accuratè tendunt, ita ut pluribus pertexere eam non ſit operæ precium.

De potatoribus, qui præmiis propoſitis propter potandi victoriam certant, & vini calore perfuſi temerè delinquunt, prout factitaſſe quondam † 45 Norvegos, tam clericos quam laicos, ad hauſtus æquales potantes, refert Wolff. *cent.* 15. *lect. memor. pag.* 793. adeò, ut qui ſcyphos grandiores exhauſiſſet, virtute præſtantior vulgò haberetur, jus eſt ſecundum ſtatuta & leges Græcorum, ut nedum ex delicto, vigore ebrietatis conſummato, ſed & ex ipſa temulentia, quæ per ſe delictum eſt, pœnam ſuſtineat ebrius, pro facti qualitate meritum, Plato 1. *de ll.* 2. ſæpenumero Jehova trinunus, † juſtitię ſuæ 46 legem immutabilem exequitur ipſe, & pœnas potatoribus verbo ſuo divino denunciatas, lentâ & crudeli infligit ſeveritate, *Eſa. c.* 5. 8. evertendo bellis, ſeditione & tumultu inteſtino regna & provincias, incitatâ nonnunquam gente barbarâ & peregrinâ, quâ delinquentes, magiſtratum pariter ac ſubditum, regem & populum, quâ tanquam ſuo flagello vel ſecuri utitur, pro merito corripiat & ad extremum confundat, Henr. ab Effer. *in explic. cap. Ezech. c.* 38. *de Gog & Magog. c.* 2. 3. *& ſeqq. paſſim.* Unde inter cætera conſpicimus,

Dd penes

penes ſingulos tot morborum tormenta, corporis ſupplicia, podagricos, hydropicos & febriles affectus, quorum certam ne ex millibus cauſam inveſtigare poſſibile credas ipſi Æſculapio. Nonnunquam ut perpetua experientiæ argumenta evincunt, accidit, ut potator morte immaturâ præventus ſine pœnitentia ad gehennam & perpetuam calamitatem mittatur, *arg. diſtinct. 90. per tot.* unde illud:

Enſe cadunt multi, perimit ſed crapula plures.

Idem Peuc. *de divin. cap.* lamentatur: ita divinitus conſtitutum eſt, ut rectè facta comitetur perpetua quædam felicitas, malos mores ſequantur pœnæ & æterna contritio: ait idem Peucer. *de divinat. pag.* 80. Balthaſar Babyloniæ
47 Rex in temulentia miſerè periit, *Dan. cap.* 5. quem trucidaſſe ſcribit Xenophon Gobiam & Gadaram Principes duos ex regno Balthaſaris, qui illius filium in venatione injuſtè occiderat, hunc quoque non levi affecerat offenſa, Philip. Melanth. *in explic. d. c.* 5. *in fine. in vita Alexandri.* Plutarchus refert,
48 quod is defuncto † Calano Indo multos ex Ducibus & amicis convocârit ad cœnam, certamen poculorum coronamq; ei, qui plurimum meri ebibiſſet, proponens, victorem autem hujus certaminis Pomadum quendam extitiſſe verum eum tres dies tantùm ſupervixiſſe, reliquorum verò conpotatorum mortuos quadraginta unum. Unde Divus Auguſtinus *in tit. de pœnit.* dicit: Ebrioſus ſi vinum ſorbet, ab eo abſorbetur, Deo fit abominabilis, ab Angelis deſpicitur, ab hominibus deridetur, à Dæmonibus confunditur, conculcatur ab omnibus. Ebrioſus confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam,
49 incurrit damnationem æternam. Idem alibi ebrietatem deſcribens, inquit: † Ebrietas eſt flagitiorum omnium mater, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, ſubverſio ſenſus, tempeſtas linguæ, procella corporis, naufragium caſtitatis, amiſſio temporis, inſania voluntaria, ignominioſus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honeſtatis infamia, animæ corruptela. Memorabilem hiſtoriam Athenæus *lib. 2. c.* 1. refert, juvenes, inquit, duos ob ebrietatem amentes, vino calefacti eo uſque dementiæ proceſſerunt, ut ſe in triremis navigare, & mare magnopere perturbatum eſſe, arbitrarentur, Deinde ita dementes facti ſunt, ut omnem domus ſupellectilem una cum lectis projicerent, nam viſus erat navis gubernator navem exonerare oportere ob tempeſtatem dixiſſe. Verùm cum multi congregarentur, diriperentq; ea, quæ projecta erant, neque tamen juvenum dementia idcirco vel die ſequenti deferbuiſſet, acceſſerunt militum duces in domum, ubi juvenes jacebant, quibus interrogantibus reſponderunt, ſe ob tempeſtatem defatigatos, ſupervacaneis oneribus navem exonerari oportuiſſe. His admirantibus dudum juvenum ſtuporem, alter juvenum, ego, inquit, amici mei, ob timorem me in hos lectos recepi, ut quam maximè liceret, inferius jacerem. Veniam autem duces mentis eorum alienationi concedentes,

jubentes

Digitized by Google

jubentes non plus vini bibere, quam conveniat, eos dimiſerunt. *Hactenus Athenæus.* Unde rectè Eccleſiaſtes dixit: Ebrium ſimilem eſſe dormienti in medio mari,& dormienti in faſtigio maris.

Denique de † dormiente jus eſt: Ut ſiquidem homicidium committat, ne teneatur pœna ordinaria, *clementina unica de homicidio, l. 2. §. aliquis. ff. de adquir. poſſeſſ.* Bald. *in l. 3. ff de juſt. & jur.* Tiraquell. *de pœn. cauſa* 5. Blancus *de indic. pag.* 232. Gail. 2. *obſervat.* 30 *num.* 30. unde verſiculus ille: 51

Stulte quid eſt ſomnus? gelidæ niſi mortis imago.

Quandoquidem in maleficiis voluntas & proairesis delinquendi conſideretur. *l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. l. 35. ff. de furt.* Atqui dormiens, rei neceſſariæ naturæ, & licitæ indulgens, in nullo eſt dolo, culpa, aut peccandi ſuſpicione. Ergo. *c. 15. q. 1. gloſſ. in c. teſtam. diſtinct. 6. in verbo. reo.* Blancus *d. loco.* modo ne dormiens ſoleat ſurgere & lædere homines, ex maleſanâ cerebri cōſtitutione, vacillante ſcilicet ſenſuum cooperatione, ideò quod natura forſan imbecillis eſt, & ſingulos corporis actus, obſtruendo nervorum principia, convincere, & ſomno quietos eos præſtare nequeat.

Quo caſu jus eſt, ut qui naturæ vitio illo laborat † nocte ſolens ſurgere, & deambulare, niſi ſibi conhabitare curat dormienti ſocios, qui obſervent eum, & ne mali faciat quicquam, ſedulò advigilent, ſi homicidium interea committat, non ſecus ac ille, qui culpa caſu præcedenti delinquit teneatur: Sicut putator arboris, qui non admonuit tranſeuntes *l. 3 ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. 31. ff. ad l. Aquil.* Blancus *de indic. pag.* 232. Gail. 2. *obſervat.* 110. *num.* 30. Philoſophi hoc hominum genus noctambulones dicunt, vulgus mares nuncupat mirâ ſuperſtitione de iis judicans. Narrat enim, quòd incredibili mobilitate hinc inde capiantur, & non aliter ac ſpiritus clauſtra & domus penetrare poſſit onere & dolore impatientiſſimo prævalentes & infeſtantes alios, alto immerſos ſomnio, ita ut ſpectra vel cacadæmonem ipſum eos ambulones exiſtere aliqui conjiciant: Verum & quicquid vulgus pro certo habet, à veritate remotum eſſe ſolet, dixit Joan. 23. Papa Romanus, teſte Balæo *in vitis Pontificum*, addens hoc: vulgus quicquid laudat, vituperio dignum eſt, quicquid cogitat, vanum eſt, quicquid loquitur, falſum, quod improbat, bonum eſt, & quicquid extollit, infame. Ita quoque quantum huic errori populari (nullum ſiquidem mendacium eſt adeò impudens & craſſum, ut careat teſte) fidei veritatiſq; tribuendum ſit, penes quemq; eſto arbitrium. Hoc quidem per tradita medicorum conſtat, deſcribentium morbum, quem appellant † incubum, ut affirment, comparatum eum ſic eſſe, ut non ſecus, ac febris atrâ bile ut plurimum æſtuante laborantibus, ita incubo affectis, non rarò variæ imaginum ſpecies & ſimulacra turbatâ phantaſiâ appareant, non aliter, ut nocturnas apparitiones & lemures ob oculos ſibi verſari credant, unde Caſſius Bruto metum ob conſpectum phantaſma eximere volens, re- 52 53

Digitized by Google

ſpondit. Non ita exiſtimemus, Brute nos affici revera iis, quæ videmus, aut videre ea, quibus affici nos, aut quæ cernere nobis videmur. Nam & ſenſus mobiles ſunt ac facilè decipiuntur, & mens multò celerius ſe ipſam pellente cauſa concidit, & quaſvis ſpecies concipit, quippe hæc imaginum formatio ceræ quandam habet ſimilitudinem, & animo hominis, in quo & effingendi & effigiem recipiendi ineſt vis, id quoque ſuapte natura adeſt, ut quam facilimè variet idem atque formet. Demonſtrant hoc inſomniorum tam variæ vices, quibuſvis imaginandi ex levi initio ita convertitur, ut omnis generis viſiones & affectiones exiſtant. Etenim animi natura ea eſt ſemper, ut moveatur, motio autem illa imago aliqua aut intellectio eſt: porrò corpus natura afflictum mentem exagitat, atqui minus ſui compotem reddit. Plutarchus *in vita Bruti*. Ita nonnullis exigentibus cordatioribus, præceptiſq; ſolidioribus philoſophiæ apprimè imbutis perſuaſum fuit, teſte Caſparo Peucero *de divin. in lib. de meteoris*. Viris bonis & fortibus ſimulacra & viſiones nocturnas nunquã apparuiſſe, ſed pueris, mulierculis vecordibus atque ægrotis, qui per animi imbecillitatem aſſidua formidine exagitantur. Non ſecus

54 ac terrere ſolet imprudentiores † ignis erraticus vel fatuus, de quo tradunt philoſophi, quod ſimiliter naturali modo appareat, incautoſq; decipiat, quem vulgo naſci conſtat, cum exhalationes ab aëre frigido & nimis condenſato propè nos detineantur, per vehementem quarundam exhalationum invicẽ ſuccedentium compulſationem calefieri & inflammari, diverſos quoque colores & figuras recipere, prout vapor craſſior ſubtiliorve fuerit, & prout diverſimode fuerit configuratus rubram apparere vel nigram flammã, in materiâ craſſiore, candidiorem & clariorem in materia ſubtiliori & certam figuræ varietatem ex lucis reflexione præſentare, Tholoſanus *in tom. art. mirab. lib. 3. c. 1.* Quod autem noctu potiſſimum appareat, cauſa eſt, quod exhalatio ea calida & ſicca ſit, aër autem frigidius & craſſius, quæ duo tantiſper occurrunt & ventilantur, donec ab agitatione flamma excitetur, Miraldus *lib. 1. Coſmogr. c. 15.* Alii volunt, quod & interdiu accendantur & exardeſcunt fuliginoſi illi vapores, niſi quod ita conſpici queant, ut nocturno tempore ſicut lucerna magis lucet noctu quam die, cauſa eſt, quia ſolum lumen majus obfuſcat minus. Inde nemo inſicias ire poteſt, quin Diabolus ſe immiſcere poſſit rebus hujuſmodi naturalibus, hominibuſq;, quibus apparet ille ignis terrorem incutere, viatores in flumina aut periculoſa præcipitia, ut exempla teſtantur, ſequentes ignem, deducere. Bodinus *in theat. lib. 2. pag. 179.*

55 Extat hâc de re narratio † Euphormionis Luſinini ad Percam in Satyrã. Exaudiebatur, *inquit*, apertius decurrentium undarum fremitus, quoniam aliis rebus nox quietem indixerat, & liberalius non mitius quaſi ubique obices morarentur, ſeſe ſpumanti impetu effundebat, cum improviſo amnis tanquam & ipſe nocti cederet, obmutuit, faceſq; aliquot fluctibus emerſerunt, & voces

& voces tanquam viarum judices nos ad ſe non obſcuro clamore vocabant, tot miracula, an vero metus prudentiam meam interceperit, haud facilè judicarim, certè jam à via deflectebam, itaque ad illum ignem deſtinaveram cum Percas (id eſt, Comes itineris ſic dictus) lacertum meum tenuit, & à mortis limine revocavit ad vitam. Quo te inquit ſubducis, ait: quid te miſerabili letho, involvis fluctibus, tanquam in terra mori non poſſis? Iraſcebat mihi fortiſſimè: Sed tantum cum hæ faces non uno in loco fulgerent, & nunc ſecundo nunc adverſo amne decurrerent, hinc extinctæ, alibi naſcerentur modo numeroſo lumine, modo in frequenti igne & malignè lucerent, cœpi ipſe damnare impetum meum, & interrogare ſocium, quis illius flammæ auctor? quæ alimenta igni in tanto undarum curſu, quis ille deniq;, qui nos tanquam ad ſe errantes benignius evocaſſet? tum ille, ſpectra, inquit, & infelices ſpiritus, quibus eſt nihil hominum ruina potius, non in hoc modo gurgite, ſed in omnibus propè fluminibus nocturna hæc incendia excitant. Incauti † via- 56
tores his utuntur ducibus, ſe plerumque vel nodoſis verticibus implicant, vel ſi meliori genio ducuntur, cœnoſis paludibus impediti longiſſimam noctem inter preces & vota conſumunt. *Hactenus ille.*

Pertinet huc denique † ſtratagema bellicum ad terrendos hoſtes, ab i- 57
gni fatuo tranſductum, quod ex Julio Frontino 1. *cap.* 5. recenſet Heinricus Ranzovius in commentario bellico *lib.* 2. *c.* 9. Reductus, *inquit*, in anguſtias, ex quibus difficulter elabi potes, noctu armentorum cornibus faſces virga- 58
rum atque arida ſarmenta alliga, ex his incenſis armenta dimitte. Hæc quam primum adoleſcens flamma ſuccreverit, in montes diſcurrent, arbuſta incendent, iiſdemq; paſſim lucentibus oſtenti loco habebuntur, ſi dolus patefiet, inſidias metuent hoſtes ſeq; in caſtris continentes, tibi proficiſcendi non obſtabunt.

CAPUT XXV.

DE HOMICIDIO, UBI CULPA CASUI PROXIMA ex qualitate ipſius facti, cooperante homine, explicatur.

SUMMARIA.

1. *Qui laſcivitate bombardam ſolvit, indeq; hominem imprudens interimit, quæritur quomodo teneatur?*
2. *Percutiens mulierem prægnantem unde abortum faciat, qualiter punitatur?*
3. *An reſpublica bello infeſtata ſe defendere poſſit?*
4. *In duello illicito hominem occidens ordinaria tenetur pœna.*
5. *Quomodo conſtitutio imperii de pignerationibus in hunc juris articulum coincidat.*
6. *Litium eventus exitioſus eſſe ſolet.*
7. *Qualiter mandata veri ſuppoſitione revocentur?*

8. Occidens Titium volens interficere Cajum, quomodo teneatur?

9. Quomodo plectantur caſtratores?

10. Pœna talionis antiquiſſima.

11. Locus Valerii Maximi de caſtratis.

12. An caſtratus habeat teſtamenti factionem.

13. Eunuchi in ſacris literis qui dicantur?

14. Præcipitans hominem per levitatem de ponte, quomodo puniatur?

15. Qui parat foveam, in quam cadat homo, isq; inde pereat, an teneatur foſſor?

16. Feræ beſtiæ non habentur pecudum numero.

17. Quomodo dominus vel cuſtos feræ beſtiæ teneatur, quæ noxam dedit vel hominem jugulavit?

18. Qualiter æſtimetur corpus hominis liberi truncatum vel deformatum?

19. Noxa & damnum relata ſunt,

20. An dominus noxa dedendo pecus ex omni aſſe liberetur?

Atque ſic dictum quoque ſufficiat de culpa caſui proxima ex perſona delinquentis. Ex ſe ipſa, ſuiq; ipſius qualitate culpa conſiderata dicitur, cum factum, in quo occupatur homo ſanæ & perfectæ mentis, eſt illicitum ac ſic comparatum, ut niſi accurata cum animi induſtria & providentia id expediat, inde malum aut damnum injuria naſci queat. Recenſeri poſſunt factorum ejuſmodi ſpecies multæ & variæ. Ex pluribus paucas referre ſufficiat, 1. Jaculatur aliquis telo intra mœnia urbis, ubi ſtatuto vel conſuetudine prohibitum eſt jaculari, isq; dum telum emittit volens interficere beſtiam, vel
1 quia † ex mera laſcivitate bombardam ſolvit, ſi inde homo perierit, jaculator tenetur extraordinaria legis Corneliæ pœna, ut qui rei illicitæ operam dedit ſcilicet culpâ caſum præcedente, *§. 5. ubi Schneid. Mynſ. & Dd. inſtit. ad l. Aquil.*

2 Percutiens † mulierem prægnantem, unde partus pereat, mulierq; abortum faciat, tenetur pœna extraordinaria legis Corneliæ, utpote qui dedit operam rei illicitæ, nam illicitum eſt, nedum manus † adverſus aliquem levare, *l. 15. §. 1. ff. de injur.* multominus hominem librum injuriis & verberibus afficiere, *§. 9. & 10. inſtit. de injur.*

Defendens ſe telo, ubi offenſio eſt licita, atq; idcircò hominem interficiens, *Dd. in l. 4. C. de his qui ad Eccleſ. confug. gloſſ. in l. 3. ff. de J. & J.* Neq; obſtat, quòd defenſio ſit juris. *d. l. 3.* Reſp. quòd defenſio ſit præcepti naturalis non vero formæ reſpectu, quam limitatam accepit à jure civili. Paulus de Ca-
3 ſtro *conſil. 149.* Anton. Quetta *conſil 14.* ubi diſputat, an † reſpublica communitas rebellis bello & armis infeſtata jure ſe defendere potuit? Deinde utrum belli expenſas in oppugnationem contra ſe factas, belli Imperatori refundere teneatur. Prius negat, poſterius affirmat.

4 In † duello, quod hodiè illicitum eſt, occidens hominem, tenetur pœna extraordinaria, *argum. receſſ. Imp. de anno* 1552. 1555. Schurff. *conſil. finali cent.* 3. Gylman. in Symp. *tom. 2. pag. 249. in præjud. cam.* Cæph. *conſil. 57. lib. 1.* Ferdinand. Vaſq. *illuſtr. controverſ. 59.* Cagnol. *in l. 125. ff. de R. J.* qui duella

pro defenſione honoris & famæ, præſertim à viris equeſtris ac nobilioris ordinis commiſſa toleranda eſſe ſtatuunt, ſtatuto autem & conſuetudine prohibita duella hodie vigore conſt. Imp. pœnam ordinariam præ ſe ferunt, quoties duello pugnator occubuerit. Quo caſu quoque pœnam ordinariam adverſus occiſorem ſtatuendam eſſe arbitror, neq; admittendam allegationem cauſæ ad purgandum quodammodò comparatam. Eſt ſiquidem Æriologia juris, quod cum prohibitio hominis addatur ad prohibitionem legis, quod tunc prohibitio etiam operetur in caſibus vulgò permiſſis, propter concurſum duplicis vinculi. Anton. Querta *conſil.* 20.

Capiens & incarcerans hominem ex cauſa pignorationis, isq; carceris ſqualore & iniquitate decedat, tenetur pœna extraordinaria legis Corneliæ *argum. l.* 30. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* Quandoquidem † pignorationes inter imperii 5
ſtatus omni jure reprobatæ & damnatæ ſint, præſertim noviſſimis imperii cõſtitutionibus *ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 22. *receſſu de anno* 594. §. Da aber/ ꝛc. Gail. 1. *de pignor. c.* 3. 4. *& ſeqq.* Johan. Tileman. *de Benig. ſyntagm. jur. Camer.* 4. *deciſ.* 1. 11. *volum.* 8. *&* 10. Ne in propria cauſa ſibi jus dicere cuiquam permittatur, *l.* 10. *ff. de juriſdict. l. ext. ff. quod metus cauſa.* Tum quòd par in parem non habeat poteſtatem & imperium, *l.* 85. *ff. de judiciis.* Nec ſingulis concedendum ſit, quod per ſuperiorem publicè licet, ne occaſio ſit majoris tumultus faciẽdi, *l.* 176. *ff. de R. J.* Et licet Camera in cauſis criminalibus regulariter judex competens non ſit, ſe intromittit tamen hìc propter cauſarum ſcilicet continentiam, ne actor & reus, eadem ſuper re & cauſa, in diverſis judiciis litigare cogantur, *tot. tit. ff. de quib. reb. ad eund. jud. l.* 5. *C. arbitr. tut. deputat. Spirenſ. de Anno* 600. §. Bey vnſern / Felin. Abbas *in c. prudentia.* §. *ſi vero. extra de offic. delegati.* Jaſon *in l.* 18. *Cod. de procurat.* Bart. *in l.* 15. *ff. de re judic.* Sebaſt. Vantius *de nullitat. rub. fin. num.* 68. Quo enim plures ſunt controverſiæ, diſ- 6
ſidia & expenſæ (nam δίκη δίκην βλάβην βλάβη τίκτει, juxta proverbium) plura, & quæ inde naſcuntur odia & inimicitiæ, quæ non rarò à ſervitiis & cultibus divinis homines abſtrahunt, & morte ſine pœnitentia & reconciliatione præventos mittunt in gehennam ignis, *diſtinct.* 60. *per tot.* Neque verò, ſi ex maleficii cauſa, non ut res tertia innocens, ſed rea nocens pignoratur, aut capitur ſubditus, homicidii aut criminis alterius reus, ſe competentem pronunciat Camera, quandoquidem caſum ejuſmodi expreſsè excipit conſtitutio, ibi: Allein Maleſitzſachen außgenommen / *receſſu Ratisbon. de anno* 549. §. Aber die Perſonen / *deputat. Spirenſ. de anno* 600. §. Fürters wann ein gefangener Vbelthäter. Imò maleficii cauſam, ut exceptionem in puncto paritionis opponere licet, atque inde mandatum probatâ in continenti pro conditione proceſſus hujus, exceptione, tanquam ſub & obreptitium revocatur. Etenim omnia Principis reſcripta & mandata cum & ſine clauſula emanata hanc tacitam habent conditionem, ſi preces juſtitia & veritate nituntur, *c.* 2.

de re-

de reſcriptis.l.4.C.de precib.imp.offer. Bart. *in l. 2.C. ſi contra jus & utilitat.pub.*
7 Gylman. *in ſymphor.* 1.c. 15. Anchor. *conſil.* 240. Gail. 1. *obſervat.* 14. Atque † exceptiones ejuſmodi ſub & obreptionis generaliſſimas eſſe, nempe quæ omnibus reſcriptis, mandatis monitoriis, per falſi ſuggeſtionem & veri ſuppreſſionem obtentis, tanquam ſcutum opponi poſſunt, Mindan, *c.15. lib. 1. de proceſſ.* Gail. *d.l.loco.* Canoniſt. *in c. ſuper. de reſcript.* Curtius *jun. conſil.* 246. Specul. *in* §. 34. *de reſcript.*

8 Occidens † Titium qui voluit interficere Cajum. Bart. *in l. cum ſervo. ff de injur. gloſſ. in l* 11.§.2. *ff. de pœnis, & in cauſa.*15. *quæſt.*1. Bald. *in l. ſi quis.C.de Epiſc.& cler.* Cœpolla *conſil.* 33. Sed verius affirmant, qui ſtatuunt interfectorem ordinariæ legis Corneliæ pœnæ ſubjiciendum eſſe nempe, qui dolo malo, quem ut cauſam formalem requirit lex Cornelia, occiderit hominem, *lib.* 18.§.3. *ff. de injur.* ubi dicit JCtus, quod ſi quis putet Lucium Titium eſſe, cum ſim Cajus, Sejus, prævalet, quod principale eſt, injuriam eum mihi facere velle, Blancas *de indic. pag.* 299. & 301. Non ſtringunt rationes, quas dicto loco adfert, licèt enim ejuſdem ſubjecti reſpectu dolus commiſſus non ſit, quia tamen dolus malus hic præſupponatur, cum certum ſit, voluiſſe interfectorem occidere hominem, non dubium eſt, quin occiſor ordinaria teneatur pœna, etenim ſi telo hominis necandi cauſa obambulans, legis Corneliæ pœnæ reum ſe aſtringit, quanto magis ille, qui & telo doloſè ambulavit & hominem occidit, *l.1 ff. ad l. Cornel. de ſicar.*

9 Caſtrari † faciens liberum vel ſervum, isq; inde moriatur, *l.4.* §.2. *ff. ad ad l. Cornel. de ſicar.* nempe qui operam rei illicitè dans, culpâ enormi, caſum præcedente interimit hominem, quo caſu & mandator, & caſtrator mandatarius, ſeu medicus, qui excidit, ut ait textus, pro homicidis habentur, *d.l. 4. §.2. in fin. l. fin. l. 15. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Jure authenticorum, *Novell.* 142. *cap.* 1. caſtratorum pœna eſt, ut publicatis bonis eorum, idem hoc, quod aliis fecerunt, & ipſi patiantur, id eſt, viciſſim caſtrentur, Cujac. *in expoſit. d. Novel.* ta-
10 lionis ſcilicet pœna, quam Ariſtot. *ex pythagor. ſent.* 5. *Ethicor.* 5. definit, jus quod retro debetur, & reciprocatâ pœna compenſatur. Unde Radamanti lex,

Quod fecit, ferat hæc, fuit hæc directio juris.

in l. 12. *tabul.* legitur ſi membrum ruperit meum ex pacto talio eſto, ſic in libro ſapientiæ dicitur *cap.* 2. quod per quæ quis peccat, per ea puniri debeat, legibus Moſaicis hęc talionis pœna uſitata quoq; fuit, ut videre licet *Exod.* 25. *Levit.* 24. *Deut.* 19. *Judic. c.* 1. *Matth.* 5. *Geneſ.* 9. *Apocal.* 13. Cur placuerit autem imperatoribus Romanis adeò ſęvire, animadvertere in caſtratores? expli-
11 car Valer. Maxim. *lib.* 7. *cap.* 7. Imperatoribus † Romanis (*ait*) ſemper inviſi fuerunt, & inter eos habiti caſtrati, qui neq; virorum neq; mulierum numero jure potuiſſent recenſeri. Unde *de Gerutio* quodam teſtatur idem, qui
12 ſibi ipſi genitalia abſciderat, quod † idcircò pro perſona turpi & obſcœna reputa-

reputatus ſit, indignus quoq;, qui ex teſtamento capere quid potuiſſet. Per infame fuit (addens) hujus monſtri tertiiq; generis hominum, inquinata voce ſub ſpecie juris tribunalia pollui, unde verſus Claudiani:

Alter quos pepulit ſexus, non ſuſcipit alter,
Exſecti veneris ſtimulos & vulnere caſti.
Maſta duplex ætas, inter puerumq; ſenemq;,
Nil medium. ——————
Adde quod eunuchus nullâ pietate movetur,
Nec generi natisq; favet.

Refert Caſp. Bruſch. *in annal. conſt.* quòd monachus juvenis annorum 17. nomine Sigiſmundus Juſtelius audiens in Colloquio monaſtico ab Abbate, monachos ad caſtitatem adhortante, Origenem ſibi ipſi religionis ergo teſticulos exſecuiſſe, ipſe juvenis ſibi facere idem nocte quadam non dubitaverit. Exſpectans ergo diem lotioni deſtinatum in balaeis ſe eleganter lavit, poſteà noctu ad ędiculam corporis Domini genua flectens, & precibus ibi ad Deum præmiſſis, in cubiculum inde reverſus, reliquis dormientibus ſolus vigil animi propoſitum magnanimiter aggreſſus eſt: Cumq; ad eum decumbentem paulò poſt nobiles ex Bavaria fœminæ acceſſiſſent, pudore ſuffuſus eſt, correptus etiam ab Abbate, poſt pauculos menſes ex cœnobio profugit, in quem Bartolomæus Abbas tale luſit tetraſtichon:

Sigmundus variis noſter celebrabitur oris,
Exſecuit propriis qui ſibi teſticulos.
Eſt aliquid regnum cœlorum quærere: ſed ſic
Cœlorum quæram non ego regna mihi.

Joan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. pag.* 577. alias de Franciſcanis pluribus ſibi teſticulos adimentibus ſcribit Leland. in vita Richardi, quem refert idem Wolff. *d. tom.* 2. *pag.* 503. Idem de teſticulis Papæ agens ex decretalibus, ait, conſtat Papam habere teſticulos, ut quod non poſſit eſſe Papa, nam per ſubtilem Philoſophiam decretalium conſequentiam talem eſſe neceſſariam. Ille eſt Papa. Ergo habet teſticulos, & non niſi cum defecerint teſticuli, Papas nullos in mundo. Ex quibus infertur nullius eſſe penſi vates illos, quicunque in hac maximâ teſticulorum copiâ de interitu Papatus quicquam præſagire velint, hæc ille ex Franciſc. Raballo Doctore Pontificio; ubi ſcribit cur monachi magis incaleſcant in venerem quam cæteri ordines, vide Wolff. *d. p.* 599. *& pag.* 420. Qua denique ratione placuit, ne caſtratus adoptare poſſet, *§.* 10. *inſtit. de adopt.* quoniam adoptio naturam imitetur, *§.* 5. *inſtit. eod.* licet ſpadones adoptare non prohibeantur. *d.* §. 10. Differunt ſiquidem defectus, nam

Caſtratos natura facit violenta ſpadones,
Improbitas amor eunuchos & fœda libido.

Quemadmodum nec matrimonium contrahere caſtrati jure poſſunt, *tot. tit.*

extra de frigidis & maleficatis. Prioribus & præſertim §.10.*inſt. de adopt.*non obſtat Novell. Leonis *conſtit.26.in princ.*ibi: Nam quid ea quæ in libris percipitur voluptate, ad oblactandos hominum animos ſuavius, aut vero quid in humanæ vitæ negociis cum aliis, tum quæ in ſenectute nobis ſe offerunt, utilius? levari ſenectutis moleſtias liberorum miniſterio videmus.

Porrò in fine ratione & oratione non minus pereleganti: ibi. Eunuchis autem præcipuè liberorum acquiſitio, quæ per legem fit, eſt neceſſaria, eoq; magis, quòd una hac ratione, ut patres ſint, conſequantur, itaque liberorum miniſterio ipſis frui contingat, quo inhumanum eſſet, ſi quod genitalibus privati ſint, inſuper etiam privarentur. Sed quemadmodum cui vocis uſus ademptus eſt, quæ linguæ munia ſunt, per manum adimplere, & qui ſermonem labris fundere nequit, per ſcripturam ad ordinandas res ſuas procedere non prohibetur, ita neque qui quod genitalibus privati ſunt, liberos non habent, horum indigentiam alio modo compenſare vetandum eſt?

Ad quod argumentum reſpondetur ex communi Dd. theorica, quòd novellæ Leonis Imperatoris Græci Conſtantinopolitani, in occidentali imperio nuſpiam ſint receptæ, Ita ut ex iis, tanquam minus Authenticis nulla argumentandi vis & effectus jure depromi queat. *argumento l.penult.ff.de ll.*
13 quanquam mentio fiat in † ſacris literis toties Eunuchorum, regum miniſtrorum, ubi ſciendum, quod ſatellites præcurſores & famuli Regum, eunuchi ſignificatione impropria dicantur.

14 Præcipitans † aliquem de ponte vel navi, laſcivitate & petulantia, homoq; inde ſubmerſus aut laſſatus vi fluminis perit, extraordinariâ legis Corneliæ pœna pro culpæ qualitate tenetur, *argumento l.7.§.7.ff.ad l.Aquil.l.27.§.21 ff.eodem.*

15 Parans † foveam ferarum capiendarum cauſa in loco publico, quo cōmuniter ambulare ire & redire ſolent homines, in quam homo cadit & ex lapſu moritur, extraordinariè tenetur. *l.28.ff.eodem.* Quemadmodum ramum dejiciens putator in loco publico non acclamat, hominem prætereuntem, *l.32.ff.eodem l.7.ff.ad l.Cornel.de Sicar.*

16 Dimittens † feram beſtiam, quam in cuſtodia quis habebat, utpote leonem, urſum, pantheram, lupum, canem, quæ pecudum numero non habentur. *l.2.§.9.ff.ad l.Aquil.§.2.inſt.eod.* à quibus dilaniatur homo, tenetur pœna legis Corneliæ extraordinaria. *argum.l.1.§.5.l.finali.ff.ſi quad.paup.feciſſ. dicatur.conſtit.crim.Car.V.artic.136.* Sed quid ſi dolo malo aut laſcivitate perverſa feram beſtiam cōtra hominem inſtigavit cuſtos beſtiæ aut alius, quivis? Reſp Si dolo malo, qui ex probabilibus circumſtantiarum argumentis
17 colligitur, id factum demonſtretur, Blanc. *de indic.pag.349.* pœna † homicidii ordinaria teneatur dominus vel cuſtos beſtiæ, dolo ipſam dimittens, adeò ut quoque pro criminis atrocitate contra reum exaſperanda ſit pœna.

l.1.ubi

l.1.ubi Dd. ff. h.t.l.11. ff. de pœnis. Cæterum ſi mera ex laſcivitate vel petulantia cuſtos dimittit beſtiam, exiſtimans, feram ex parte manſuefactam nil nocituram vel præſtare citius, ſi in quem hominem fecerit impetum, minis aut verbis revocare, eam ſedere, extraordinariæ legis Corneliæ pœnæ reum ſe aſtringit. *l.1.3. ff. ſi quad. paup. feciſſ. dicat. §.1. ubi Dd. inſt. eod. d. artic. 136. conſtit. Car. V.* Par judicium eſto: ſiquidem irritata beſtia vel de cuſtodia in naturalem libertatem ſe recipiens hominem liberum læſerit ſaltem, ut beſtiæ dominus aut cuſtos de damno dato teneatur, quo caſu JCtus *in d.l.3.* ait: potiſſimum † deformitatis rationem habendam eſſe, cum liberum corpus non 18
recipiat æſtimationem. *d.l.3.l.13. ff. ad l. Aquil.* ubi impenſarum in curationem factorum & operum amiſſarum, amittendarumq; dehinc, dum inutilis foret ad operas, ratio jure haberi debet, *d.l.3.*

Sed utrum hoc caſu noxa dedendo beſtiam liberetur dominus aut cuſtos, ne ſcilicet de damno injuria dato amplius conveniri queat: Quæritur? Negatur.

1. Quia † inter noxam & damnum datum datur quædam relatio, ete- 19
nim noxa ſeu caput animalis ſuccedit loco precii & æſtimationis, quâ recompenſatur damnum ita, ac ſi nunquam eſſet injuria datum, *Dd. in l. 1. ff. eodem.* atqui corpus liberum precium & æſtimationem non recipit. *d. l. 3. ff. eodem.* Ergo.

2. Si noxæ † dedendo beſtiam liberaretur dominus, fruſtra diceretur 20
in d.l.3. dominum teneri de damno dato, & præſtare impenſas in curationem factas, &c. Atqui verba ita accipienda ſunt ut aliquid operentur. Bald. *in rub. de contrah. empt.* Quet. *conſil. 9.* Ergo.

3. Adde, quod ſi noxa ſeu caput beſtiæ non inveniret emptorem, nihil conſequeretur pro damno accepto offenſus: ecquis verò ſanæ mentis damnum (quod omnes natura averſamur declinantes ea, quę nocitura videntur) precio comparabit? *d. l. 3.*

4. Probat hanc ſententiam *conſtit. crim. Car. V. artic. 136.* Jus Saxon. Landrecht/ *artic. 62. lib. 2.* Deciſ. Lipſienſ. *99. & 100.* quas allegat & ſequitur Matth. Coler. *in deciſ. Germ. deciſ. 168.* Neque obſtat *l.1. ff. eod. tit. §.1. & 2. inſt. eod.* Reſp. [1] quod loquatur de pecudibus iis, quorum genere non comprehenduntur animalia, quibus feritas naturalis ineſt. *l. 2. §. 2. ff. ad l. Aquil.* [2] Quod ut ratio & ſubjecta materia arguunt de damno injuria dato non homini, ſed beſtiæ aut rebus inanimatis, ſuppeditat hanc explicationem phraſis: pauperiem feciſſe, &c. *tot. tit. ff. ſi quad. paup. feciſſ. dicat.*

* * *

CAPUT XXVI.

DE CVLPA REMOTA CASVM HOMIcidii præcedente.

SUMMARIA.

1. *Culpa remota quæ?*

2. *Iaculator ex improviſo telum emittens, unde homo pereat, quomodo puniendus ſit?*

4. *Iaculator imperitus puniri debet, qui feram beſtiam jaculaturus, hominem petiit.*

4. *Quando ſtatuto vel conſuetudine cavetur, ne portentur ſclopeta à privatis, ſi homo ex improviſo bombarda interficiatur, quomodo occiſor teneatur?*

5. *Tonſor in loco, ubi pila ludebatur, ex imimproviſo præcidens gulam tonſi, quomodo puniendus ſit?*

6. *Antinomia inter Vlpiani & conſt. Car. V. ſententiam.*

7. *Fatum Caroli Navarri regis refertur.*

8. *Aggreſſus dum laborat pro defenſione ſui & amicorum, occidens tertium an teneatur actione legis Corneliæ?*

9. *Quæ ratio ſtringit in antecedenti, eadem in conſequenti quoq; dominatur.*

10. *Infirmitas eſt intellectus quærere legem, ubi habemus rationem naturalem.*

11. *Ratio generalis ſubjecta diſpoſitioni extenditur ad ſimilia.*

12. *Genus ſub ſe comprehendit ſpecies.*

13. *Pater quomodo corrigere debeat filium.*

14. *Pater an filium hodie adhuc occidere poſſit impune?*

15. *Patria poteſtas eſt officium meræ pietatis.*

17. *Neceſſitas legem non habet.*

17. *Vaſallus beneficium vendere poteſt, ſine conſenſu domini propter neceſſitatẽ extremam.*

18. *Deſcriptio famis.*

19. *Tempore peſtis conditum teſtamentum coram duobus teſtibus valet.*

20. *Tempore peſtis Deus cum hominibus præliatur.*

21. *Dominica poteſtas hodie limitata eſt.*

22. *Vmbricia matrona Romana eo, quòd plus æquo pulſaſſet ancillas, ad quinquennium relegata eſt.*

23. *Dominus famulum ingenuæ conditionis plus æquo corrigens, tenetur actione injuriarum.*

24. *Dominus intolerabiliter tractans vaſallus, feudum amittit.*

25. *Dominus vaſallum amare debet ut filium.*

26. *Non natura fert, ut eos amemus, à quibus patimur mala.*

27. *An Tyrannus expelli poſſit à ſubditis de regno?*

28. *Si ſubditi plus æquo à magiſtratu moleſtantur, poſſunt illi implorare auxilium ſuperioris, ut liberentur de poteſtate iniqui domini.*

29. *Explicatur l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.*

30. *Qualiter in Camera proceſſus extrahantur contra dominos iniquè ſubditos tractantes.*

31. *Requies à labore vitam ſuſtentat.*

33. *Subditis adverſus magiſtratus primo loco mandata non decernuntur.*

33. *Fallit hoc, quoties domini malè audiunt de ſævitia notoria.*

34. *In genere pro magiſtratu præſumitur juſtitia & bona fides.*

35. *Ratio, cur difficulter ſubditis decernantur mandata contra magiſtratum.*

36. *Narrata ſupplicantium fundant judicium, etſi narrata meritorum cauſa ſunt falſa.*

37. *Citationes decernuntur periculo partium.*

38. *Qui bene narrat, bene impetrat.*

39. *An l. 3. ff. de in jus vocand. pertineat ad ſubditos reſpectu dominorum?*

40. *Feu-*

40. *Feudum non tribuit juriſdictionem.*

41. *Subditus contra dominum verbis modeſtiè agat in judicio.*

42. *Appellans qui criminatur judicem à quo, ſit infamis.*

43. *Magiſter ſub diſciplina pulſans puerum unde moriatur, non tenetur ordinaria legis Corneliæ pœna.*

44. *Exemplum legis 5. §. fin. ff. ad l. Aquil. declaratur.*

45. *Mala non ſunt, niſi quæ mem[illegible] crimini implicant & conſcientiam vulnerant.*

46. *Homicidia ſine fraude commiſſa potius fato quam noxæ imputari debent.*

47. *Præceptor diſcipulum diſciplina caſtigans vel verberans in tantum, ut paulò poſt decedat puer, quid juris?*

48. *Diſcipulus hodie magiſtrum ſine venia in jus vocare poteſt.*

49. *An ſublata ſit l. 13. ff. de in jus vocando.*

50. *Quid ſi diſcipulus à præceptore pulſatus repercutiat, vel prorſus occidat magiſtrum, quomodo puniatur?*

51. *Si impubes damnum dat, perinde eſt ac ſi tegula de domo cadit in hominem.*

52. *Animalia bruta fuſtibus cæduntur, ut plagæ in iis aliquam refricent memoriam.*

53. *Vbi offenſio licita eſt, defenſio prohibetur.*

54. *Explicatur l. 38. §. 4. ff. ad l. Iulian. de adult.*

55. *Explicatur l. 14. ff. ad SCtm Syllan.*

56. *Profeſſores in Academiis Studioſos dictis aut factis corrigentes, non conveniantur actione injuriarum.*

57. *Iuris executio non habet injuriam.*

58. *Bona diſciplina ut pupilla oculi cuſtodienda eſt.*

59. *Studioſi luxui & inertiæ dediti, quid tandem conſequantur præmii?*

60. *Referuntur memorabilia philoſophorũ dicta, pro deteſtandis voluptatibus.*

61. *Maritus uxorem corrigens, quod ipſi licet, ſi adeò pulſaverit eam, ut inde moriatur, extra ordinem puniatur.*

62. *Vir deſtinato ad occidendum propoſito interficiens uxorem, quomodo puniatur?*

63. *Pœna parricidii recenſetur.*

64. *Conciliatio l. 1. & 9. §. 1. de parrid.*

65. *Conciliatur d. l. 9. cum §. 7. Inſt. de p. j.*

66. *Inter pœnam & delictum debet eſſe quædam proportio.*

67. *Si vir uxorem prægnantem pulſat, quæ abortum facit, qualiter is puniendus ſit?*

68. *Partus animatus quis dicatur?*

69. *Dolus à jure præſumptus, quis propriè dicatur?*

70. *Ignorantia juris neminem excuſat.*

71. *Explicatio regulæ, judex clementior lege eſſe non debet.*

72. *Pœna viri, qui manus in vulvam mulieris intrudit, ut ſanguis erumpat, ſecundum deciſiones Lipſienſium eſt fuſtigatio.*

73. *An fœminæ in viros ſævientes, eadem pœnâ, quâ viri, ſint coërcendæ?*

74. *Referuntur varia antiquorum dicta & ſententiæ de vitiis & improbitate fœminarum.*

75. *Pactum lepidum conjugum ex hiſtoriis Suidæ citatum.*

76. *Quâ dote ducenda ſit uxor, variæ veterum & jucundæ ſententiæ.*

77. *Quæ culpa medico imputetur? & quando ſit extra culpam?*

78. *Nova curandi methodus ſuſpecta eſt.*

79. *Mos de Locris relatus in rebus novis conſtituendis.*

80. *Medici jactabundi ſunt impoſtores.*

81. *In quantum medici diſtent à latronibus?*

82. *Cur ars medicandi non cuivis concedenda?*

83. *Per conjecturas mortem hominibus inferre quid?*

84. *Abuſus medicinæ pluribus taxatur.*

85. *Cur gratis ſervire teneantur medici pauperibus?*

86. *Avaritia medicorum coërcenda.*

87. *Ægroto non mortis hora denuncianda.*

88. *Non eſt ſecanda vena membro, in cujus ſigno luna exiſtit.*

89. *De corruptis materialibus quid jura diſponant?*

90. *Quando medicus ordinariâ l. Corneliæ pœna teneatur?*

91. *Quid pœna, cum homo ſub ludo colluctationis*

ctationis, pancratiis vel torneamentorum ec-cidatur.

92. *Locus in omni delicto vel pœnam minuit vel auget.*

93. *Regula Eberhardi à Middelburgo, qua omnes in jure contrarietates ſolvi poſſe contendit.*

94. *Iudicia gravia aliquot authorum de ludis ſanguinolentis Romanorum.*

95. *Quæ perſona ad certamen admittenda.*

96. *De juramentis colluctatorum?*

97. *De certaminibus fœminarum notabiliora, & quando ea demum fuerint ſublata.*

98. *Certamina & in privatis conviviis, uti theatris inſtituta fuere.*

99. *De ludis taxillorum, chartarum.*

100. *Quænam leges in luſu licito ſervanda?*

101. *An luſor condicere poſſit, quod luſu perdidit?*

102. *An mulier ludere poſſit ſine viri conſenſu?*

103. *An patre omnia bona ſub ludo perdente filii poſſint vindicare legitimam à colluſore victore?*

104. *An parans foveam vel offendiculum ad defraudandos hoſtes, ſi quis in illud incidat, vitamq; perdat, inde teneatur foſſor?*

105. *Stratagemata bellica aliquot recenſentur.*

ATque tantum de culpa propinqua caſum præcedente, quæ homicidii
1 pœnam mitigat & extenuat, culpa † remota eſt hoc in loco ex diſtinctione ſuperius traditâ, cum factum in quo occupatur homo, quidem licitum eſt & jure permiſſum, verum ex accidenti aliqua cauſa, loco, tempore, & circumſtantiis aliis, ſic comparatum, & niſi accurata ex omni parte ſolertia & prudentia perficitur, inde damnum injuria aut homicidium provenire poſſit exempla ſunt.

2 1. Tendit † quis arcum in cœtu hominum publico, arcus præter ſpem & opinatum, telum fortè emittit, & hominem transfodit, quia ſcire debebat jaculator in frequenti hominum cœtu non tendendum arcum eſſe, extraordinaria legis Corneliæ pœna tenetur. *argum. l. 11. ff. ad l. Aquil. conſtit. crim. Car. V. artic. 146.* utpote culpa caſum præcedente, & ſi non ſit ordinata proximè ad delictum, etenim arcum tendere res per ſe eſt licita, modo id ſuo loco & tempore debito fiat. *argum. d. l. 11.* Carr. *in pract. crim. 5. homicid.* Damhoud. *in c. 25. n. 3. 4.*

2. Jaculator cum arcu tenſo vel bombarda ambulat & proficiſcitur, interim comes laſcivitate vel ex improviſo brachium illius torquet & movet, ita arcus telum bombarda globulum emittat, ſimiliter tenetur jaculator, modo antedictæ circumſtantiæ hic quoq; intercedunt. *d. l. 11.*

3. Jaculaturus aliquis beſtiam, † imperitus artis jaculatoriæ, confodit
3 hominem, extraordinariè punitur, cum imperitia culpæ annumeretur. *l. 36 ff. de R. J.* & affectare nemo debeat, in quo vel intelligit vel intelligere debebat imperitiam ſuam aliis periculoſam fore. *l 8. §. 1. ff. ad l. Aquil. conſtit. crim. Car. 5. artic. 146.* ibi: Der Thäter keiner wird gnug entſchuldiget / dennoch iſt mehrer Barmhertzigkeit an ſolcher Entleibung die vngefehrlich auß Geilheit dann Vnvorſichtigkeit / doch wider deß Thäters willen geſchehen / ꝛc. Quod ſi tamen
4 † jaculator in numero eorum ſit, qui bombardam geſtare publicè prohibentur,

bentur, delicti veniam & commiſerationem haud meretur, etenim à jure eſt
alienum, ut quis eâ lege juvetur, quâ ipſe impugnavit. *c. quia. de uſuris.* Quetta
conſil. 14. portare autem ſclopetas interdicitur plebejis. *Conſtit. Reform. Polit.*
de anno 530. editâ Auguſtæ.

4. Tonſor † in loco inſolito tondens hominem, puta ubi conſuetu- 5
dine ludebatur, vel tranſitus frequens erat, cum pilâ quidam luderent, vehe-
mentius quis pilâ percuſsâ, in tonſoris manus eam dejecit, & ſic hominis,
quem ſub manu habebat, gula adjecta cultello, præciditur, tenetur extraor-
dinariè tonſor, *d. conſtit. crimin. Car. V. artic.* 146. etſi † Ulpianus *in d. l.* 11 non 6
attentâ Proculi ſententia, quam dicta conſtitutio ſequitur, culpam hîc in ton-
ſum potius transferat, ſcilicet qui ſe commiſerit tonſori ſellam in loco peri-
culoſo habenti. *d. l.* 11. Unde trita regula : Quod damnum, quod quis culpâ
ſentit, pro damno reputari jure nequeat. *l. quisquis. de R. J. c. damnum. de R. J.*
in 6. quo pertinet fatum Caroli Navarræi regis, qui cum longè ſenex eſſet, & 7
calore defeciſſet, linteo cum inſuendum & aqua, quæ viva dicitur, perfundẽ-
dum quidam ſuaſiſſent, eam enim aquam efficacem calefaciendi vim habere
conſtans opinio eſt Hoc miniſteriũ, dum ſutor noctu exequitur, filum (ejus
abrumpendi cauſa) ad lucernam admovens exceptam filo flammam ad linteũ,
priuſquam animadverteret, raptim delabi videt, nec mora, linteum omne ex-
uritur, miſerabiliter vociferante Navarræo, qui & die tertio poſt continuo
dolore maceratus extinctus eſt, Wolff. *cent.* 15. *pag.* 918.

5. Aggreſſus † telo & armis occidens alium, præterquam aggreſſo- 8
rem, cum pro tutela & defenſione corporis ſui laborat, ordinaria L. Corne-
liæ quoque ſublevatur pœnâ, Menoch. 2. *de arbit. jud. caſ.* 324. *n.* 9. Clar. *in §.*
homicid. num. 56. Carr. *in pract. crimin. §. homicid. num.* 56. Harprecht. *in tract.*
crimin. in § item lex Cornelia. n. 187. *inſt. de publ. jud.* Utpote qui operam dat
rei illicitæ, *l.* 2. 3. 4. *C. ad l. Cornel. de ſicar.* etenim adverſus pericula naturalis
ratio permittit ſe defendere, *l.* 4. *ff. ad l. Aquil.* & vim vi repellere, omnes le-
ges omniaq; jura permittunt, *l.* 45. *§.* 4. *ff. eodem. conſtit. crim. Car. V. artic.* 145.
hunc caſum ſic decidit. So einer in einer rechten beweißlichen Nothwehr/ wi-
der ſeinen Willen/ einen unſchuldigen mit ſtechen/ ſtreichen/ werffen/ oder
ſchieſſen/ ſo er dann nöhtiger meinet/ treffe/ und entleibt hette/ der iſt von Pein-
licher Straffe entſchuldiget/ non obſtante eo, quicquid in medium pro con-
traria ſententia dicit & aſtruit Bart. *in l.* 11. *§. final. ff. de pœn.* Gomez. *tom.* 3. *var.*
reſolut. 3. Quæ concluſio etiam ſtringit, quoties pro defenſione & ſalute pro-
pinquorum amicorum aliquis occupatur, intereaque caſu, non data opera
occidit alium, præterquam latronem, aggreſſorem. Si enim propinquis, ami-
cis intercedere, intercedendoq; ſi aliter periculum inſtans propulſare nequit,
occidere aggreſſorem licet, uti ſupra plenius dictum eſt, utiq; hoc ſequitur,
quod ſi defendendo ille propinquos amicos aliquem ex proviſo occidat, ne-

quoq;

9 quoq; pœna ordinaria teneatur. Etenim quæ ſtringit ratio in † anteceden-
te, eadem quoque dominari debet in conſequenti, neceſſe erit, *argum. l. 32.*
10 *ubi, Dd. ff. ad l. Aquil.* infirmitas † enim eſt intellectus, quærere legem, ubi
militat eadem ratio, inquit Conrad. Lag. *part. 1. juris civil. met. c. 13. in fin.* Fer-
11 din. *Vaſq lib. 1. illuſt. contr. c. 21. num. 32.* Imò † ratio generalis ſubjecta diſpo-
ſitioni extenditur ad aliud, quod ex diſpoſitione immediatè fluit, Quetta *con-*
12 *ſil. 31.* Sicut † genus comprehendit ſpecies ſuas, ita ratio diſpoſitionis gene-
ralis comprehendit diverſas ſpecies caſuum emergentium, ait Bald. *in l. 32. R.
de ll.* Socin. *in l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat.* Wilhelm. Antonii *de re-
ſcript. morat. concl. 20 n. 33.*

13 6. Pater † caſtigans filium, ut jure licet, *l. unica. C. de emendat. pro-
pinq.* quem in poteſtate habet, isq; ex plagis durioribus decedat, pœna mor-
tis extraordinaria tenetur, modò ne telo ad occidendum comparato, corri-
piendo filium abuſus fuerit, ex quo pœna adverſus eum ordinaria ſtatui &
exaſperari poſſe dubium non eſt, ſiquidem ex armorum genere occidendi
animus præſumatur. *Dd. in l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Neq; adverſatur huic
concluſioni. 1. Patria poteſtas, cujus vigore jus vitæ & necis in liberis habe-
bant patres, quam reſtituendam eis eſſe, diſputat Bodinus 1. *de repub. cap. 5.* 2.
l. 1. 2. C. de patribus qui lib. diſtrax. Unde argui etiam poſſe videtur, ſi pater fi-
lium vendere poteſt: quidni occidere ipſum? cùm ſervitus morti naturali
comparetur, *l. 209. ff. de R. J.* ſed prius verum eſt, ergo & poſterius.

14 Reſp. Ad 1. quod † jus illud priſcum pietati paternæ haud conſenta-
neum ſit, cum placuerit patriam poteſtatem in pietate debere conſiſtere, non
in atrocitate, *l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid.* & jam dudum ſit ſublatum, *Dd. in §.
final. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur. & in princ. inſtit. de patria poteſtat.*

15 Reſp. Ad 2. nullam eſſe antecedentis connexionem, nam † etſi ven-
di poſſent liberi, non tamen ſequitur inde, ut occidi debeant impune: Illu-
ſtratur hoc exemplo poteſtatis dominicæ, cujus vigore, hodie non amplius,
ut olim licet præter modum ſævire in ſervos, *d. §. finali, inſt. de his, qui ſunt ſui
vel alien. jur.* quanquam vendi eos non prohibeatur. Adde quod *d. l. 2.* exce-
ptionem & exorbitantiam involvat, à jure communi ſeparatam, quæ conſi-
16 ſtit † neceſſitatis cauſa legem neſciente, cujus reſpectu extra ordinem mul-
ta permittuntur, quæ directo & ἁπλῶς concedenda non erant, *l. 1. ff. de damno
infecto,* Tiraquell. *de pœn. cauſ. 33.* Bart. *in l. 11. C. de murileg. lib. 11.* Dn. Wil-
helm. Antonii (*quem ideò ſubinde non ægrè allegamus, quod rectè alleget, manu-
ducens ad cæteros, ſimilia habentes, quos illius nomine diſſimulato exſcribere ſine
plagii & furti anomali vitio non deceret*) *in tract. de reſcript. morat. concl. 6. n. 55.*
17 Hinc eſt † quod tempore extremæ neceſſitatis, præſertim ob caritatem an-
nonæ & magnam famem, qui caſus etiam *in d. l. 2. C. de l. patr. qui fil. diſtrax.*
exprimitur, vaſallus beneficium alienare poſſit ſine conſenſu domini. *in le-
ctionib.*

ſtionib feud. noſt.c.8.pag.56. Sanè enim † tormentum eſt fames, corporis la- 18
bes, magiſtra peccandi, duriſſima neceſſitatum, deformiſſima malorum, Joſeph. *lib.6. de bello. jud c.*14. Unde tritus verſiculus:

Dura quidem miſeris, mors eſt mortalibus omnis,
At periiſſe fame, res una miſerrima longa eſt:

quemadmodum neceſſitatis caſus à ſolennitate legali etiam excuſat, ut cùm teſtamentum ad imitationem militiæ humanæ † tempore peſtis, quæ militia 19
ſeu bellum nonnullis inter Deum & homines dicitur, coram duobus vel tribus teſtibus conditum valere traditur, hinc eſt, ut noſtri loquuntur vulgò, tempus belli & peſtis à pari procedere, quoniam † peſte graſſante ſagittæ di- 20
vinæ non ſecus ac in præliis volitent ac feriant lethaliter, Bart. *in l.5.ff. de uſurpat. & uſucap. num.23. & l.unic. de bon.poſſ. ex teſt.milit.* Bald. Jaſon *in l.31. C. de teſtib. Dd. in l.8. C. eodem.* Andr. Fachin. 5. *controv.* 92. Mynſing. *cent.5.obſ.96.* Gail. 2. *obſerv.* 108. *in fin.* Adrian. Gilm. *in ſympho. tom.2. deciſ. Cam. pag.*336. Arum. *exercitat. juſtinian. theſ.* 11. Adde Sylveſtr. zum Arenthal *in ſuo Iconiſm. Aquilæ Roman. collat.*11 *prope ad fin. verſ. Atq; hi quidem tantum*, ubi de Homodei JCti uxore, Aquila dictâ, hiſce conformia quædam ſummè notanda traduntur.

7. Dominus plus æquo corrigens ſervum ita, ut ex plagis & fuſtigatione moriatur, extraordinariè tenetur, *§.pen. inſtit. de his, qui ſunt ſui, &c. ubi Dd.* ſcilicet diminuta hodie † & limitatâ dominicâ poteſtate violentâ, quam 21
exercere antiquitas conſuevit contra mancipia, *d.§.fin. inſtit. eod.* Unde Divus Ant. imp. Umbriciam † quandam matronam, eò quòd ex leviſſimis cauſis 22
ancillas atrociſſimè tractaſſet, ad quinquennium relegavit, *l.2.ff. de his, qui ſunt ſui, &c.* Quod jus ut maximè ratione fortiori ſtringente obtinet in caſu, cum proponitur, dominum † famulos, homines ingenuos, plus juſto tractare, vel 23
planè trucidaſſe, *Dd. in d.l.* 2. Ita ut injuriarum actione teneantur domini & legis Corneliæ pœna in occiſores ſtatui debeat, *tot.tit.ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Alii extendunt hoc ad dominum feudi, inferentes, ut ſi † intolerabiliter tra- 24
ctet vaſallos, dominium directum, quod in feudo habet, dominus perdat. Vaſq. 1.*controv.illuſt.*8. Ludov. Rom. *conſil.*27. † quos potius (intellige va- 25
ſallos) amare oporrebat ut filios & nepotes, Jaſ. *in l.ſi quis. C. de inj.teſt.* Rol. à Valle *conſil.15.volum.*4. † neque enim natura fert, ut eos amemus, à quibus 26
patimur mala, Æneas Sylv. *in hiſtor. Boëm. in fine.* Unde Auguſtin. nulla major eſt ad amorem incitatio, quam prævenire amando. Ita enim foret, ut rurſus ab iiſdem diligeretur, & munitiſſimas civitates detineret, Crav. *conſ.*241. quemadmodum in caſu converſo jure expeditum eſt, ut ſiquidem Vaſallus ſubditos plus æquo moleſtet & infeſtet, feudo privari poſſit, cum par utrobique ſtringat juris ratio, qua placuit, ut quo jure dominus ſe habeat vel habere debeat ad vaſallum, ita vaſallus ad ſubditos, & amore ipſorum merito in obſequium

ſequium flagitare teneatur, cum neque numen divinum patiatur amantem ſuperno videlicet inſtinctu, concitum non redamari, Tiraq. *in ll. conn. gloſſ. 1. part. 13. in fine.* Lucas de Penna *in l. 54. C. de agricol. & cenſit.* Gail. 1. *obſervat.* 17. Sed ad prius redeo, quæri ſolet, an vaſalli poſſint expellere & offendere dominum intolerabiliter eos opprimentem? Negat Curt. *de feud. part. num.* 2.
27 idq; rectè; Cum † nec ſubditi & perſonæ privatæ poſſint reſiſtere tyranno, Bodin. *de repub.* 2. *c.* 5. Lambert. Dan. 2. *politic. Chriſt.* 2. Antimachiav. *lib.* 3. *de reg. adminiſt. c. ad unius. lib.* 4. *inſtit. cap.* 20. *ſection.* 23. Althus. *cap.* 14. *polit.* Keckerm. *in ſyſt. Polit. c.* 28. Hinc Apoſtolus Paulus *ad Timoth. c.* 3. ſubditos monet, ut placidè colant magiſtratum Politicum, ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι καὶ πειθαρχεῖν: modo ne abſque ullo titulo regnum occupaſſet, ſcilicet cui etiam populus, nullo jurejurando vel jure eſſet obligatus; Quo caſu dubium non eſſe, politici tradunt, quin quiſque & reipublicæ civis tyranno regnum uſurpanti tanquam privato & lattoni publico poſſit reſiſtere, Petr. Gregor. Tholoſan. *lib.* 27. *cap.* 7. *de repub.* Jure noviſſimo, quo utimur & con-
28 ſtitutionibus imperii conſtat, uſuq; receptum eſt, ut † ſi dominus Princeps, Dux, Baro aut alius imperii ſtatus in ſubditos nimium ſæviat, eosq; ad inſolitas operas angarias ſive perangarias præſtandas vi compellat, ſubditi ſuperioris auxilium & officium implorare poſſint, ut mandatis ſine clauſula decretis ſub pœnæ comminatione coërceatur, ne pro libidine, & ut pro ratione ſtet voluntas, affligere & infeſtare ſubjectos amplius valeat, *argum. l.* 2. *ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* ibi: dominorum quidem poteſtatem in ſuos ſervos illibatam eſſe oportet, nec cuiquam hoc, ut jus ſuum detrahi, ſed dominorum intereſt, ne auxilium contra ſævitiam famem vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juſtè deprecantur, cognoſce de querelis eorum. Qui
29 textus † licet de ſervis propriè loquatur, quos hodie Romanum imperium non amplius alit, adeò ut à diverſis malè inferatur, *l.* 31. *ff. ad l. Aquil. quia tamen ratio* larga eſt, & omninò ad homines liberos pertinens, argumento à minori ad majus ducto, quod in jure fortiſſimum eſt, teſte Eberhardo *in loco*
30 *legal. in loc. à min. ad maj.* non dubium eſt, quin *d.* §. pro hominibus liberis ſervorum more hodie ſervientibus quoq; militet. In Camera imperiali ſubditi mandata ſine clauſula contra magiſtratum impetrant, ſi non alium judicem habent competentem, quam Imperatorem Romanum aut Cameram, modò notoriè conſtet judicem, quẽ præter Cameram habet, utpote ſi actor mediatè imperio ſubjectus eſt, denegaſſe requiſitum, vel dehinc denegaturum adminiſtrare juſtitiam, quoniam hoc caſu etiam omiſſo judice medio rectà poteſt provocari ad Cameram. Petr. Denaiſ. *de jure Cam. in verb. appell.* ubi requiritur, ut documentum unà cum ſupplicatione pro impetrandis mãdatis exhibeatur, unde ſuperficialiter appareat, quod magiſtratus vel ex cauſa civili ſubditos cõtra oblatam cautionem in carceres miſerè detrudat, *argum.*

l. 1. *C.*

Digitized by Google

l.1.C. de cuſtodia reor. vel ſi novas exactiones proprio motu, nova vectigalia indicat: Aut ſi inops vel cenſu prodigus ſub umbra officii turpiter & flagitioſè eos emungit & aſſiduis operis excruciat, adeò ut non ſuppeditet eis tempus ſe ſuoſque alendi, *argum. l.22.§.2.ff. de op. liber.* ubi verba ſpecioſa ſunt: In † omnibus operis, *ait JCtus,* præcipuè obſervandum eſt, ut temporis ſpacia, 31
quæ ad curam corporis neceſſaria ſunt, liberto relinquerentur, unde tritum illud:

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Vel, ut Plinius ait: nihil eſt in opere naturæ, quòd non aliquas feriarum vices vehat, Zaſius *lib.1.ſingul.c.3.num.*70. Gail.1.*obſerv.*17.& 2.*obſerv.*62. Mynſ. *cent.5.obſerv.*8. Petr. Frid. *lib.2. de proceſſ. cap.* 13. & 46. Nonnunquam † Ca- 32
mera priuſquam decernit mandata hæc, ſolet reſcribere ad magiſtratum delatum & accuſatum, Umb Bericht / Gilman. *tom.2. ſymph. in præjud. Cam. pag.* 326. Prout id quoque in cauſa relaxationis ad effectum agendi fieri communiter conſuevit, Gail.1.*obſ.*23. Gylman. *d.loco. pag.* 72. & 296. Quetta *conſ.* 28. *& aliquot ſeqq.* Mynſ. *cent.2.obſ.99.add. Receſſ. imperii Ratisbon. de an.* 594.§. Sowol auch. *deputat. Spirenſ. de Anno* 600.§. Damit aber. & §. Dieweil aber. modo † ne alia conjectura ſubſit, ut quando magiſtratus ſolitus ſit pro- 33
cedere ordine juris inverſo, *c. conquerente. de reſtit. ſpoliat. l. prohibitum. 5. C. de jure fiſci.* ſi conſuevit ſævire in ſubditos, Ferdinand. Vaſq. 1.*controverſ. illuſt.* 8. Innoc. *in c. diverſis. num.3. de clericis conjugatis.* juxta illud: qui ſemel malus eſt, ſemper præſumitur malus: quanquam alias præſumptio pro magiſtratu militet, ſcilicet quod recta & juſta motus cauſâ, neutiquam vero injuriarum animo faciat ea, quæ facit. *d.l.*13. ubi Bart. *ff. de injur.* unde vulgò traditur: in genere † pro magiſtratu præſumi juſtitiam & bonam fidem. Gylman. *tom.* 2. 34
in præjud. Cameral. pag. 251. Alciat. *de præſumpt. regula* 3. *quæſt.* 9. quæ ratio præſtat potiſſimum † cur adeo difficulter, niſi relatis modò circumſtantiis in- 35
tercedentibus, hæc mandata decernantur. Accedit alia cauſa, ne ſi ad quamvis ſubditorum narrationem decernantur mandata, immorigeris & refractariis, qui rarò aut nunquam obſequio paſſi juga ſervitii, ut Poëta canit, rebellandi contra ordinarium magiſtratum occaſio præbeatur, quod ipſum tamen omni via & conamine eſt præcavendum. Gail.1.*obſervat.*17. Frid. Mind. 4. *de proceſſ. c.13. & 64.* Planè Imperator Romanus, qui ſummus eſt magiſtratus, inferiorum judicum à ſe dependentium auctoritatem libentius & fortius defendit, quam eandem evertat, ne in ſuis ſubditis experiri cogatur idem, quod in aliorum cauſa approbavit. Ludovic. Rom. *conſil.*30. Bart. & Dd. *in l.1. ff. quod quiſq; juris, &c.* Quanquam alias † narrata ſupplicantium ſaltem juriſdictio- 36
nem Cameræ fundare ſoleant. *argum. l.1. ubi Dd. ff. de juriſdict.* unde Panorm. *in c. ſic erit. extr. de foro competenti* teſtatur, quod ad hoc, ut judicium inchoetur, tanquam coram judice competente, ſufficiat in libello allegaſſe qualita-

tem tribuentem juriſdictionem, etiamſi narrata meritorum cauſæ ex omni aſſe non ſint vera. Bart. *in l. 2. ff. ſi quis in jus voc. & in d. l. pen. ff. de juriſd.* unde
37 hoc: quod † citationes regulariter decernantur periculo partium. Gilman. *in deciſ. Cam. tom. 2. ſympho. pag.* 71. ubi dicit: quod citatio quidem ſit ſine cauſæ diſcuſſione, ſed non ſine cauſæ propoſitione, quia judiciorum princi-
38 pia initiantur ex narratis, non ex veris cauſis, ita ut qui in libello ſupplici † bene narret, cito petita impetret. Gail. 1. *obſ.* 31.

Addunt alii, ad extrahendos proceſſus ejuſmodi neceſſariam eſſe veniæ
39 petitionem, † ſiquidem reus ſupplicantium non modo ordinarius magiſtratus ſit, ſed & feudi dominus, *arg l. 13. ff. de in jus vocando. ubi Bart. Zaſius.* vide Gail. *de pignor. obſervat.* 15. *num.* 4. Hartman. *in pract. obſ. tit. de feud.* 54 *obſ.* 44. Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 92. Laurent. Kirchov. *in com. concluſ.* 97. Eberh. à Midelb. *in loco à liber. ad vaſallum.* Speculat. *in §. quoniam. tit. de feud. q.* 17. *Jus Saxon. de feud. c.* 22. Nach deß Vatters Todt binnen Jahr vnd Tag. Separata ſiquidem ſunt vaſallum eſſe, & eſſe ſubditum, ex vulgato & trito juris brocardico
40 quo dicitur, quod † feudum non conſtituat ſubjectionem, *Clement. paſtoralis. de re jud.* Roland. à Valle *conſil.* 1. *vol.* 3. Natta *conſil.* 4. *num.* 45 *volum* 2. Gail. *de pignorat. c.* 15. *num* 3. prout de liberto & filio, ne patruum patremve ſine venia in jus vocare poſſit, jure conſtitutum eſt. *d. l.* 13. *ubi Dd. ff. de in jus vocando.* Johan. Schneid. *part.* 5. *num.* 57. *de feud.* Vant. *de nullitat. in rubr. de nullitat. ex defectu inhab. perſon. n.* 56.

Cæterùm ſi magiſtratus ſolus eſt, nec feudi dominus, ſupplicans nihil-
41 ominus † tenetur modeſtiâ uti, nec injurioſis verbis eum compellare in ſupplicatione, Gail. *d. loco.* Zaſ. *de feud. c.* 7. *num.* 49. quemadmodum aliâs juris quoque eſt explorati, quod ſequitur Cameræ ordinatio, ne in auguſto illo judicio convitia & criminationes fiant, nedum ſigno, verbis, aut ſcriptis. *depu-*
42 *tat. Spir. de anno* 600. §. So iſt auch/ 2c. *l.* 8. *C. de appell.* plane cum † ab appellatore convicium fit judici à quo criminator ſecundum juris civilis præcepta, infamiâ notatur. *l.* 24. *ff. de jurejur.*

43 8. Magiſter in diſciplina corrigens & pulſans diſcipulum, qui objectus, & flagellationes duriores vel etiam leviores puta, quæ eam corporis partem & membrum pertingunt, ubi levis æquè ac gravis percuſſio corpori erat quã maximè nocitura, moriatur, propter ſævitiam, quæ culpæ annumeratur, *l.* 6. *ff. ad l. Aquil.* extraordinariâ legis Corneliæ pœnâ tenetur. *argum. l.* 5. §. *final. ff. eodem.* ſcilicet quòd percuſſor vel corrector diſcipuli operam dederit rei licitæ. *l unica. C. de emendat. propinq. d. l.* 5. §. 3. Donell. 1. *Commentar. c. final.* quæ cauſa dolum, quem lex Cornelia pro cauſa formali requirit, excludit, *d. l.* 5. §. 3. ubi JCtus lege Aquiliæ teneri eum ſtatuit, qui puerum ingenuum in diſciplina corrigens luſcum, cœcum, claudum, vel debilem fecerit, adeò, ut ſi ſutor diſcipulo diſcenti & parum benefacienti, quod demonſtraverat, forma calcei

cervi-

Digitized by Google

cervicem percutiat, ut oculus puero perfundatur, ne injuriatum teneatur, quoniam non faciendæ injuriæ cauſa, ſed monendi & docendi gratiâ percuſſerit diſcipulum. *l.5.§.fin.l.13.ff. de injur.* denique ſi ex ictu moriatur percuſ- 44
ſus nedum de occiſo tenetur. *d.l.5.§.3.* (intellige de ordinaria homicidii pœna, *Dd. in l.123.ff.ad l.Corn. de Sicar. l.1. C.eodem.*) & quanquam textus *d.l.5. ff.ad l. Aquil.* ibi: Multò magis igitur in occiſo, &c. non de puero ingenuo ſed ſervo loqui videatur, de quo ſermonem primum agere incipit, tamen nō eſt dubium, quin eadem oratio & ratio ad caput liberum reſpectum habeat, indicat hoc exemplum ſubjectum, quod eſt quaſi membrum & pars antecedentis, nam ſubſequentia explicare ſolent præcedentia, *l quoties.ff. familiæ herciſci.* quam ſententiam confirmare videtur. *c.fin. q.1.* Gail. *2. obſ.110. num.38.* unde trita canonum regula eſt, quod † mala non ſint, niſi quæ mentem crimi- 45
ni & dolo malo implicant, & conſcientiam ligant, *c.1.c. illa. q.1.* planè † ho- 46
micidia, quæ ex improviſo caſu potius, quam fraude accidunt, fato plerumq;, non noxæ imputantur, *l.1.C.ad l.Cornel de Sicar.* & Ulpianus ſcitè *in l.11.§.2. ff. de pœn.* ait: in majoribus delictis referre, conſultò aliquid admittatur an caſu: talem enim diſtinctionem in omnibus criminibus aut juſtam pœnam infigere, aut temperamentum admittere. *Hæc ille.*

Cæterum quæ de magiſtris artium mechanicarum ſic relata ſunt, eadem ratione & jure pari obtinent † in profeſſoribus artium liberalium, ſi- 47
quidem proponatur Scholarcham vel ludimagiſtrum in diſciplina puerum vel adoleſcentem plagis aut verberibus tantis excepiſſe, ut paulò poſt diem obiret, *argum. d.l.5.ff.ad l.Aquil.l.6.ff eodem.* ubi Paulus ait: quod nimia Præceptoris ſævitia culpæ annumeretur, Donell. *1.com.c.fin.& 3.com.24.* Zaſ. *in §. pen. inſtit. de act. & in l.19.ff. de in jus voc.* ubi inter cætera movet quæſtionem, an & quando † diſcipulus Præceptorem in jus vocare poſſit, & ſi abſq; venia 48
Præceptorem in jus vocaverit, mulctam 50. aureorum, uti id juris eſt in filio, patrem ſine venia accuſantem, incurrat? quod affirmat, quanquam rectius id negari potuiſſe videbatur. 1. Quod d. lex 13. ſit pœnalis ac odioſa, ideoq; ad caſus ſimiles non trahenda. 2. quod major ratio ſtringat in parente, propter cauſam patriæ poteſtatis, quam in Præceptore & artis magiſtro, ille enim jus vitæ & necis in filium habebat, *l.5 ff.ad l. Pomp. de parricid. hi nequaquam. l.6. ff.ad l. Aquil.* 3. Affirmare † poſſem cum Cujac. *10. obſerv. 15. d.l. 13.* penitus 49
hodie ſublatam eſſe, ſcilicet ſublata ratione & cauſa προκαταρκτικὴ legislatoris, nempe violentam illā de domo extrahendi, & ad prætorē deducendi damnatâ conſuetudine, Coſtal. & *Dd. in l.18. l.21. l.23. l.24. ff. de in jus voc.* Duar. *1. diſputa. ann.* 1. Cujac. *d. loco.*

Sed quid † ſi diſcipulus contumax & immorigerus pro merito corre- 50
ptus, vel nonnunquam plagis exceptus Præceptorem repercutiat, aut furiarum œſtro percitus planè occidat magiſtrum? Reſp. 1. caſu conſiderandum

Digitized by Google

eſſe, utrum diſcipulus impubes vel pubes factus ſit, doli capax nec ne? *l.5.§.1. ff ad l. Aquil. §. pen. inſt. de furt.* Ita ut ſi pubes vel doli capax, & impubes adhuc ſit, cum dolus ætatẽ ſuppleat, *l.1.ff. ad SCt. Syl.* pœnâ fuſtigationis aut relegationis plectatur, non ſecus ac ſi naturales parentes, parentes adoptivos, tutores, curatores, exemplo peſſimo contumeliis & injuriis realibus affeciſſet, *§.10. ubi Dd. inſtit. de injur.* impubes & minor, in quem dolus & injurian-
51 di effectus non cadit, † ſi damnum vel injuriam dedit, non ſecus teneri ait Ulpianus *in l.5.§.2.ff. ad l. Aquil.* ac ſi tegula caderet de domo in hominem, ne tamen in mores, ceręa in vicium flecti, (ut Poëta ait) hæc ætas abeat, longè deteriores acerrima virgarum cæſione eaq; aliquoties coram amicis & domeſticis paulò durius repetitâ, coërcebitur, ut intelligat, reſiſtendum nequaquã eſſe Præceptori, ſed caſtigationes ob nequitiam acceptas, mente æquâ per-
52 ferendas, quandoquidem † animalia bruta fuſtibus cædi, loris flagellari conſpicimus, non quidem propter peccati conſcientiam, ſed ut plagæ in ipſis aliquam refricent prætergreſſionis vel noxæ datæ recordationem, *c. multa.15. quæſt 1.* Hinc Philoſophus ait: quod bos pontem, in quo pedem fregit, plerumq; ſoleatq; præterire, proinde Marcell, Palingen. *in leone pag. mihi* 121. ibi:

Si tibi laſcivi aut alia ratione pudendi
Contingunt nati, tutu culpandus, & hujus
Cauſa mali es, demens pater, & quatiendo flagellis,
Qui pueros neglexiſti, nec moribus, ætas,
Dum mollis poterat flecti, faciliq; labore,
Inſtitui, nondum vitiorum aſtricta catenis,
Curaſti imbuere, & virtutibus exornare,
Neglectis animis, aluiſti corpora tantum,
Ut pecudes faciunt, hinc eſt urtica, filixq;,
Et caprificus iners, quibus urbs nunc omnis abundat.
Quisq; illos mores, quos primis hauſit ab annis,
Cum ſenuit, retinere ſolet: peccabit adultus,
Si puer hoc fecit, tenera eſt dum virga recensq;,
Flectitur huc illuc, ut vis, quæ poſt, ubi crevit
Jam robuſta arbos, flectenti cedere neſcit:
Et quem parva locum tenuit, non deſerit ultra,
Sic puer ad vitæ partem eſt quamcunq; paratus,
Dum tener eſt animus, qui poſtquam duruit ævo,
Quam prius ire viam aſſuevit, mutare recuſat.
Nimirum quicquid primis inolevit ab annis,
Non facile aufertur: naturam parturit uſus,
Ipſaq; non multo eſt natura potentior uſu.

Cæterùm cùm optima pueros caſtigandi & ad meliorem frugem redigendi

gendi ſit ratio illa, quæ in Scholis trivialibus cenſura audit, & corycæorum miniſterio à Præceptoribus Claſſicis annuatim ſæpenumero peragitur more & ritu majorum: & verò Clariſſimus Vir Dn. Burchardus Wormbſer conſul Marpurgenſis, primus in Haſſiâ coronatus Poëta feliciſſimus, nunc ſenex jubilatus, eandem quondam adoleſcens pulcherrimo carmine deſcripſerit, M. Joanne Ferinario Pædagogiarcham jam tum agente, utriuſque ſanè noſtrûm amicus Dn. Wilhelmus Antonii pro eâ, quam à nobis impetravit licentiâ, hoc loco illud ſubjiciendum putavit:

Si quis in hoc populo cenſuræ fortè tenorem
Non tenet, hunc faciam præſenti carmine certum.
Wildener & Kirchner, Palthenius *atq;* Schorejus,
Regulus, *unanimi coryceos quiſq; fideles*
Conſenſu inſtituit, queis chartis prodere mandat,
Si quoties pueri germanâ voce locuti,
Vel ſi certârunt pugnis, colaphosq; cruentos
Impegêre genis, caput eſt ſi vulnere læſum,
Tempore ſi dicto Phœbi ſprevêre palæſtram,
Vel ſimili aut alio meriti ſunt crimine pœnam.
Interea vigili corycæi mente notantes
Crimina, per ſervos, quoniam non ſufficit unus,
Rem peragunt, ſcriptisq; notant, traduntq; Magiſtris.
Octiduo elapſo cum dictis quinq; Synergis
Mox Coryphæus adeſt, qui dicitur eſſe Scholarcha.
Acribus ille inſtat dictis monitisq; ſacratis,
Dentibus ac manicâ pueros ſpoliare laborat
Vulpinâ, aut virgâ culumq; natesq; moleſtat,
Vel dum caſtigant alii, tunc ora fatigans
Ictibus, ingentes clamores ille coërcet.
Stentoreâ exclamant reliqui ſed voce Magiſtri,
Porrige mordaces puer huc ex tempore virgas.
Acceptis virgis ſic pergunt deinde Magiſtri:
Sic dixit, ſic dixit item, ſic dixit & alter,
Mox preme ſcamna puer, caligasq; exolve lutoſas,
Sed miſeri dudum ligulas diſſolvere ceſſant,
Et quidam dubios conſtringunt pollice nodos,
Quos Præceptores coguntur ſcindere cultro.
Proſtrati tandem caligis ad crura ſolutis
Sic pueri clamant: ô mordio, mordio, væ, væ,
Optime Præceptor non fient illa ſecundò,
Parce malis natibus, quas ulcus vexat hiulcum

Digitized by Google

Et manibus vapidum cupiunt defendere culum,
Quas Præceptores curant removerier inde,
Ut melius poſſint merdoſos tangere clunes:
Unius hoc pacto ſpatium conſumitur horæ;
Deniq; diſcedens dat talia verba Scholarcha:
Impie Lauſer *abi, meliorem ducito vitam,*
Sin minus, huc rurſus veniemus vindice virgâ.
Hic modus & tenor eſt non falſus, lector amice,
Cenſuræ, hunc præſens percepit ſæpius auctor.

2. Caſu jus eſt, ut ſi diſcipulus pubes vel pubertati proximus, aut doli capax occiderit præceptorem, ſive ante habito ad delinquendum conſilio, ſive quod monendo corripitur à magiſtro, pro delicti qualitate, vel ordinariâ legis Corneliæ, vel Juliæ de parricidis pœnâ teneatur. *Dd. l. 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & l. 1. C. ad Cornel. de Sicar. l. 13 ff. de in jus vocand.* quam concluſionem non pauci haud inconvenienter extendunt ad caſum, ut quoties plagis exceptus juſtis aliquis, hominem, qui offendendi poteſtatem publica auctoritate ſibi permiſſam uſurpabat, & quem officii neceſſitas à dolo & injuria excu-
53 ſabat, occiderit. *l. 13. ff. de injuriis.* per tritam regulam juris: quod † ubi offenſio licita ſit, defenſio regulariter prohibeatur: Quanquam Clar. *in pract. crim. §. fi quæſtio. 60. num. 2.* tradat, puberem aut doli capacem pœnâ ordinaria nô plectendum eſſe. Bart. *in l. 7. C. unde vi.* Aud. Gail. 2. *obſ.* 110. *num.* 32. ubi pro
54 aſſertione hac citant *l. 38. § 4. ff ad l. Jul. de adult.* quæ tamen † ad propoſitum nihil facit, quin potius confundat hanc ſententiam ibi, cum alias adulterii crimen, quod pubertate delinquitur, non excuſetur ætate: Neque controverſiam movent verba præcedentia legis, ibi: Imperatores crimen inceſti propter ætatem remiſerunt. Nam, ut vocem ætatis rectè interpretemur ibidem, neceſſe eſt, ut eam pro ætate impuberis accipiamus, ne ſcilicet verba ſine effectu ſonent; quod verò inceſtum ætas excuſet, facit error juris, & ignorantiæ graduum præſumptio in minore, qui bona fide matrimonium, non dolo, aut animo inceſtum committendi, contraxit: Explicationem hanc ſuppeditat ipſe textus *d. §. 4. l. 38.* ibi: mulieres in jure errantes, &c. quo pertinet trita regula, quod voluntas & propoſitum diſtinguant delicta, *l. 33. ff. de furt.* Planè ſententiam priorem adeò veram & ratam exiſtimamus, ut pro delicti atrocitate ordinariam homicidii pœnam exaſperari jure poſſe, etiam atque etiam rectè dicamus, *argum. l. 2. 3. ff. ad l. Pomp. de parricid. conſt. Car. V. art.* 137.

Porrò de minore jus eſt, ut quemadmodum in genere delicta excuſat pueritia, ita quoque veniam reatus habeat, niſi proponatur ipſum quoque doli capacem extare, tantoq; corporis vel animi robore præſtare, ut ferro virum vel dormientem, vel veneno hominem ſciens prudens interficere potuerit

tuerit. *l.* 14. *ff. ad SCt. Syllan.* ubi † Trebius legatus Germanus de impubere 55
ſupplicium ſumi juſſiſſe, refert Marcianus, qui ad pedes domini cubuerat, cum occideretur, nec cædem manifeſtaverat. Sic Athenienſes puerum auream laminam, quæ ex Dianæ coronâ deciderat, ſuffurantem, occidiſſe ſcribit Ælian. *lib.* 5. *hiſt.* 16. Tiraquell. *de pœn. cauſa* 7. *in fine. unde conſtit. crim. Carol. V. art.* von jungen Dieben / rc.

Porrò quæ † de magiſtris artium vel Rectoribus ſcholarum particula- 56
rium diximus, ut plurimum locum habent in ſcholis univerſalibus, earumve anteceſſoribus, injuriam verbalem aut realem à ſtudioſis, quos corrigunt, ferentibus, quanta enim hi præpollent dignitate, reſpectu Scholarcharum, tanti quoque eis illata injuria meritò eſt æſtimanda. §. 8. & 10. *inſtit. de injur.* ibi: veluti ſi magiſtratus injuriam paſſus eſt, &c. *arg. l.* 13. *ff. de injur. d. l.* 5. §. 3. *ff. ad l. Aquil.* ſcilicet quos officii neceſſitas, quo funguntur, excuſat à dolo, hinc eſt, quod † juris executio non habeat injuriam. *d. l.* 13. §. 1. *ff. de injur.* Alciat. *de* 57
præſumpt. 3. *præſumpt.* 9. Planè ſi quâ unquã vitæ in ſtatu vel genere diſciplina requiritur, profectò Academica ſocietas eandem ut maximè deſiderat, juxta illud: quod bona & exacta diſciplina fulcrum & baſis ſit omnium actionum feliciter gerendarum. Unde Germani, Wo keine Zucht/da iſt auch keine Ehre. Nam ut terra cultu, ſic animus diſciplina melior uberiorq; redditur, ut dicit Quintilianus, non ſecus ac ſi inculta tellus lappas tribuloſq; parit, adeò ut non immeritò dixerit, quicunque dixit, diſciplinam, quæ leges ac ſtatuta potiſſimum continent & conſervant, ac in diſtributione pœnarum & præmiorum occupantur, † ut pupillam oculi aſſervandam eſſe; hinc Plato *de ll.* mo- 58
nuit, aſſuefaciendos præſertim adoleſcentium animos eſſe, ut honorificè de magiſtratu, de ſtatutis & legibus, quæ bonam diſciplinam exequuntur, ſentiant, nempe quæ non ſolùm vincula ſunt communis ſocietatis, ſed & pulcherrimè temperant civilem communionem, & gradus omnium officiorum efficiunt. Vidimus (nos) juvenes, in Academiis immorigeros paſſim, qui vel præceptores ſedulò turbarent conviciis noctu, vel exagitarent juniores indefeſſo conatu, partim immatura morte periiſſe, partim in extremam egeſtatem redactos, alios animi intranquillitate actos, alios continuis corporis cruciatibus ac morbis correptos fuiſſe, ut viva vindictæ divinæ imago in ipſis quodammodo manifeſtaretur: Sciunt † ſcholares, magni nominis capricor- 59
nos ſive *Stutzeros*, nec quicquam ſolidi in literis valentes, nummis perditè abſumptis, tabellarios, piſcatores, æditũos, vix ſchultetos, non dicam ſtultos, nonnullos mercatores, & quod turpius eſt, latrones, fures, vel lictorum generos factos, &c. Cretenſes acerbiſſimâ executione flagrantes adverſus juventutem ocioſam, imprecabantur illi, quæ prorſus erat refractaria, ut malâ conſuetudine, abſque certa vivendi ratione, quam diſciplina tradit & proſequitur, delectarentur, moleſto voti genere, luctuoſiſſimum vitæ eventum

certiſſimè ominantes, Et ſanè inutilia qui concupiſcet, atque in iis perſeveranter commoratur, exitio ea dulcedo vicina eſt, unde Lucretius *lib.*4.

——— Medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.

60 Unde Emblema illud: voluptatis uſuræ mors eſt. Diogenes † apud Laërt. *lib.*6. ait: ut venenum mulſo commixtum ob dulcedinem bibentibus primum gratum eſt, paulo poſt autem inde mortis agonem ſentiunt, ſic quoque voluptatibus operam dantes, initio jucunditatem percipiunt, quam tamen perpetuus dolor conſequitur, Seneca *in Epiſt.* 51. ibi: voluptates præcipuè exturba & inviſiſſimas habe, etenim qui eas ampleƈtuntur, ab eis ſtrangulantur. Unde Itali *la gola laputanna lamor inanci dulce ſai, mai diſpoi torpo amaro.*

Extant quoque hac de re verſus Thomæ Chaloveri Angli ad Hiſpaniæ Regem memorabiles, quos pro re narâ ſubjicere placet.

Unde hodie in bellis quiſquis mirabimur artus
Pulpoſis proavis non reſpondente nepotum?
Audiat infelix ferali carmine bubo
Accinit, hæc nuper turrito culmine ſidens,
Scorta chori, cytharæ calamiſtra unguenta, clitellæ,
Et redimita toga in mediam convivia noctem,
Balneaq́; & picta veſtes, & candida ſtrata
Et ſomno pingues, per vultus ſolis aduſti,
Perdiderunt Grajos olim poſt inde Quirites
Mutarunt verſos variarum in monſtra ferarum,
Nunc alias autem circæa pocula porcis,
Supplementa parant, Comitum ſubjungere Ulyſſi
Lapſa retro poſtquam conanima prava juventæ
A cultu videas ita degeneraſſe priori.

61 9. Ad rem redeo. Maritus † deniq; corrigens pulſansq; uxorem, eaq; natura mollis & fragilis propter ictus & flagellationes nimias decedat, ob exceſſum & ſævitiam, quæ culpæ annumeratur, *l.6.ff. ad l. Aquil.* pœna legis Corneliæ extraordinariâ tenetur, tanquam qui homicidium caſuale commiſerit, quoniam percutere mulierem, pro culpa admiſſa omni jure licebat, *l. unic. C. de emendat. prop. ubi Dd.* Donell. 1. *comment. c. fin.* punitur itaque vir, ut dixi, propter exceſſum, quem interdicit quoq; Apoſtolus exhortans conjuges, ut inter ſe vivant pacificè, virq; mulieri cohabitet cum ratione & judicio, quod ſi vir vero προαιρέσει & occidendi deſtinato propoſito, quod ex circumſtantiis certisq; cauſarum ſignis & indiciis arguere licet, uxorem occiderit, jus eſt
62 *conſt. noviſſ Carol. V. artic.* 137. ut non ſecus vir, ac publicus & profeſſus latro rota tundi debeat, ignitis forcipibus prius tortus, aduſtus, & trabi impoſitus ad locum ſupplicii raptus, *d. conſtit.* ibi: Unnd wann in vorgeſetztem

Mordt

Mordt ſo der an hohen vnd fürtrefflichen Perſonen/ deß Tädders eygen Herrn zwiſchen Eheleuten/vnd nahen Freunden geſchicht/durch etliche Leibes Straffe / als mit Zangen reiſſen / oder Außſchleiffung / vor der endlichen Tödtung. vnd gröſſer Fahr willen die Straffen mehren. Jure civili pro parricida habetur hic latro, pœnæ utiq; parricidis conſtitutæ jure eodem obnoxius eſt, *l.* 1. 3 4. *ff. ad l. Pomp.* de † parricid. quam delicti ſpeciem aſperrimum crimen 63 appellat Juſtin. *in* §. 7. *inſt. h. t.* quod lex nova pœna perſequitur, ſcilicet, ut pœnæ reus inſutus culeo cum cane & gallo gallinaceo & vipera & ſimiâ, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, in vicinum mare vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, & ut cœlum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. Huic cõtradicere videtur *l.* 1. *ff. de parricidis.* ubi parricidam ea pœnâ teneri, quæ eſt legis Corneliæ de ſicariis dicitur quomodo concilianda hæc quæris? videtur † controverſiam *in l.* 9. §. 64 1. *ff. eodem. tit.* prorſus tolli, dicit enim textus, quod qui alias perſonas occiderint, præter patrem, matrem, avum, aviam, quos more majorum puniri ſupra diximus, id eſt, pœnæ modo relatæ genere, capitis plectantur, aut ultimo ſupplicio puniantur, ubi Modeſtin. perſpicuè diſtinguit, in quibus perſonis, aut quouſq; pœna illa obtinere & definire debeat. Imò quo pacto *d. l.* 1 *ff. eod.* generaliter cõcepta ad habitudinem ſuam, & ſubjectam materiam ſit reſtringenda & diſponenda, quò reſpicere conſtat, *d. conſt. Carol. V. art.* 137. *in fine.* Deinde hoc in loco videtur difficultatem & nodum involvere, quod Juſtin. *in* §. 7. *h. t.* pœnam parricidii novam appellitet, quam tamen Modeſtinus antiquiſſimam eſſe autumat, ibi: pœna † parricidii more majorum hæc inſtituta 65 eſt, &c. *l.* 9 *in princip.* §. 1. *ff. de parricid.* quæ quomodo accipienda ſint, explicandum reſtat. Notatum itaque eſto, quod particula, nova, *in d.* §. 7. non temporis aliquam diuturnitatem ſignificet, quaſi noviſſimis legibus aut conſtitutionibus pœnam eam introductam eſſe dicitet, ſed reſpectu aliquo ſe habeat ad ea, quę *in* §§. *præcedentibus*, de homicidiis in genere tractabãtur, nẽpe cum atrocius multo turpius ſit occidere parẽtes, liberos, quàm extraneos, ut idcircò pœnâ alia, præterquam vulgari, quæ de Cornelia lege promanat, & pene novâ delinquentes coërcere opus fuerit. Cum † inter pœnam & deli- 66 ctum proportio quædam debeat ſubeſſe, *l. ſancimus, ubi Dd. Cod. de pœnis.* & creſcentibus delictis pœnæ etiam creſcere debeant, *l.* 16. §. *fin l.* 28. §. *pen. ff. de pœn.* Sed quid ſi vir † crudelis & iracundus conjugẽ gravidam & plenum uterũ 67 geſtantem pulſet, eaque abortum faciat, vel partum integrum ſeu mortuum edat? Reſpond. quòd primo caſu extra ordinem puniri debeat fuſtigatione, vel relegatione, aut alia pœna corporis afflictiva, pro loci conſuetudine facinoris qualitate, per ea, quæ paulò ſuprà diximus in præcedentibus capp. Secundo caſu diſtinguendum eſt, inter partum animatum & inanimatum, † 68 animatus ſecundum Philoſophos, quos Icti hac in parte ſequuntur, dicitur

partus intra 40. dies proximos, antequam mulier pariat, *gloſſ. in l. 4.ff.de ex-
traord.crimin.* Anton.Blanc. *de indic.pag.* 110. quem partum poculo abor-
tionis ſuffocans, pœnâ ordinaria legis Corneliæ tenetur; *l. 39.l. 28. §.5.ff.de
pœnis.l.8.ff.ad l.Cornel.de ſicar.* Clarus *in §.fin.q.* 68. Damhud. *in pract.cap.*47.
Ergo parricidii pœnam ordinariam quoque ſtatuẽdam in patrem partus ani-
mati occiſorem, neceſſe eſt, cum parium idem ſit judicium, *d.l.30.l.39.eod.
tot.tit.ff. de parricid.* neque refert, quòd animo violandi partum, non pulſa-
verit uxorem, ſed corrigendi ſaltem propoſito, quod jure ei permittebatur,
cum voluntas & propoſitum maleficia diſtinguant, *l. 35.ff. de furtis.*

Reſp. Diſtinguendum eſſe inter animum occidendi manifeſtum &
69 non manifeſtum, vel † dolum, ut loquuntur, præſumptum, quæ duo extre-
ma in effectu juris ad eadem pariaq; judicantur, licet enim dolus manifeſtus
hic non appareat, ſufficit tamen legem hic dolum præſumere, juxta illud:
præſumptio legis habeatur pro liquida probatione, *l.1. ubi Dd.de teſtamento
militari.* Quetta *conſil.*35. Anton. Blanc. *pag.*379. præſumit autem dolum lex
inde, quod vir rei illicitæ operam dans, caſtigaverit uxorem tunc temporis,
quo parcere ei meritò & indulgere nonnihil jure debebat, *argumento.§.1.ubi
70 Dd.inſt.de ingen.l.39.ff.ad l.Aquil.* † neque ignorantiam aliquam præten-
dere poteſt occiſor, nempe quæ juris eſt, nec veniam vel excuſationem ad-
mittit, *tot.tit.ff. de juris & fact.ignor.* quâ in parte tamen plura diſpicere &
rimari debet judex, qualitatem ſcilicet occiſoris, & circumſtantias factorum,
ne vel lege crudelior nec clementior lege videatur, *l.4.§.fin.ff.ad SCtum Tur-
pil.l.lex Julia.§.fin.ff.ad l.Jul.repet.* ubi dicitur: quod judex ſuſtinere debeat
ipſam pœnam, quam aliis injuria dictavit, non ſecus ac ſi in caſu converſo à
pœna legis ordinaria receſſiſſet, unde ſe ipſius criminis conſcium feciſſe in-
telligatur, *text.l.2.Cod. de comm. & mercim.* adeò ut Carol.1. judicem ſuſ-
pendi juſſerit, qui homicidam pœna manus ſaltem punierat, Andreas de
Iſern. *in c.1.quæ ſunt reg.* nec verò hæc ſtrictè explicanda ſunt, adeò quin liceat
71 judici ex cauſæ circumſtantiis motum animi ſui juſtè pertingentibus, etiam †
remittere vel minuere pœnam. *l.3.C. ex quib.cauſ.infam.irrogatur.* Cæterùm
ſi partus inanimatus lædatur, pœnis extraordinariis coërcetur rei ſævitia,
72 *conſtit.crim.artic.*133. Matth. Coler. *in deciſ German.deciſ.*187. refert, † mari-
tum, qui ira prædominante manus violentas in vulvam conjugis intruſit, ad-
eò ut ſanguis erumperet, necem mulieri minitantem, fuſtigationis pœna affe-
ctum fuiſſe, probat *per deciſ. Lipſ. deciſ.* 441. *volum.* 2. Planè nimia mariti ſæ-
73 vitia inter cauſas recenſetur jure civili & Canonico, quæ divortium præſtat
mulieri querulanti. *Novella* 117.*cap.*8.9. ubi Cujac. *in expoſ.* Sed quid ſi ipſa †
mulier adeò crudelis ſit, uti narratur in hiſtoriis Suidæ, qua de re infrà, *& in
conſt.Carol.V.artic.*144. ut vel ſeviratum & ad generandum ineptum faciat vi-
rum, an eadem in ipſam irroganda pœna, vel utrum vir divortium inde obti-

nere

nere queat? qui caſus, licèt vulgò non ventiletur, non tamen dubium eſt, quin idem jus hoc paſſu meritò debeat valere, non tam quòd in pœnalibus in viro & uxore par idemq; judicium habeatur, Johan. Gœdd. prolixè *in l. 1. ff. de V. S.* quàm quod deteſtabile ſit facinus inverecundumq; ſexui, facinora tanta de ſe peſſimo exemplo audiri, juxta illud:

Omne animi vicium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto rarus, qui peccat, habetur.

Ubi autem eadem ratio ſtringit, jus idem conſtituatur, neceſſe eſt, *l. 32. ff. ad l. Aquil.* eſt ſiquidem ratio anima legis, quæ extendit vel limitat legis conſtitutionem. Quetta. *conſil. 31.* Planè ut genus ſuas ſpecies, ita ratio ſubjecta legi generalis comprehendit diverſas ſpecies caſuum emergentium, Bald. *in l. 32. ff. de ll.* Johan. Gœdd. *in l. 1. ff. de V. S.* nec dicitur tam extenſio legis, quàm juris comprehenſio, Quett. *d. loc.* Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concl. 20. num. 47. & ſeqq. ubi eleganter hoc declar.* De † fœminarum ſævitia & crudelitate veterum tot extant querelæ, quas ſi referre luberet, charta potius, quā materia deficere videretur. Simonides † interrogatus, quid eſſet mulier? viri naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, pœna quotidiana, pugna ſumptuoſa, beſtia contubernalis, canis ornata, malum neceſſarium. Alius rogatus Reſp. fœminam eſſe hominis confuſionem, inſatiabilem beſtiam, continuam ſolicitudinem, indefinentem pugnam, quotidianum damnum, ſolitudinis impedimentum, viri naufragium, adulterii vas, pernicioſum prælium, animal peſſimum, pondus graviſſimum, aſpidem inſanabilem, humanum mancipium. Et Johan. Andreæ referente Tiraquello in ll. connubialibus, appellavit mulierem Deam in templo, angelum in acceſſu, Dæmonem in domo, bubonem in feneſtra, picam in porta, capram in horto, fœtorem in lecto; in eandem ſententiam Chryſoſtomus quoque *in Matth. c. 9.* quid eſt, *inquit*, aliud mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum prælium, delectabile detrimentum, & Johannes Coraſ. *in lib. de jure in art. red. c. antepen.* teſtatur, quod mulier proba ſit rara avis in terra. unde Eccleſiaſtes *Proverb. 21.* ait: quòd meliùs ſit habitare in terra deſerta, quā cum muliere rixoſâ, iracundâ, idem eandem in ſententiam, inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagitta cor ejus, &c. quo pertinet pactio lepida conjugum tranſigentium de lite matrimoniali, relata in hiſtoriis Suidæ hiſce verbis ibi: continenter cum uxore jurgans coram amicis pepegit, ſe neq; verberare, neq; vapulare, neq; mordere, neq; morderi, neque mulierem capillis trahere, neq; ab ea teſticulis trahi velle. Ludov. Vives *lib. 2. de Chriſtiana fœmina* monet viros, † ſibi uxores ducturos, ut eligant ſibi eam, quæ ſit bene inſtituta, licet re tenui; unde illud Plauti: *mulier morata ſatis dotata.* Nec, ut cum Juvenale *ſatyr. 3. loquar,*

74 75 76

Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiat
Quæſtio, &c.

Siquidem experientiæ argumenta perpetua evincunt, quod *dote imperium vendatur*, idem Plautus *in aſinaria, veniantq; ex dote ſagittæ.* Juvenalis *ſatyr. 6.* quod etiam præclarè teſtatur Ariſt. *lib. 5. moralium* viri & uxoris ſocietatem (id eſt matrimonium, quod JCto *in l. 1. ff. de rit. nupt.* ſocietas dicitur omnis vitæ, unde apud Juſtinum *lib. 23.* Theogena uxor Agathoclis ait: Nubendo ſe non proſperæ tantum, ſed omnis fortunæ etiam adverſæ iniviſſe ſocietatem) Ariſtocraticam eſſe ſcribit, hoc eſt, quæ ejus reipublicæ formã habeat, in qua præſtantiores, meliores & optimates imperent, quapropter infert virum adminiſtrationi præeſſe debere, cum uxori virtute præſter, licet interdũ iniquè imperare mulieres geſtiant bene dotatæ juxta illud: dotata peculiotenus regit virum, conjux, verè dotata, hoc eſt, virtute ornata decenti, nullum affectat regimen. unde Plaut. *in Amph. non quæ dos vulgò dicitur, dotem eſſe, ſed pudicitiam, pudorem, ſedatam cupiditatem, Deûm metum, parentium amorem, & cognatorum concordiam*, alludente Horatio *lib. 3. Carmin.*

Dos eſt magna parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Cæco fœdere caſtitas.

Themiſtocles conſultus utrum viro bono pauperi an diviti parum morato collocaret filiam? ego *(inquit)* malo virum ſine pecuniâ, quam pecuniam ſine viro, Cic. *lib. 2. offic.* unde Baldus *in l. fin. C. de divortiis & repudiis.* in eandem ſententiam tranſiens teſtatur pauperem eum eſſe, qui malis utatur moribus. Alexand. *conſ. 209. vol. 6.* planè quod boni mores vitæq; integritas nobilitati præferantur, comprobat Ulpian. *in l. 46. §. 1. ff. de V. S.* Tiraquell. *de nobilitat. c. 3. 4. 5.* Bart. *in l. 1. C. de dignitat.* Johan. Gœdd. *in d. l. 46.* Gail. *d. obſerv. 95. in fin.* Johan Nevizan. *in ſylva nupt. c. 1.* an ſit nubendum & ſequeqq. Colophonis loco adjicere placet diſticha Andr. Gail. *in Epigram. de uxore ducenda.*

Si qua mihi virgo continget, nubilis eſto,
Non mendica nimis, non opulenta nimis,
Par opibus, generiq; meo, par relligioni,
Non ea pulchra nimis, non ea fœda nimis,
Sed medios habeat, laudati corporis artus,
Non ea parva nimis, non ea longa nimis,
Veſtibus incedat mundis, at ſemper honeſtè,
Non ea compta nimis, non ea ſparta nimis.
Conjugis ut ſervet multis irriſa decorem,
Non ea craſſa nimis, non ea macra nimis.

Expe-

Expectans patiens, & ſeri debita lecti,
Non laſciva nimis, non pudibunda nimis.

O bone Galli, ubinam gentium ejuſmodi reperies conjugem, relatis hiſce cumulatam virtutibus? votum inane, ſpem vacuam ſectaris!

10. Porrò ad rem redeo, † medicus curans ægrotum, qui ſub cura per- 77
peram & parum accuratè inſtituta decedit, propter inperitiam, quæ culpæ an-
numeratur, *l.132.ff.de R.J. §.præterea. I. ad l. Aquil.* ubi Johan Schneid. *l.8. ubi
Doct. & l. 7. §. fin. ff. eodem. l. 9. §. 5. ff. locati. aut negligentiam, d. l. 8. in princ. c. ad
aures. de ætate & qualitate, &c. & c. fin. de homicid. d. §. præterea*, pœnâ legis
Corneliæ extraordinariâ tenetur. *d. l. 8. l. 3 ff. ad l. Corn. de Sic. conſtit. crim. Car.
V. art.* 134. Cravetta *conſ.* 132. *num.* 4. Clar. *in §. homicid. verſ. item medicus.* vel
ut Schurff. *conſil. 41. cent. 2. num. 6.* ait, qui non facit id, quod ſcit, vel ſcire de-
bet, ſe teneri ratione officii ſibi injuncti, eſt in dolo præſumpto, unde vulga-
ta juris regula: magna negligentia culpa eſt, magna culpa dolus. *l. 226. ff. de
V. S. ubi Johan. Gœdd.* Donell. *in l. 1. C. depoſiti. Dd. in l. 1. §. 1. ff. de his, qui teſt.
liber eſſe, &c.* quamobrem Apulæ. *l. 10.* ait: Medico non convenit cauſas ul-
li præbere mortis, nam ſaluti hominum quæſita medicina eſt, *gloſſa in d. l. 8.*
ubi ſtatuit, medicum de culpa ante factum, non prævidendo in facto, male ſe-
cando, & poſt factum, deſerendo infirmum, teneri, quam gloſſæ ſententiam
ſecuti Innocent. Panormitan. *in c. tua nos. de homicid.* quatuor conſiderandos
caſus eſſe (*ajunt*) pro medico, ne teneatur decedente defuncto, 1. ſi non ex-
cedit profeſſionis ſuæ metas, quoniam culpa ſit immiſcere ſe rei ad ſe nō per-
tinenti. *l. 36. ff. de R. J.* etenim affectare nemo debeat, in quo nec intelligit vel
intelligere debet, infirmitatem ſuam aliis periculoſam futuram. *d. l. 8. §. 1. ff. ad
l. Aquil.* Schneid. *in d. §. præterea. inſtit. eodem.* vel ſi inventor † novæ curandi 78
methodi, præter communes & uſitatas medicorum principum regulas cura-
re voluerit, nimium propriæ confidens & tribuens opinioni. *arg. conſt. crim.
Car. V. artic.* 134. ibi: Vnd ſich vngegründeter Artzeney die jhm nicht gezimet
hat vnterſtanden. Locris † morem fuiſſe ſcribit Valer. Max. *lib. 6. cap. 5.* ut ſi 79
quis novam legem eſſet laturus, prius eam populo exponeret, inſerto collo
in laqueum, qui ſi ea diſplicuiſſet, ſtatim conſtrictum novæ legis auctorem
ſtrangulabat, *hæc ille.* Parum enim vel nihil abeſt, quin novitas ſubita in me-
lius non evidenter converſa, nec ſuffulta ratione conſpicuâ, mox nocitura
ſit, & detrimentum ingens illatura, quò reſpexit JCtus: In rebus novis con-
ſtituendis, (inquiens) evidens debet apparere utilitas: neque etiam medicis
cauſas & naturas ægritudinis ſubtiliter dicentibus, dantibusq; ſanitatem ver-
botenus credendum, ut ait Hieron. referente Wolffio 15. *cent. 1. rer. mem. pag.*
888. ſcilicet, qui dum res moliuntur novas, ut credibilia † jactitant, mortuos 80
ſe ſuſcitaturos. Et idem: quare nec ego ſentire audeo, quod omnes clamant,
latrones enim ſicarii, venefici, inhumaniter homines occidunt, † medici ta- 81

men

men humaniſſimè atque officioſiſſimè & ſolenniter interimunt. Taceō quot morborum prolongationes, quot peſtiferas potiones, quot infirmitatum comminationes miſeris infirmis ingerant, & quos abſtinentia aut ſimplici victu vel herba, ſi ſcirent, curare poterant, ſumptuoſis ultramarinis, quippe & adulterinis materialibus curare, aut potius inficere humana corpora moliū-tur, *hæc ille.*

Si in arte, quam profitetur, peritus eſt, ac deſuper etiam documenta & teſtimonia habet. *lib. 6. Cod. de profeſſor. & med.* etenim imperitia culpæ annumeratur. *d. l. imperitia. l. 8. §. 1. ff. ad l. Aquil.* unde Horatianum illud: *lib. 2. Epiſtol.*

——— abrotanum ægro
Non audet, niſi qui didicit dare, quod medicorum eſt
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

82 Hinc à medicorum † conſortio non immeritò arcentur mulieres, quas partim ſexus verecundia & pudor ab officiis virilibus repellit. *l. 2. ff. de R. J. l. 1. ff. de poſtul.* unguentarii, judæi, empyrici, qui ſolâ quadam experientia medicinam tractant, neque hominum naturam cognitam habentes, nec morborum cauſas inveſtigantes. *l. finali. ff. de extraord. crim. d. conſt. Car. V. artic.* 134. *Cujac.* 17. *obſ* 27. Clar. *in §. homicidium. verſ. item medicus*, Levin. Lemin. *in præfat. de occult. nat. miracul. & lib. 1. c.* 17. ubi medicos circumforaneos atque impoſtores publicos publicè exterminandos cenſet, qui non verentur in hominum
83 vitas & corpora graſſari, atque juxta proverbium, † in vaſis jactura artem figulinam experiri, hoc eſt, interprete Plinio, hominum periculis diſcere, & per experimenta fallacia ac conjecturas mortem hominibus inferre, unde Ariſtotelem ægrotantem contra Medicum in hæc verba prorupiſſe teſtatur Ælianus *libro 9. hiſtor. c.* 23. Ne me cures vel bubulcum, vel ut mangonem, ſed prius cauſam ediſce, qua ratione etiam Seneca *in Epiſtol.* ait: in morbis nihil eſſe tam periculoſum, quam immaturam medicinam præbere ægroto, quapropter atteſtante Cornel. Agrippa, ſi neque ars neque judicium, neque tempus & affectus ægri obſerventur, res periculo præſentiſſimo non caret. *de vanit. ſcient. in c. de medic.* quod exemplo memorabili illuſtrat L. Levinus
84 Lemn. *in lib. de ſimil. lib. c.* 41. Novi, *ait*, † quendam ſacrificum, qui cineres buxtæ deuſtæ, ritu Romanæ Eccleſiæ dominica palmarum conſecratæ, cuidā adoleſcenti ebibendos propinaret, aqua luſtrali immerſos, adhibito inani ridiculo quodam exorciſmo, ad diſpellendas, ut aſtantibus perſuaſit, febres, non ita multò pōſt febris quidem repulſa, ſed adoleſcens mox vitam clauſit, deinde imperitiæ accuſat medicos Galenus, quos appellavit ἀμεθόδους, ſcilicet quorum ars medicandi continetur paucis regulis, ut omne laxum aſtringendum, omne ſtrictum laxandum, omne cavum implendum, non conſiderantes in his neque ætatem, neque complexionem, nec ſexum ægrotantis, neq; anni

anni tempus, neque conſuetudinem, efficaciam medicinæ, nec alias qualitates & circumſtantias. Mira certe res eſt, *inquit* Hieron. quem ſupra citavimus, fullones, metallarii, fabri, lignorum cæſores, ipſa quoque vilia officia exercentes, qui abſque doctore eſſe non poſſunt, nec experiri audent, quæ non noverunt, ſola eſt medicandi ars, quam ſibi paſſim unuſquiſque vendicat. Alii enim à crebro infirmantibus medicinam addiſcunt, alii à fœminis, ut viros curent, alii ab infidelibus audiunt, ut fideles necent: alii neſcio in quibus libellis legunt, ut in miſeris corporibus uniformiter exequentur, & (ut ajunt) uno collyrio eis incognito, omnium oculos volunt curare, quo fit, ut cæcus natura videntem cæcum faciat. Hi medicinam neſcientes, medicinâ abutuntur, & artem egregiam, quam non noverunt, profitentur, atque medicinæ excellenti & illuſtri nomine gloriantur, quippe quæſtus gratia, pecuniam, ut finem quærunt, præmium vero medico non modo exiguum, ſed ſordidum, & tanto labori impar nec ingenio dignum. *Hæc ille.*

Cæterùm ſi diligens medicus eſt, culpæ prædictæ manet expers, *c. ad aures. de ætat. & qualitat. c. finali de homicid. §. præterea. inſt. ad l. Aquil.* jura ſiquidem vigilantibus non dormientibus ſubveniunt, nec quem ſub cura habet, ſemicuratum perniciosè relinquit, fortè ſi æger ære pariter ac corpore impotens fuerit. Etenim canonum regula eſt, quod medico carior eſſe debeat amor proximi quam nummi, Joh. Schneid. *in d. §. præterea. inſtitut. ad l. Aquil.* Siquidem enim advocati & procuratores in Camerâ pauperum cauſas gratis ſuſcipere & ventilare tenentur, quorum officium nobile eſt, *l. 1. in fin. l. 4. in fin. ff. de accuſ.* nec rei pecuniariæ aut precio quovis æſtimandum, *l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit. l. 14. C. de advoc. diverſ. judic.* quanto magis † medici officium 85
gratis impartiri tenentur pauperibus in tantum, ut placuerit jure in honorariis medicorum decernendis, ita verſari oportere judicem, ut pro modo curæ proque medici peritia & induſtriâ, lociq; conſuetudine æſtimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium qualitas non egrediatur, *d. l. 1. §. 10. ff. de extra. cognit.* Planè † non ferendus medicus, qui mala medicamenta adhi- 86
bendo excruciat ægrum, ut exemplo peſſimo nummos, resve precioſas ab eo, quæſtione quaſi vel tortura mediante, extorqueat, prout Ulpianus *in l. 3. ff. d. tit.* de medico agit, cui curandos oculos, qui eis laboraſſet, commiſerat, periculum amittendorum eorum, per adverſa medicamenta inferendo, compellente, ut poſſeſſiones contra fidem bonam æger ſibi venderet, quod factum incivile coërcendum, remque reſtitui jubendum ſubjicit Ulpianus *in d. l. 3.*

Poſtremò ſi medicus edocet ægrotum de his, quæ contraria ſunt morbo, *d. c. ad aures. c. fuit. de homicid. exemplo l. 25. §. 7. ff. locati.* videlicet certiorando ipſum, quomodo in diætis vivat, quouſque dormiat, vigilet, quo cibo aut potu utatur, & quæ ſunt ſimilia, † prohibetur tamen, ne medici, qui ar- 87

tis aſtronomicæ peritiam callent, ægro horam mortis manifeſtent, *c. 15. extra. de pœnit.* De chyrurgis idem jus eſt, quod de medicis, item de his, qui alicujus ſaltem partis corporis vel certi doloris ſanitatem pollicentur, *l.1.§.3.ff.*
88 *de extraord. cognit.* Cum primis † de chyrurgo hoc dicitur, ut ſiquidem ſecuerit membrum hominis, in cujus ſigno luna exiſtat tum temporis, propter imperitiam tanquam culpam, teneatur. *l.7.§.final.ff. ad l. Aquil.* Hiſce cauſis ſic relatis concurrentibus, ſi mors rapiat ægrotnm, concludunt Dd. communiter, medicum tutum eſſe etiam in foro conſcientiæ. And. Gail. *1.obſ. 11.in fine. etenim.*

Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

An autem infirmus inobediens medico, item miniſtri & familia, curam præ-
89 ſcriptam non obſervantes, ſed noxia infirmo exhibentes, peccent? deinde † an medicus teneatur, ſi peritè quidem & dextrè medicinam præſcripſit, ſed ſpecies mixturæ ſive ingredientia ſunt exoleta & adulterata aut vetuſtate corrupta, quærit & exanimat Innocentius *in d. c. tua nos. extra de homicid.* pertinet huc inprimis roformata politia Carol. V, *de Anno* 1548. §. Von Apotecketen/ubi notabiliter ſtatuitur Nach dem in der Apotecken zu Zeiten die verlägene vnd vntügliche materialia, vnnd ander derogleichen ſpecies, ſo man in den Recepten vnd Artzneyen pfleget zugebrauchen/ befunden werden/ die dem Menſchen zu erlangung der Geſundheit mehr ſchädlich als nutzlich ſeyn/ ſo meinen wir hiemit ernſtlich/vnd wollen/ daß die Apotecken/vnter denen Apotecken ſeynd/dieſelbe durch jhre dazu verordnete/vnd der Sachen verſtändige/ Jährlich auffs wenigeſte viſitiren, vnnd beſichtigen/ gute Ordnung/ vnnd reformation, darin fürnehmen/ vnnd die materialia gebührlichen wider erſetzen laſſen/ damit ein jeder vmb ſein Gelt/ gute friſche vnd tügliche Materialien vnnd Artzneyen bekommen vnd haben möge.

90 Deniq; de † Medico, qui ſciens prudens tollit hominem, de medio ordinariæ legis Corneliæ pœnæ reus eſt, *gl. in §. præterea. inſt. ad l. Aquil.* Clarus *lib.5.§. homicidium. num.17. l.5.§ fin. ff. ad SCt. Syllan.* cum plus ſit hominem veneno extinguere, quam gladio occidere, *l.1. C. de med. & Mathemat. l.3. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Gail. 2.*obſerv*, 111.*in fin. conſt. crimin. C. V. d. art.* 134.*in fin.* qui non ſecus ac famoſus latro rotâ tundi & ad mortem plecti jubetur, ait: Marcian. *in l.3.§.3.ff. ad l. Cornel de ſicar.* cumprimis pigmentarius, qui temerè cicutam, ſalamandram, aconitum, pituocampas, aut bubroſdim, mandragoram, & id quod luſtramenti cauſa dederint, Cantharidas. *d. l. §.3.ff.* Gell. 3 *noct. attic. cap.* 8. Euſeb. *lib.7. hiſtor. Eccleſ. c. pen.* Camer. 2.*med. hiſt. c.5. in fin.* Occidens † hominem vel adverſarium colluſorem in colluctatione, pancratio, vel pugiles cum concertant, alius alium occiderit, jure ff. pœna nullâ tenentur, quoniam gloriæ cauſa & virtutis non injuriæ videatur cædes facta, *l. 1. §.*

4. *ubi Dd. ff. ad l. Aquil.* quanquam noviſſimè prohibiti ſint ludi & ſanguinolenti ejuſmodi conflictus, *l. 1. Cod. de gladiatoribus. c. 12. ext. de torneamentis.* Porrò quod ludos non ſanguinolentos attinet, ut jaculationis, projectionis lapidis, pali, curſus, & elevandi ponderis, *l. 2. §. 1. ff. de aleatorib.* colluctationis, pancratici, pugillationis, *d. l. 7. §. 4. l. fin. C. de feriis.* præſertim, quæ cum Principis auctoritate & conſenſu fiunt, Johan. de Anania *cap. 1. de torneam.* hactenus permittuntur. 1. ſi virtutis & gloriæ cauſa non fortunæ gratia committuntur, quo caſu ſiquidem luſor colluſorem interficiat, pœnam legis Corneliæ haud incurrit, ita tradunt *Dd. in c. latro. c. continebatur. extr. de homicidio.* Johan. de Anania *in d. cap. 1. de torneamentis.* Blanc. *de indic. pag. 236.* 2. Si luſus colluctatio, pancratium committitur in loco conſueto, ubi ex inſtitutis majorum, pro more ludi conſuevit, *l. 9. §. finali. l. 11. in princ. ff. ad l. Aquil.* Etenim † locus delicti in omni juris parte pœnam vel tollit, minuit, vel auget. *§. atrox* 92
ubi Dd. inſtit. de injur. argumento d. l. 11. conſtit. crimin. Carol. V. art. 146. Eberhard. *in top. legal. loco de prædicam.* unde verſus hi vulgares ad facti ſpecies quaſvis accommodabiles, quorum beneficio omnia in jure argumenta contraria dilui poſſe, † affirmat Eberh. *in præfat. loco legal.* 93

Cauſa, locus, tempus, perſona, rigor, novitasq;,
Antiquum, bonitas, veto, conſulo, præcipio.

3. Item ſi tempore legitimo ludus inſtituatur, ſcilicet ad certandum certo die, & momento, à principe vel republica conſtituto, Bald. *in l. 7. §. 4. ff. ad l. Aquil.* quo pertinet locus Petronii Arbitri *c. 15. de lud. & ſpect.* mane (*inquit*) cum beſtiis depugnabant, poſt meridiem verò ii, qui ſuperfuerant inter ſeſe, & meridiani gladiatores dicebantur, cæterum nec docti factiq; ad pugnam erant, nec armis in ea utebantur aut arte, cædes tantùm promiſcua & laniena, unde Seneca *Epiſt.* 7. ait: † caſu in meridianum ſpectandum incidi, luſus ex- 94
pectans, ut ſales & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquieſcebant, contra eſt, quicquid ante pugnatum eſt, miſericordia fuit, nam omiſſis nugis, mera homicidia ſunt. Nil habent quo tegantur, ad ictum totis corporibus expoſiti repellitur ferrum, quo munimenta? quo artes? omnia iſta mortes meræ ſunt? Mane leonibus & urſis homines, meridie ſpectatoribus ſuis objiciuntur, interfectores interfectis objiciuntur, ut victorem in aliam detineant cædem, exitus pugnantium mors, & idem *Epiſt. 96* dicit: homo ſacra res, homo jam per luſum vel jocum occiditur, ut quidem exordiri ad accipienda inferendaque vulnera nefas erat, is jam nudus inermiſq; producitur, ſatiſq; ſpectandi in homine mors eſt. *Hactenus Seneca.* Hanc miſeram gladiatorum conditionem deſcribit quoque Lipſ. *in ſatur. lib. 2. cap. 4.* Illa verò tum demum obtinent jure, quoties perſona ludens talis eſt, † quæ 95
ludere licitè poſſit, prohibentur enim ludere in palæſtrâ ſervi (niſi beſtiis objiciuntur,) *l. 7. §. 4. ff. ad l. Aquil. Scholares, §. illud. in prœm. ff. Dd. in Authen-*

tica.habita.C.ne filius pro patre. Clerici,tot.tit. extra de vit. & honeſt.cleric. impuberes,nempe quos reſpectivè ætas & fati infelicitas à palæſtris luctatoriis
96 arcet, *argum.l.15.ff.ad l. Cornel. de ſicar.* deinde quod † gladiatores juramentum ſolenne,antequam certamini ſe committebant, præſtarent, quod minori vel dementi non defertur, *Auth ſacramenta.C.ſi adv.vend.* Eberhard. *in top: in loco à juram.* in tria enim jurabant gladiatores uſtionem, verbera, necem cum cecidiſſent, flammam & verbera, ſi quando dimidii pugnarent aut fugerent, Lipſ. *d. loc.* Petron. Arbiter *d. loc.* ſacramentum juravimus uri, vinciri, verberari, ferroque necari.

97 Denique † palæſtram ſubire & ludere quoq; prohibentur: mulieres, quas ſexus pudor & verecundia potiſſimum ab officiis virilibus removet, unde Martem quidam à maribus dictum ſtatuêre, quod maximè maribus præſit in bello, & à maribus unicè coli velit, Plato *in cratilo.* quanquam Hyppol. de
98 Collibus *in lib. de increm. cap.* 19. ſub Severo Imperatore † certamen mulierum inſtitutum fuiſſe aſſerit, in quo tanta hominum convenerit multitudo, ut dubitarent omnes, num ſoli athletæ ſtadium caperent? iſto in certamine, *inquit*, cum mulieres crudeliſſimè pugnaſſent, atque eam ob cauſam cæteræ nobiliſſimæ fœminæ, quæ non pugnaſſent, conviciis inſectatæ fuiſſent, cautum eſt, ne qua mulier in poſterum gladiatorio munere fungeretur: ſic Nicolaus Damaſcen. *hiſt. Roman.* 110. ſcribit, gladiatorum ſpectacula non in conventibus ſolum & theatris, verum etiam in privatis conviviis inſtituta fuiſſe, adeò ut æquè mulieres ac maſculi certaminibus ſeſe exercuerint, qui tamen mos quoq;, ut beluinus & barbarus, paulatim in deſuetudinem abiit, quò pertinent verſus Statii, ibi:

Hos inter fremitus novosq; luſus
Stat ſexus rudis neſciusq; ferri,
Et pugnas capit improbas viriles, &c.

99 Cæterùm quod attinet † ludos jure permiſſos, ut ſcacorum, taxillorum, chartarum reſpectivè, qui licèt ita comparati ſint, ut magis fortuna & induſtria, quàm corporis labore & cum periculo expediantur, quia tamen contingit ſæpenumero, ut non minus ludi illi ſcandalis occaſionem præbeant, juxta illud canonicum: Luſus inventum Diaboli eſt, Luſori cupido ſemper gravis exitus obſtat, &c. De ludis ejuſmodi, quouſq; ſcilicet jure ſubſiſtant, ſubjicere placet, at quidem de ludis hujuſmodi talis ſtatuitur maxima, qui ludi magis pendent ab induſtria hominum, quam fortunâ (ut eſt ludus chartarum, taxillorum) non prohibentur, ut eſt ludus ſcachicus. 1. Modò ne †
100 fraus fiat in ludo. 2. ſi ſervantur leges ludi. 3. ſi ludentes habent liberam poteſtatem in pecuniis, quas luſui exponunt. Alii diſtinguunt, aut luſus ſit ſaltem recreationis cauſa, aut quæſtus faciendi gratia, ita ut primo caſu nullus ludus damnetur, nedum in clerico. 2. caſu, ut puniatur luſor, ſiquidem luſus illici-

illicitus eſt, id eſt, qui potius de fortuna quam induſtria humanâ u[illegible] † reus 1
qua autem pœnâ puniatur luſor? arbitrio judicantis relinquitur, *authent[illegible]*
aleam.C.de relig. & ſumpt.fun. Porrò an luſor † condictione indebiti repetere poſſit id, quod luſu perdidit, diſputat Covarruv. *in reg.peccatum.part.2.§.4.num.1.*& decidit, ut ſiquidem colluſor fraude & dolo potius, quàm fortunâ ſocii pecuniam acquiſiverit, ea demum condici queat, Didac. Canter. *in tract. crimin.quæſt.crimin.59.in fine.* referuntur hic bullarum atque indulgentiarum luſibus expoſitarum mores, quâ de re Thomas Gaſcoignet. *in d. Theolog.* circa annum Chriſti (*ait*) 1440. populus Angliæ ob profuſiſſimas indulgentiarum copias vulgò dicebat, Roma ad noſtras fores nunc pervenit, quia jam cuique ſe expoſuit pecuniam offerenti, ut cum omnia eſſent condonationibus plena, indulgentias tantum dabant negotiatores pro cœna, pro concubitu, pro hauſtu vini, pro pilæ luſu, & interdum actu venereo, *hæc ille.* De mu- 102
liere, an † ludere poſſit ſine cõſenſu viri? vulgò etiam quæri ſolet, item ſi quid in luſu etiam licito perdiderit, an id repetere queat maritus? prius negant, poſterius affirmant. *Canon.in c.Clerici. de vit. & honeſt. Cleric.* Par. de Put. *in tr. de lud. chart.* adde hic, quòd ſcribit Bald. *in rub. Cod. de cond. ob turp. cauſ.* quod qui in ludo ſcienter lucretur pecuniam hominis, ſub alterius poteſtate conſtituti, furtum committat, allegat ad hoc *l.ſervus. C.de cond. indeb.* Item
in l.1.in fine. C.ſi quod in fraud.patron. vult, ut ſiquidem † pater luſu perdat o- 103
mnia bona ſua, filii revocare ea queant uſque ad legitimam. Barbat. *conſil.65.* Jaſon *in l.ſi arrogator.ff.de adopt.* Ripa *in c.ſæpe. de reſt.ſpoliat.* Tiraquell. *de ll. Conn. gloſſ.5.pag.465.*

12. Parans † foveam vel offendiculum ſtruens hoſti in via publica, qua 104
homines ire redire communiter ſolent, homoq; non ex hoſtium grege, nec miles inopinato in periculum incidat, ac deſuper moriatur? quæritur an foſſor vel Capitaneus mandans foſſam fieri extraordinariâ teneatur pœnâ de homicidio? videtur dicendum quod ſic. [1]· *argumento l.26.ff. ad L. Aquil.* quia putator, qui ramum de arbore diſſectum dimiſſurus in terram, proclamare debet, ne in homines prætereuntes ramus cadat, eosq; opprimat. Ergo hic in ſimili videtur dicendum, cum parium idem ſit judicium. Eberh. *in top. in loc. à pari.num.1.& ſeqq.* [2]· quia hæc parificantur, occiderit quis ipſe, an cauſam mortis præbuerit? *l.15.ff.ad l. Cornel.de ſicar.* Ergo. Sed hæc utcunque ſe habent, verior tamen ſententia eſt, ne teneatur foſſor vel Capitaneus, quia operam rei licitæ dedit, qui ſtuduit dolo, arte, vel marte illudere hoſtem, *l.1.ff.de dolo malo.* quâ in re parum conſideratur ſalus ſingulorum, interitus hujus vel illius perſonæ privatæ: Etenim publica privatis anteferenda ſunt, imò quod per accidens ita fit, fati calamitati potius, quam humano facto acceptum ferendum eſt: unde Ulpian. *in l.5.ff.ad l.Aquil.* dicit: Ejuſmodi caſus non ſecus ſe habere, ac ſi tegula cadat de domo, hominemq; offendat. [2]· qui-

Google

partus intra 40. dies proximos, antequam mulier pariat, *gloſſ. in l. 4. ff. de extraord. crimin.* Anton. Blanc. *de indic. pag.* 110. quem partum poculo abortionis ſuffocans, pœnâ ordinaria legis Corneliæ tenetur; *l. 39. l. 28. §. 5. ff. de pœnis l. 8. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Clarus *in §. fin. q.* 68. Damhud. *in pract. cap.* 47. Ergo parricidii pœnam ordinariam quoque ſtatuẽdam in patrem partus animati occiſorem, neceſſe eſt, cum parium idem ſit judicium, *d. l. 30. l. 39. eod. tot. tit. ff. de parricid.* neque refert, quòd animo violandi partum, non pulſaverit uxorem, ſed corrigendi ſaltem propoſito, quod jure ei permittebatur, cum voluntas & propoſitum maleficia diſtinguant, *l. 35. ff. de furtis.*

Reſp. Diſtinguendum eſſe inter animum occidendi manifeſtum &
69 non manifeſtum, vel † dolum, ut loquuntur, præſumptum, quæ duo extrema in effectu juris ad eadem pariaq; judicantur, licet enim dolus manifeſtus hic non appareat, ſufficit tamen legem hic dolum præſumere, juxta illud: præſumptio legis habeatur pro liquida probatione, *l. 1. ubi Dd. de teſtamento militari.* Quetta *conſil.* 35. Anton. Blanc. *pag.* 379. præſumit autem dolum lex inde, quod vir rei illicitæ operam dans, caſtigaverit uxorem tunc temporis, quo parcere ei meritò & indulgere nonnihil jure debebat, *argumento, §. 1. ubi*
70 *Dd. inſt. de ingen. l. 39. ff. ad l. Aquil.* † neque ignorantiam aliquam prætendere poteſt occiſor, nempe quæ juris eſt, nec veniam vel excuſationem admittit, *tot. tit. ff. de juris & fact. ignor.* quâ in parte tamen plura diſpicere & rimari debet judex, qualitatem ſcilicet occiſoris, & circumſtantias factorum, ne vel lege crudelior nec clementior lege videatur, *l. 4. §. fin. ff. ad SCtum Turpil l. lex Julia. §. fin. ff. ad l. Jul. repet.* ubi dicitur: quod judex ſuſtinere debeat ipſam pœnam, quam aliis injuria dictavit, non ſecus ac ſi in caſu converſo à pœna legis ordinaria receſſiſſet, unde ſe ipſius criminis conſcium feciſſe intelligatur, *text. l. 2. Cod. de comm. & mercim.* adeò ut Carol. 1. judicem ſuſpendi juſſerit, qui homicidam pœna manus ſaltem punierat, Andreas de Iſern. *in c. 1. quæ ſunt reg.* nec verò hæc ſtrictè explicanda ſunt, adeò quin liceat
71 judici ex cauſæ circumſtantiis motum animi ſui juſtè pertingentibus, etiam † remittere vel minuere pœnam. *l. 3. C. ex quib. cauſ. infam. irrogatur.* Cæterùm ſi partus inanimatus lædatur, pœnis extraordinariis coërcetur rei ſævitia,
72 *conſtit. crim. artic.* 133. Matth. Coler. *in deciſ German. deciſ.* 187. refert, † maritum, qui ira prædominante manus violentas in vulvam conjugis intruſit, adeò ut ſanguis erumperet, necem mulieri minitantem, fuſtigationis pœna affectum fuiſſe, probat *per deciſ. Lipſ. deciſ.* 441. *volum.* 2. Planè nimia mariti ſæ-
73 vitia inter cauſas recenſetur jure civili & Canonico, quæ divortium præſtat mulieri querulanti. *Novella* 117. *cap.* 8. 9. ubi Cujac. *in expoſ.* Sed quid ſi ipſa † mulier adeò crudelis ſit, uti narratur in hiſtoriis Suidæ, qua de re infrà, *& in conſt. Carol. V. artic.* 144. ut vel ſeviratum & ad generandum ineptum faciat virum, an eadem in ipſam irroganda pœna, vel utrum vir divortium inde obti-

nere

nere queat? qui caſus, licèt vulgò non ventiletur, non tamen dubium eſt, quin idem jus hoc paſſu meritò debeat valere, non tam quòd in pœnalibus in viro & uxore par idemq; judicium habeatur, Johan. Gœdd. prolixè *in l. 1. ff. de V. S.* quàm quòd deteſtabile ſit facinus inverecundumq; ſexui, facinora tanta de ſe peſſimo exemplo audiri, juxta illud:

Omne animi vicium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto rarus, qui peccat, habetur.

Ubi autem eadem ratio ſtringit, jus idem conſtituatur, neceſſe eſt, *l. 32. ff. ad l. Aquil.* eſt ſiquidem ratio anima legis, quæ extendit vel limitat legis conſtitutionem. Quetta. *conſil.* 31. Planè ut genus ſuas ſpecies, ita ratio ſubjecta legi generalis comprehendit diverſas ſpecies caſuum emergentium, Bald. *in l. 32. ff. de ll.* Johan. Gœdd. *in l. 1. ff. de V. S.* nec dicitur tam extenſio legis, quàm juris comprehenſio, Quett. *d. loc.* Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concl.* 20. *num.* 47. *& ſeqq. ubi eleganter hoc declar.* De † fœminarum ſævitia & crudelitate veterum tot extant querelæ, quas ſi referre luberet, charta potius, quā materia deficere videretur. Simonides † interrogatus, quid eſſet mulier? 75 viri naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, pœna quotidiana, pugna ſumptuoſa, beſtia contubernalis, canis ornata, malum neceſſarium. Alius rogatus Reſp. fœminam eſſe hominis confuſionem, inſatiabilem beſtiam, continuam ſolicitudinem, indeſinentem pugnam, quotidianum damnum, ſolitudinis impedimentum, viri naufragium, adulterii vas, perniciosum prælium, animal peſſimum, pondus graviſſimum, aſpidem inſanabilem, humanum mancipium. Et Johan. Andreæ referente Tiraquello in ll. connubialibus, appellavit mulierem Deam in templo, angelum in acceſſu, Dæmonem in domo, bubonem in feneſtra, picam in porta, capram in horto, fœtorem in lecto; in eandem ſententiam Chryſoſtomus quoque *in Matth. c. 9.* quid eſt, *inquit*, aliud mulier, niſi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, deſiderabilis calamitas, domeſticum prælium, delectabile detrimentum, & Johannes Coraſ. *in lib. de jure in art. red. c. antepen.* teſtatur, quod mulier proba ſit rara avis in terra. unde Eccleſiaſtes *Proverb.* 21. ait: quòd meliùs ſit habitare in terra deſerta, quā cum muliere rixosâ, iracundâ, idem eandem in ſententiam, inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagitta cor ejus, &c. quo pertinet pactio lepida conjugum tranſigentium de lite matrimoniali, relata in hiſtoriis Suidæ hiſce verbis ibi: continenter cum uxore jurgans coram amicis pepegit, ſe neq; verberare, neq; vapulare, neq; mordere, neq; morderi, neque mulierem capillis trahere, neq; ab ea teſticulis trahi velle. Ludov. Vives *lib. 2. de Chriſtiana fœmina* monet viros, † ſibi uxores ducturos, ut eligant 76 ſibi eam, quæ ſit bene inſtituta, licet re tenui; unde illud Plauti: *mulier morata ſatis dotata.* Nec, ut cum Juvenale *ſatyr. 3. loquar,*

Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiat
Quæſtio, &c.

Siquidem experientiæ argumenta perpetua evincunt, quod *dote imperium vendatur*, idem Plautus *in aſinaria, veniantq; ex dote ſagittæ.* Juvenalis *ſatyr. 6.* quod etiam præclarè teſtatur Ariſt. *lib.5. moralium* viri & uxoris ſocietatem (id eſt matrimonium, quod JCto *in l. 1. ff. de rit. nupt.* ſocietas dicitur omnis vitæ, unde apud Juſtinum *lib. 23.* Theogena uxor Agathoclis ait: Nubendo ſe non proſperæ tantum, ſed omnis fortunæ etiam adverſæ iniviſſe ſocietatem) Ariſtocraticam eſſe ſcribit, hoc eſt, quæ ejus reipublicæ formã habeat, in qua præſtantiores, meliores & optimates imperent, quapropter infert virum adminiſtrationi præeſſe debere, cum uxori virtute præſtet, licet interdũ iniquè imperare mulieres geſtiant bene dotatæ juxta illud: dotata peculiotenus regit virum, conjux, verè dotata, hoc eſt, virtute ornata decenti, nullum affectat regimen. unde Plaut. *in Amph. non quæ dos vulgò dicitur, dotem eſſe, ſed pudicitiam, pudorem, ſedatam cupiditatem, Deûm metum, parentium amorem, & cognatorum concordiam*, alludente Horatio *lib. 3. Carmin.*

Dos eſt magna parentium
Virtus, & metuens alterius viri
Cæco fœdere caſtitas.

Themiſtocles conſultus utrum viro bono pauperi an diviti parum morato collocaret filiam? ego *(inquit)* malo virum ſine pecuniâ, quam pecuniam ſine viro, Cic. *lib. 2. offic.* unde Baldus *in l. fin. C. de divortiis & repudiis.* in eandem ſententiam tranſiens teſtatur pauperem eum eſſe, qui malis utatur moribus. Alexand. *conſ. 209. vol. 6.* planè quod boni mores vitæq; integritas nobilitati præferantur, comprobat Ulpian. *in l. 46. §. 1. ff. de V. S.* Tiraquell. *de nobilitat. c. 3. 4. 5.* Bart. *in l. 1. C. de dignitat.* Johan. Gœdd. *in d. l. 46.* Gail. *d. obſerv. 95. in fin.* Johan Nevizan. *in ſylva nupt. c. 1.* an ſit nubendum & ſequeqq. Colophonis loco adjicere placet diſticha Andr. Gail. *in Epigram. de uxore ducenda.*

Si qua mihi virgo continget, nubilis eſto,
Non mendica nimis, non opulenta nimis,
Par opibus, generiq; meo, par relligioni,
Non ea pulchra nimis, non ea fœda nimis,
Sed medios habeat, laudati corporis artus,
Non ea parva nimis, non ea longa nimis,
Veſtibus incedat mundis, at ſemper honeſtè,
Non ea compta nimis, non ea ſparta nimis.
Conjugis ut ſervet multis irriſa decorem,
Non ea craſſa nimis, non ea macra nimis.

Expe-

Expectans patiens, & ſeri debita lecti,
Non laſciva nimis, non pudibunda nimis.

O bone Galli, ubinam gentium ejuſmodi reperies conjugem, relatis hiſce cumulatam virtutibus? votum inane, ſpem vacuam ſectaris!

10. Porrò ad rem redeo, † medicus curans ægrotum, qui ſub cura perperam & parum accuratè inſtituta decedit, propter inperitiam, quæ culpæ annumeratur, *l.132. ff. de R.J. §. præterea. I. ad l. Aquil* ubi Johan Schneid. *l.8. ubi Dd. & l. 7. §. fin. ff. eodem. l.9. §.5. ff. locati. aut negligentiam, d.l.8. in princ. c. ad aures. de ætate & qualitate, &c. & c. fin. de homicid. d. §. præterea*, pœnâ legis Corneliæ extraordinariâ tenetur. *d.l.8.l.3 ff. ad l. Corn. de Sic. conſtit. crim. Car. V. art.134.* Cravetta *conſ.132. num.4.* Clar. *in §. homicid. verſ. item medicus.* vel ut Schurff. *conſil.41. cent. 2. num.6.* ait, qui non facit id, quod ſcit, vel ſcire debet, ſe teneri ratione officii ſibi injuncti, eſt in dolo præſumpto, unde vulgata juris regula: magna negligentia culpa eſt, magna culpa dolus. *l. 226. ff. de V. S. ubi Johan. Gœdd.* Donell. *in l.1. C. depoſiti. Dd. in l. 1. §. 1. ff. de his, qui sest. liber eſſe, &c.* quamobrem Apulæ. *l.10.* ait: Medico non convenit cauſas ulli præbere mortis, nam ſaluti hominum quæſita medicina eſt, *gloſſa in d. l. 8.* ubi ſtatuit, medicum de culpa ante factum, non prævidendo in facto, male ſecando, & poſt factum, deſerendo infirmum, teneri, quam gloſſæ ſententiam ſecuti Innocent. Panormitan. *in c. tua nos. de homicid.* quatuor conſiderandos caſus eſſe (*ajunt*) pro medico, ne teneatur decedente defuncto, [1.] ſi non excedit profeſſionis ſuæ metas, quoniam culpa ſit immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti. *l.36. ff. de R. J.* etenim affectare nemo debeat, in quo nec intelligit vel intelligere debet, infirmitatem ſuam aliis periculoſam futuram. *d.l.8. §.1. ff. ad l. Aquil.* Schneid. *in d. §. præterea. inſtit. eodem.* vel ſi inventor † novæ curandi 78
methodi, præter communes & uſitatas medicorum principum regulas curare voluerit, nimium propriæ confidens & tribuens opinioni. *arg. conſt. crim. Car. V. artic. 134.* ibi: Und ſich ungegründeter Artzeney die jhm nicht geziemet hat unterſtanden. Locris † morem fuiſſe ſcribit Valer. Max. *lib.6. cap.5.* ut ſi 79
quis novam legem eſſet laturus, prius eam populo exponeret, inſerto collo in laqueum, qui ſi ea diſplicuiſſet, ſtatim conſtrictum novæ legis auctorem ſtrangulabat, *hæc ille.* Parum enim vel nihil abeſt, quin novitas ſubita in melius non evidenter converſa, nec ſuffulta ratione conſpicuâ, mox nocitura ſit, & detrimentum ingens illatura, quò reſpexit JCtus: In rebus novis conſtituendis, (inquiens) evidens debet apparere utilitas: neque etiam medicis cauſas & naturas ægritudinis ſubtiliter dicentibus, dantibusq; ſanitatem verbotenus credendum, ut ait Hieron. referente Wolffio 15. *cent. 1. rer. mem. pag.* 888. ſcilicet, qui dum res moliuntur novas, ut credibilia † jactitant, mortuos 80
ſe ſuſcitaturos. Et idem: quare nec ego ſentire audeo, quod omnes clamant, latrones enim ſicarii, venefici, inhumaniter homines occidunt, † medici ta- 81

men

men humaniſſimè atque officioſiſſimè & ſolenniter interimunt. Taceo quot morborum prolongationes, quot peſtiferas potiones, quot infirmitatum comminationes miſeris infirmis ingerant, & quos abſtinentia aut ſimplici victu vel herba, ſi ſcirent, curare poterant, ſumptuoſis ultramarinis, quippe & adulterinis materialibus curare, aut potius inficere humana corpora moliũtur, *hac ille.*

Si in arte, quam profitetur, peritus eſt, ac deſuper etiam documenta & teſtimonia habet. *lib. 6. Cod. de profeſſor. & med.* etenim imperitia culpæ annumeratur. *d. l. imperitia. l. 8. §. 1. ff. ad l. Aquil.* unde Horatianum illud: *lib. 2. Epiſtol.*

——— abrotanum ægro
Non audet, niſi qui didicit dare, quod medicorum eſt
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

82 Hinc à medicorum † conſortio non immeritò arcentur mulieres, quas partim ſexus verecundia & pudor ab officiis virilibus repellit. *l. 2. ff. de R. J. l. 1. ff. de poſtul.* unguentarii, judæi, empyrici, qui ſolâ quadam experientia medicinam tractant, neque hominum naturam cognitam habentes, nec morbum cauſas inveſtigantes. *l. finali. ff. de extraord. crim. d. conſt. Car. V. artic.* 134. *Cujac.* 17. *obſ* 27. Clar. *in §. homicidium. verſ. item medicus*, Levin. Lemin. *in præfat. de occult. nat. miracul. & lib. 1. c.* 17. ubi medicos circumforaneos atque impoſtores publicos publicè exterminandos cenſet, qui non verentur in hominum
83 vitas & corpora graſſari, atque juxta proverbium, † in vaſis jactura artem figulinam experiri, hoc eſt, interprete Plinio, hominum periculis diſcere, & per experimenta fallacia ac conjecturas mortem hominibus inferre, unde Ariſtotelem ægrotantem contra Medicum in hæc verba prorupiſſe teſtatur Ælianus *libro 9. hiſtor. c.* 23. Ne me cures vel bubulcum, vel ut mangonem, ſed prius cauſam ediſce, qua ratione etiam Seneca *in Epiſtol.* ait: in morbis nihil eſſe tam periculoſum, quam immaturam medicinam præbere ægroto, quapropter atteſtante Cornel. Agrippa, ſi neque ars neque judicium, neque tempus & affectus ægri obſerventur, res periculo præſentiſſimo non caret. *de vanit. ſcient. in c. de medic.* quod exemplo memorabili illuſtrat L. Levinus
84 Lemn. *in lib. de ſimil. lib. c.* 41. Novi, *ait*, † quendam ſacrificum, qui cineres buxtæ deuſtæ, ritu Romanæ Eccleſiæ dominica palmarum conſecratæ, cuidã adoleſcenti ebibendos propinaret, aqua luſtrali immerſos, adhibito inani ridiculo quodam exorciſmo, ad diſpellendas, ut aſtantibus perſuaſit, febres, non ita multò pòſt febris quidem repulſa, ſed adoleſcens mox vitam clauſit, deinde imperitiæ accuſat medicos Galenus, quos appellavit ἀμεθόδους, ſcilicet quorum ars medicandi continetur paucis regulis, ut omne laxum aſtringendum, omne ſtrictum laxandum, omne cavum implendum, non conſiderantes in his neque ætatem, neque complexionem, nec ſexum ægrotantis, neq;
anni

anni tempus, neque conſuetudinem, efficaciam medicinæ, nec alias qualitates & circumſtantias. Mira certe res eſt, *inquit* Hieron. quem ſupra citavimus, fullones, metallarii, fabri, lignorum cæſores, ipſa quoque vilia officia exercentes, qui abſque doctore eſſe non poſſunt, nec experiri audent, quæ non noverunt, ſola eſt medicandi ars, quam ſibi paſſim unuſquiſque vendicat. Alii enim à crebro infirmantibus medicinam addiſcunt, alii à fœminis, ut viros curent, alii ab infidelibus audiunt, ut fideles necent: alii neſcio in quibus libellis legunt, ut in miſeris corporibus uniformiter exequentur, & (ut ajunt) uno collyrio eis incognito, omnium oculos volunt curare, quo fit, ut cæcus natura videntem cæcum faciat. Hi medicinam neſcientes, medicinâ abutuntur, & artem egregiam, quam non noverunt, profitentur, atque medicinæ excellenti & illuſtri nomine gloriantur, quippe quæſtus gratia, pecuniam, ut finem quærunt, præmium vero medico non modo exiguum, ſed ſordidum, & tanto labori impar nec ingenio dignum. *Hæc ille.*

Cæterùm ſi diligens medicus eſt, culpæ prædictæ manet expers, *c. ad aures. de ætat. & qualitat. c. finali de homicid. §. præterea. inſt. ad l. Aquil.* jura ſiquidem vigilantibus non dormientibus ſubveniunt, nec quem ſub cura habet, ſemicuratum perniciosè relinquit, fortè ſi æger ære pariter ac corpore impotens fuerit. Etenim canonum regula eſt, quod medico carior eſſe debeat amor proximi quam nummi, Joh. Schneid. *in d. §. præterea. inſtitut. ad l. Aquil.* Siquidem enim advocati & procuratores in Camerâ pauperum cauſas gratis ſuſcipere & ventilare tenentur, quorum officium nobile eſt, *l. 1. in fin. l. 4. in fin. ff. de accuſ.* nec rei pecuniariæ aut precio quovis æſtimandum, *l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit. l. 14. C. de advoc. diverſ. judic.* quanto magis † medici officium 85
gratis impartiri tenentur pauperibus in tantum, ut placuerit jure in honorariis medicorum decernendis, ita verſari oportere judicem, ut pro modo curæ proque medici peritia & induſtriâ, lociq; conſuetudine æſtimationem adhibeat, dummodo licitum honorarium qualitas non egrediatur, *d. l. 1. §. 10. ff. de extra. cognit.* Planè † non ferendus medicus, qui mala medicamenta adhi- 86
bendo excruciat ægrum, ut exemplo peſſimo nummos, resve precioſas ab eo, quæſtione quaſi vel tortura mediante, extorqueat, prout Ulpianus *in l. 3. ff. d. tit.* de medico agit, cui curandos oculos, qui eis laboraſſet, commiſerat, periculum amittendorum eorum, per adverſa medicamenta inferendo, compellente, ut poſſeſſiones contra fidem bonam æger ſibi venderet, quod factum incivile coërcendum, remque reſtitui jubendum ſubjicit Ulpianus *in d. l. 3.*

Poſtremò ſi medicus edocet ægrotum de his, quæ contraria ſunt morbo, *d. c. ad aures. c. fuit. de homicid. exemplo l. 25. §. 7. ff. locati.* videlicet certiorando ipſum, quomodo in diætis vivat, quouſque dormiat, vigilet, quo cibo aut potu utatur, & quæ ſunt ſimilia, † prohibetur tamen, ne medici, qui ar- 87

 tis aſtro-

tis aſtronomicæ peritiam callent, ægro horam mortis manifeſtent, *c. 13. extra. de pœnit.* De chyrurgis idem jus eſt, quod de medicis, item de his, qui alicujus ſaltem partis corporis vel certi doloris ſanitatem pollicentur, *l. 1. §. 3. ff.*
88 *de extraord. cognit.* Cum primis † de chyrurgo hoc dicitur, ut ſiquidem ſecuerit membrum hominis, in cujus ſigno luna exiſtat tum temporis, propter imperitiam tanquam culpam, teneatur. *l. 7. §. final. ff. ad l. Aquil.* Hiſce cauſis ſic relatis concurrentibus, ſi mors rapiat ægrotum, concludunt Dd. communiter, medicum tutum eſſe etiam in foro conſcientiæ. And. Gail. 1. *obſ. 11. in fine. etenim.*

Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

An autem infirmus inobediens medico, item miniſtri & familia, curam præſcriptam non obſervantes, ſed noxia infirmo exhibentes, peccent? deinde †
89 an medicus teneatur, ſi peritè quidem & dextrè medicinam præſcripſit, ſed ſpecies mixturæ ſive ingredientia ſunt exolera & adulterata aut vetuſtate corrupta, quærit & examinat Innocentius *in d. c. tua nos. extra de homicid.* pertinet huc inprimis roformata politia Carol. V, *de Anno* 1548. *§.* Von Apotecken/ ubi notabiliter ſtatuitur Nach dem in der Apotecken zu Zeiten die verlägene vnd vntügliche materialia, vnnd ander dergleichen ſpecies, ſo man in den Recepten vnd Artzneyen pfleget zugebrauchen/ befunden werden/ die dem Menſchen zu erlangung der Geſundheit mehr ſchädlich als nutzlich ſeyn/ ſo meinen wir hiemit ernſtlich/ vnd wollen/ daß die Apotecken/ vnter denen Apotecken ſeynd/ dieſelbe durch jhre dazu verordnete/ vnd der Sachen verſtändige/ Jährlich auffs wenigeſte viſitiren, vnnd beſichtigen/ gute Ordnung/ vnnd reformation, darin fürnehmen/ vnnd die materialia gebührlichen wider erſetzen laſſen/ damit ein jeder vmb ſein Gelt/ gute friſche vnd tügliche Materialien vnnd Artzneyen bekommen vnd haben möge.

90 Deniq; de † Medico, qui ſciens prudens tollit hominem, de medio ordinariæ legis Corneliæ pœnæ reus eſt, *gl. in §. præterea. inſt. ad l. Aquil.* Clarus *lib. 5. §. homicidium. num. 17. l. 5. §. fin. ff. ad SCt. Syllan.* cum plus ſit hominem veneno extinguere, quam gladio occidere, *l. 1. C. de med. & Mathemat. l. 3. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Gail. 2. *obſerv.* 111. *in fin. conſt. crimin. C. V. d. art.* 134. *in fin.* qui non ſecus ac famoſus latro rotâ tundi & ad mortem plecti jubetur, ait: Marcian. *in l. 3. §. 3. ff. ad l. Cornel de ſicar.* cumprimis pigmentarius, qui temerè cicuram, ſalamandram, aconitum, pituocampas, aut bubroſdim, mandragoram, & id quod luſtramenti cauſâ dederint, Cantharidas. *d. l. §. 3. ff.* Gell. 3 *noct. attic. cap.* 8. Euſeb. *lib. 7. hiſtor. Eccleſ. c. pen.* Camer. 2. *med. hiſt. c. 5. in fin.* Occidens † hominem vel adverſarium colluſorem in colluctatione, pancratio, vel pugiles cum concertant, alius alium occiderit, jure ff. pœna nullâ tenentur, quoniam gloriæ cauſa & virtutis non injuriæ videatur cædes facta, *l. 1. §.*

4. *ubi*

4. *ubi Dd. ff. ad l. Aquil.* quanquam noviſſimè prohibiti ſint ludi & ſanguinolenti ejuſmodi conflictus, *l.* 1. *Cod. de gladiatoribus. c.* 12. *ext. de torneamentis.* Porrò quod ludos non ſanguinolentos attinet, ut jaculationis, projectionis lapidis, pali, curſus, & elevandi ponderis, *l.* 2. *§.* 1. *ff. de aleatorib.* colluctationis, pancratici, pugillationis, *d. l.* 7. *§.* 4. *l fin. C. de feriis.* præſertim, quæ cum Principis auctoritate & conſenſu fiunt, Johan. de Anania *cap.* 1. *de torneam.* hactenus permittuntur. [1] ſi virtutis & gloriæ cauſa non fortunæ gratia committuntur, quo caſu ſiquidem luſor colluſorem interficiat, pœnam legis Corneliæ haud incurrit, ita tradunt *Dd in c. latro. c. continebatur. extr. de homicidio.* Johan. de Anania *in d. cap.* 1. *de torneamentis.* Blanc. *de indic. pag.* 236. [2] Si luſus colluctatio, pancratium committitur in loco conſueto, ubi ex inſtitutis majorum, pro more ludi conſuevit, *l.* 9. *§. finali. l.* 11. *in princ. ff. ad l. Aquil.* Etenim † locus delicti in omni juris parte pœnam vel tollit, minuit, vel auget. *§. atrox* 92
ubi Dd. inſtit. de injur. argumento d. l. 11. *conſtit. crimin. Carol. V. art.* 146. Eberhard. *in top. legal. loco de prædicam.* unde verſus hi vulgares ad facti ſpecies quaſvis accommodabiles, quorum beneficio omnia in jure argumenta contraria dilui poſſe, † affirmat Eberh. *in præfat. loco legal.* 93

Cauſa, locus, tempus, perſona, rigor, novit. usq;
Antiquum, bonitas, veto, conſulo, præcipio.

[3] Item ſi tempore legitimo ludus inſtituatur, ſcilicet ad certandum certo die, & momento, à principe vel republica conſtituto, Bald. *in d. l.* 7. *§.* 4. *ff. ad l. Aquil.* quo pertinet locus Petronii Arbitri *c.* 15. *de lud. & ſpect.* mane (*inquit*) cum beſtiis depugnabant, poſt meridiem verò ii, qui ſuperfuerant inter ſeſe, & meridiani gladiatores dicebantur, cæterum nec docti factiq; ad pugnam erant, nec armis in ea utebantur aut arte, cædes tantùm promiſcua & laniena, unde Seneca *Epiſt.* 7. ait: † caſu in meridianum ſpectandum incidi, luſus ex- 94
pectans, ut ſales & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquieſcebant, contra eſt, quicquid ante pugnatum eſt, miſericordia fuit, nam omiſſis nugis, mera homicidia ſunt. Nil habent quo tegantur, ad ictum totis corporibus expoſiti repellitur ferrum, quo munimenta? quo artes? omnia iſta mortes meræ ſunt? Mane leonibus & urſis homines, meridie ſpectatoribus ſuis objiciuntur, interfectores interfectis objiciuntur, ut victorem in aliam detineant cædem, exitus pugnantium mors, & idem *Epiſt.* 96 dicit: homo ſacra res, homo jam per luſum vel jocum occiditur, ut quidem exordiri ad accipienda inferendaque vulnera nefas erat, is jam nudus inermisq; producitur, ſatisq; ſpectandi in homine mors eſt. *Hactenus Seneca.* Hanc miſeram gladiatorum condirionem deſcribit quoque Lipſ. *in ſatur. lib.* 2. *cap.* 4. Illa verò tum demum obtinent jure, quoties perſona ludens talis eſt, † quæ 95
ludere licitè poſſit, prohibentur enim ludere in palæſtrâ ſervi (niſi beſtiis objiciuntur,) *l.* 7. *§.* 4. *ff. ad l. Aquil. Scholares, §. illud. in proœm. ff. Dd. in Authen-*

*tica.habita.C.ne filius pro patre. Clerici,tot. tit. extra de vit. & honeſt.cleric.*impuberes,nempe quos reſpectivè ætas & fati infelicitas à palæſtris luctatoriis
96 arcet, *argum.l.15.ff.ad l.Cornel.de ſicar.*deinde quod † gladiatores juramentum ſolenne,antequam certamini ſe committebant, præſtarent, quod minori vel dementi non defertur,*Auth ſacramenta.C.ſi adv.vend.* Eberhard.*in top. in loco à juram.* in tria enim jurabant gladiatores uſtionem, verbera, necem cum cecidiſſent, flammam & verbera, ſi quando dimidii pugnarent aut fugerent, Lipſ.*d.loc.* Petron. Arbiter *d. loc.* ſacramentum juravimus uri, vinciri, verberari, ferroque necari.

97 Denique † palæſtram ſubire & ludere quoq; prohibentur: mulieres, quas ſexus pudor & verecundia potiſſimum ab officiis virilibus removet,unde Martem quidam à maribus dictum ſtatuêre,quod maximè maribus præſit in bello,& à maribus unicè coli velit, Plato *in cratilo.* quanquam Hyppol: de
98 Collibus *in lib.de increm.cap.19.* ſub Severo Imperatore † certamen mulierum inſtitutum fuiſſe aſſerit,in quo tanta hominum convenerit multitudo,ut dubitarent omnes, num ſoli athletæ ſtadium caperent? iſto in certamine, *inquit*, cum mulieres crudeliſſimè pugnaſſent, atque eam ob cauſam cæteræ nobiliſſimæ fœminæ, quæ non pugnaſſent,conviciis inſectatæ fuiſſent, cautum eſt,ne qua mulier in poſterum gladiatorio munere fungeretur: ſic Nicolaus Damaſcen. *hiſt.Roman.* 110. ſcribit, gladiatorum ſpectacula non in conventibus ſolum & theatris,verum etiam in privatis conviviis inſtituta fuiſſe, adeò ut æquè mulieres ac maſculi certaminibus ſeſe exercuerint, qui tamen mos quoq;, ut beluinus & barbarus, paulatim in deſuetudinem abiit, quò pertinent verſus Statii, ibi:

Hos inter fremitus novosq; luſus
Stat ſexus rudis neſciusq; ferri,
Et pugnas capit improbus viriles,&c.

99 Cæterùm quod attinet † ludos jure permiſſos, ut ſcacorum, taxillorum, chartarum reſpectivè, qui licèt ita comparati ſint, ut magis fortuna & induſtria, quàm corporis labore & cum periculo expediantur, quia tamen contingit ſæpenumero, ut non minus ludi illi ſcandalis occaſionem præbeant, juxta illud canonicum: Luſus inventum Diaboli eſt, Luſori cupido ſemper gravis exitus obſtat, &c. De ludis ejuſmodi, quouſq; ſcilicet jure ſubſiſtant, ſubjicere placet, at quidem de ludis hujuſmodi talis ſtatuitur maxima, qui ludi magis pendent ab induſtria hominum, quam fortunâ (ut eſt ludus charta-
100 rum, taxillorum) non prohibentur, ut eſt ludus ſcachicus. 1. Modò ne † fraus fiat in ludo. 2. ſi ſervantur leges ludi. 3. ſi ludentes habent liberam poteſtatem in pecuniis, quas luſui exponunt. Alii diſtinguunt, aut luſus ſit ſaltem recreationis cauſa, aut quæſtus faciendi gratia, ita ut primo caſu nullus ludus damnetur,nedum in clerico. 2. caſu, ut puniatur luſor, ſiquidem luſus illici-

illicitus eſt, id eſt, qui potius de fortuna quam induſtria humanâ dependet: qua autem pœnâ puniatur luſor? arbitrio judicantis relinquitur, *authentica aleam. C. de relig. & ſumpt. fun.* Porrò an luſor † condictione indebiti repetere poſſit id, quod luſu perdidit, diſputat Covarruv. *in reg. peccatum. part. 2. §. 4. num. 1.* & decidit, ut ſiquidem colluſor fraude & dolo potius, quàm fortunâ ſocii pecuniam acquiſiverit, ea demum condici queat, Didac. Canter. *in tract. crimin. quaſt. crimin. 59. in fine.* referuntur hic bullarum atque indulgentiarum luſibus expoſitarum mores, quâ de re Thomas Gaſcoignet. *in d. Theolog.* circa annum Chriſti (*ait*) 1440. populus Angliæ ob profuſiſſimas indulgentiarum copias vulgò dicebat, Roma ad noſtras fores nunc pervenit, quia jam cuique ſe expoſuit pecuniam offerenti, ut cum omnia eſſent condonationibus plena, indulgentias tantum dabant negotiatores pro cœna, pro concubitu, pro hauſtu vini, pro pilæ luſu, & interdum actu venereo, *hæc ille.* De muliere, an † ludere poſſit ſine cõſenſu viri? vulgò etiam quæri ſolet, item ſi quid in luſu etiam licito perdiderit, an id repetere queat maritus? prius negant, poſterius affirmant. *Canon. in c. Clerici. de vit. & honeſt. Cleric.* Par. de Put. *in tr. de lud. chart.* adde hic, quòd ſcribit Bald. *in rub. Cod. de cond. ob turp. cauſ.* quod qui in ludo ſcienter lucretur pecuniam hominis, ſub alterius poteſtate conſtituti, furtum committat, allegat ad hoc *l. ſervus. C. de cond. indeb.* Item *in l. 1. in fine. C. ſi quod in fraud. patron.* vult, ut ſiquidem † pater luſu perdat omnia bona ſua, filii revocare ea queant uſque ad legitimam. Barbat. *conſil. 65.* Jaſon *in l. ſi arrogator. ff. de adopt.* Ripa *in c. ſæpe. de reſt. ſpoliat.* Tiraquell. *de ll. Conn. gloſſ. 5. pag. 465.*

101 102 103

12. Parans † foveam vel offendiculum ſtruens hoſti in via publica, qua homines ire redire communiter ſolent, homoq; non ex hoſtium grege, nec miles inopinato in periculum incidat, ac deſuper moriatur? quæritur an foſſor vel Capitaneus mandans foſſam fieri extraordinariâ teneatur pœnâ de homicidio? videtur dicendum quod ſic. 1. *argumento l. 26. ff. ad L. Aquil.* quia putator, qui ramum de arbore diſſectum dimiſſurus in terram, proclamare debet, ne in homines prætereuntes ramus cadat, eosq; opprimat. Ergo hic in ſimili videtur dicendum, cum parium idem ſit judicium. Eberh. *in top. in loc. à pari. num. 1. & ſeqq.* 2. quia hæc patificantur, occiderit quis ipſe, an cauſam mortis præbuerit? *l. 15. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Ergo. Sed hæc utcunque ſe habent, verior tamen ſententia eſt, ne teneatur foſſor vel Capitaneus, quia operam rei licitæ dedit, qui ſtuduit dolo, arte, vel marte illudere hoſtem, *l. 1. ff. de dolò malo.* quâ in re parum conſideratur ſalus ſingulorum, interitus hujus vel illius perſonæ privatæ: Etenim publica privatis anteferenda ſunt, imò quod per accidens ita fit, fati calamitati potius, quam humano facto acceptum ferendum eſt: unde Ulpian. *in l. 5. ff. ad l. Aquil.* dicit: Ejuſmodi caſus non ſecus ſe habere, ac ſi tegula cadat de domo, hominemq; offendat. 3. quibus ſic 104

bus ſic præſuppoſitis utique nec culpæ imputari quicquam dici poteſt, quoties aliud quodvis moliatur, ſtratagemata nova comminiſcatur, quibus mediis conſilia ſua ad effectum perducit, hoſtes confundit, & decipit. Cui autem conceſſum eſt poſterius, eidem ſine dubio prius, ſine quo poſterius aſſequi non poterat conceſſum videbitur, *argumento l. 2. ff. de juriſdict.* imo qui vult conſequens, ipſum quoque velle exiſtimatur antecedens. *d. l. 2.* [1] ſic dux
105 † Albanus contra equitatum principis Aurentiæ in Belgio ſuperioribus annis, quo tutius caſtra locaret, prius in via, quâ hoſtem adventurum opinabatur, foſſas fecit, poſitis itidem in viis muricibus aculeatis, & terrâ viminibus coopertis, prout ſimiles inſidias Columbo ejusq; æquitatui ſtruxiſſe dicitur, Indiani cum primum ſub jugum Hiſpanorum redigerentur. Ad objectam legem 28. *ff. ad l. Aquil.* Reſp. quod putator arboris dejiciens ramum, in locum publicum non proclamante facto, in culpâ ſit, atque ſi inde hominem prætereuntem interficiat, recte legis Aquiliæ teneatur. Cæterum Capitaneus belli foveam vel aliud offendiculum parans hoſti, nō modo dum ſic occupatur, operam dat rei licitæ, verum rem præſtat neceſſariam, dummodo technas ſtructas nedum militi privato notas facit, cum in bello conſilia in ſecretis habere tutiſſimum ſit, proinde accidit, ut ſæpenumero belli Imperator legatis vel nunciis Capitaneorum quid fieri velit ſciſcitantibus, expreſsè non reſpondeat, ne paulatim hoſtes conſilia ſuboleant per proditiones, quare prudentiores quid faciendum ſit ſigno aliquo, ſibi & Capitaneo ſoli noto, quid faciendum, indicant, quod legati vice reſponſi referant, ita tamen ut qualiter res gerenda ſit, acutus & ſagax dux non tam ex ſignis, quam aliunde, certiſſima re divinare poſſit, ſic Tarquinius Superbus nolens occultè filii literis reſpondere, nihil ad nuncium verborum præſentem protulit, aut literarum ei tradidit, ſed in horto ambulans, ubi erant papaverum nata capita, eorum præſente tabellario aliqua diſſecutum patris reſponſum eſſe facile intellexit, ut Gabiorum primores decollaret, quod factum eſt. Livius *decad. 1. lib. 1.* Julius Front. *lib. 1. c. 1.* Henric. Ranzov. *in tract. bell. lib. 2. c. 3 num. 3.* Ad 2. Reſp. quod *d. l. 15. ff. ad l. Corn. de ſicar.* agat de mandatore cædis, ſicut in eadem lege ſubjectum exemplum id arguit, quæ cædis cauſa longè diverſa eſt à propoſito noſtro, ut itaque à ſeparatis nihil inferatur. *l. 32. ff. ad l. Aquil.*

13. Provocatus provocantem vulnerans vel occidens quoq; huc ſpectat, de quo jure ſtatutum apparet, ut ſiquidem ſaltem vulneret adverſarium, nulla pœna teneatur, *l. 52. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. 11. ff. ſi quad. paup. feciſ. dicat.* Sin occidat, extra ordinem plectatur, niſi conſuetudo & lex localis aliud ſuaſerit, Pingiz. *quæſt. 59.* adeò, ut nec ad ſolvendas expenſas in curando vulnere teneatur, Moll. *ad Conſt. Saxon. p. 4. conſt. 10.* quoniam in provocato fraus & dolus deficiat, utpote delictorum cauſæ ſed inconſultus calor, dolor, *l. 4. C. ad l. Jul. de adult.* Gail. *2. obſerv. 110. num. 11 per l. 14. §. 6. in fin. ff. de bon. libert.* ubi

textus

textus ait: ignoſcendum illi eſſe, qui ſe ulciſci voluerit provocatus. Subſume: ſed ut pœna l. Corneliæ ordinaria locum habeat, requiritur dolus verus & evidens, haud ſufficiente lata culpâ, quæ dolo non æquiparatur, *l.7.l. qui cædem.ibi: dolo malo,ff.ad l.Cornel.de ſicar.Dec.conſil.*482. Felin. *in c.dilecti.ext.de rejudic.num.*10. Marſil. *conſil.*68.*n.* 6. Bertazol. *conſil.*433.& *conſil.*434.*vol.*2. Tiraquell.*de pœn. cauſ.*1. *num.*5.neque diſtinguitur ſive tutelæ inculpatæ moderamen exceſſit ſive non? Marſil. *in pr.*§. *quoniam.num.* 63. Gail.*d.obſ.*100. & 110.*num.*15.modo ne ex intervallo ſe ulciſcatur provocatus remiſſo primo calore, dolore, Farin.*p.*4.*de homicid.*14.*num.* 403. Teſſaur. *deciſ.*178 *num.*6. quod ſi verò provocans mortem minatus eſſet provocato poſt primã rixam, ex intervallo occidens minitantem, pœnam effugit ordinariam, ſcilicet ut mortem, quam minator inferre volebat, incurrat ipſe, & quod ſtruebat malum proximo, ipſe ſuſtineat, *tot.tit.C.quand. ſine jud. ſe liceat, &c.* hinc illud Jobi: vidi exarantes ſcelus, injuſtitiam ipſam metere, vel ut Euſeb. 9.*Eccl.hiſt.* 9.ait: rectè revertitur labor viri mali in caput ejus, & in verticem injuſtitia deſcendit, in tantum, ut quoque milites circumforanei pagarimq; diſcurrentes & vexantes colonos miſeros, licitè poſſint occidi, *l.* 2. *C.quand.ſin.jud.* Gail. *de p.p.*

Planè concluſionem principalem non pauci eò extendunt, ut etiamſi tertius ſub duello à provocato occidatur, pœna ordinaria hic non teneatur, per text *l.*7.§.*fin.* ibi: quid enim ſi ad hominẽ, *ff. ad l. Jul. repetund.* Tiraquell. *d.loc.* Ludov. Roman. *in l. cum mulier. ff. ſolut. matrim.* niſi tamen provocatus cauſam dediſſe provocationi non vulgarem, ut quia colaphum impegiſſet provocanti, quam nemo deglutire tenetur, Ægid. Boſſ. *de inquiſ. n.*118. Berlich.*p.*4.*concluſ.* 17.*num.*21.uti nec mendacii reduargitionem, quam vir egregius per colaphi dationem retorquere poteſt. Idem Berlich.*part.*5.*concluſ.*64. *n.*30. Porrò provocatione ſub ſcyphis factâ, atque duello ab ebriis commiſſo, non immeritò videtur majorem excuſandi rationem militare pro provocato, vino ſcilicet calorem à provocatione conceptum augente, prout in genere delictorum pœnas mitigare ſolet ebrietas, Gail. *d.cap.* 110. quæ pro re nata quoque prodeſſe poterit provocanti, qui alias pœnâ l. Corneliæ ordinaria indiſtinctè tenetur, occidens provocatum, cum animum occidẽdi habuiſſe eum jura præſumant, Obrechr. *in tract.de defenſ.cap.*11.*num.*56.Dan. Moller.*d.loc.* Berlich. *d.concluſ.*17.*num.* 27. & *concl. antecedent.* 16. *num.* 3. ubi ſtatuit permiſſu Principis duella permitti poſſe, *num.*7. enarratque quomodo Joannes Lang. Regius Thurini præfectus duella odioſa fecerit militibus, provocantes ſe invicem, includens ſuper ponte ſolos uſque ad noctem, nemine conſpiciente, &c. *vide ibidem.*

Illud notatum eſto, quòd quacunq; in parte inculpatæ tutelæ moderamen excedatur, nunquam homicidium ordinaria pœna plectatur, Tiraquell. *d.cauſ.*

*d.conſil.*1. Marſil. *in §.quoniam,num.*63. Joan. Andr. *ad ſpecul.lib.* 4. *part.*4. *de homicid.* adeò, ut qui pro defenſione rerum, moderamen hoc tranſiliat, extra ordinem plectatur, Felin. *in c.ſignificaſti.*18. *ext. de homicid. num.* 14. ubi tamen accuratè diſtinguatur neceſſe eſt, utrum dolo, latâ vel levi culpa moderamen exceſſum fuerit, ſi dolo, amputatione manus, ſi culpa, relegatione vel mulctâ occiſor puniatur, Coler. *de proceſſ.exec.p.*1.*c.*9.*n.* 65. Farin. *de homicid,* 4.*tit.*14. *q.*145.*num.*398.

CAPUT XXVII.

DE INDICIIS HOMICIDII VOLUNTARII.

SUMMARIA.

1. *Cum telo viſus ambulare in loco patrati flagitii, homicidii reus arguitur.*
2. *Veſtes ſanguine tinctæ identidem ſignificant.*
3. *Si per ſaltus dumeta non procul à loco delicti reptare videatur inquiſitus.*
4. *Supellex occiſi penes diffamatum inventa indicium parit.*
6. *Si detentor ſupellectilis authorem ſuum nominet, quid juris?*
7. *An nominatio ſociorum hic indicium pariat?*
8. *Quid ſi occiſor prætendat, ſe ad ſui defenſionem occidiſſe hominem?*
9. *Quibus indiciis provocatio arguatur?*
20. *Probatur fama provocatio facta.*
11. *Inter provocationem verbalem & realem an hic diſtinguatur?*
12. *Verba injurioſa ſunt provocatoria.*
13. *Homicidium nunquam præſumitur animo præmeditato commiſſum.*
14. *Fiſcalis omninò probare tenetur animũ occidendi deliberatum,*
15. *An occiſor juramento docere poſſit, ſe habuiſſe animum occidendi?*
16. *Ex armorum genere præſumitur animus occidendi.*
17. *Multitudo adjuvantium arguit animum præmeditatum.*
18. *Confeſſio extrajudicialis indicium parit voluntarii homicidii.*
19. *Occidendi animus præſumitur de eo, qui eodem in genere aliquando fuit occupatus.*
20. *Qui ante cædem factam vendidit maximam bonorum ſuorum partem:*
21. *Qualiter ex fuga & inimicitia hic indicia formentur?*
22. *Quomodo fuga occiſi hic conſideretur?*
23. *Conſociatio cum amicis ante cædem animum deliberatum arguit, quoties adjutores habuit occiſor.*
24. *Homicidio in ædibus commiſſo, inhabitantes omnes cædis arguuntur rei.*
25. *Mendacio in domo exorto, omnes inquilini præſumuntur culpabiles.*
26. *Noctu occiſus, præſumitur animo præmeditato trucidatus.*
27. *Clandeſtinæ coitiones animam deliberatum arguunt.*
28. *Ingreſſio viatorum ſuſpecta ad monſtrandam viam indicia parit.*
29. *Occiſor ſolitus commorari eo in loco, ubi cædes facta eſt, indiciis gravatur.*
30. *An in locis ſacris præſumatur committi flagitium?*
31. *Rixa affectata animũ occidendi arguit.*
32. *Animus malus delinquendi occaſiones quærit.*
33. *Quouſq; calor rixæ durare dicatur?*
34. *Author rixæ homicidii reus, cæde in rixâ commiſſâ arguitur.*
35. *Conſtitut. crimin. Car. V. hac de re.*
36. *Generales regulæ de homicidio in rixa commiſſo.*

1. Indi-

1. INdicia homicidii voluntarii deliberati vel doloſi ſunt, ſiquidem † reus 1
delatus inquiſitus vel accuſatus in loco delicti perpetrati viſus ſit cum ar-
mis, vel ut textus, *l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* loquitur, cum telo ambulare, aut ſi
telum, quod fortè abjecit, non habeat, † veſte indutus ſanguine tinctâ con- 2
ſpiciatur, licet teſtes de immediato actu nihil deponant. *conſt. crim. Carol. V.*
art. 33. Si † per ſaltus & dumeta non procul à loco commiſſi criminis repta- 3
re, hinc inde ſpaciari per devia fuerit viſus. Porrò ſi arma † ſupellex, veſti- 4
menta accuſati in loco eadem ſint reperta. *d. conſt. art. 29.* Quemadmodum
in caſu converſo pariter receptum eſt, ut quoties † arma, veſtes, annuli, ar- 5
millæ, equi ephippia, lora, &c. inventa ſint penes hominem alioquin de cæde
haud ſuſpectum, qui proculdubio rationem tenetur reddere, unde & à quo
ſupellectilem ejuſmodi mutuatus ſit, emerit, permutaverit, conduxerit. *arg.*
d. art. 33. conſt. Car. V. ibi: Ob er deß vermordeten Haab genommen/verkaufft/
vergeben oder bey jhm hette/ꝛc. Sed quid ſi hic † nominaverit authorem ſuum, 6
venditorem, locatorem, anne hæc profeſſio liberabit hominem, faciatq; in-
diciis urgeri auctorem vel nominatum? Utrumque negari poteſt, ſiquidem
in nudæ theſeos terminis res conſideretur, ille non liberatur nominatione
à ſe facta, quoniam æquè mentiri poteſt, ac verum dicere, prout regulariter
jure accidit, quod † ſola nominatio etiam de ſocio facta per quæſtionem, non 7
plenum inducat idq; torturæ ſufficiens indicium. *qua de re de ind. general.*
Sic aggravari non debet relatione illa, eandem quam diximus ob cauſam
& rationem, niſi indicia alia accederent vel particularia vel generalia.

Cæterùm ſi † reus ſecundum indicia antedicta confiteatur occidiſſe ſe 8
hominem ſed ad ſui defenſionem? Reſp. vulgò Dd. confeſſionem hanc in-
dicium generare. Maſcard. *de prob. vol. 2. concl. 867. num. 13.* Alciat. *in l. 1. §. 2.*
num. 22. ff. de V. O. Zanger. *de qq & tort. cap. 2. num. 175.* & pro re nata ipſum
ſupplicium, quoties nempe defenſio allegata probari nequeat. Bald. *in l. 1. §.*
11. ff. ſi quad. paup. feciſſ. dicat. Anchar. *in c. ſignificaſti. 2. ill. num. 11. ext. de ho-*
micid. Quapropter notanter Bart. *in l. 28 §. 11. ff. de liberat. legat.* Quod con-
fitens (ait) occidiſſe ſe hominem ad defenſionem ſui omninò puniendus ſit,
rejecta qualitate defenſionis, ſiquidem eam probare non poſſit. Jaſon *in l. 3.*
num. 13. ff. de juſt. & jur. Felin. *in d. c. ſignificaſti. ill. 2. num. 13.* Gomez. *3. reſol. 3.*
de homic. num. 26. quinimò nedum defenſio probata præſtat, niſi eadem ne-
ceſſaria adeoq; qualificata exiſtat, *c. 1. §. ſi quis. ubi FF. comm. de pac. tenend. in*
uſib. feudor. gloſſ. in clem. 1. in verb. non valens. de homicid. ubi ſubjicit, probari
per circumſtantias, utrum occiſor evadere potuiſſet nec ne? quo gloſſæ bro-
cardico una quoque evincitur, qualiter ſcilicet probatio hæc comparata eſſe
debeat? videatur Farinac. *de homicid. quæſt. 125. part. 7. §. 1. volum. 4.* Provoca-
tio † autem, quibus indiciis demonſtretur? hac in re non minoris eſt dubii: 9
Provocationem factam non pauci exiſtimant, quoties demonſtratum ſit,

Digitized by Google

eum, qui defenſionem allegat, fuiſſe retro hominem pacificum, frugi & mo-
deſtum, occiſum verò virum ferocem, Felin. *in c. dilecti. de except.* Cæpoll. *in
conſil. crim.* 28. *num.* 11. Marſil. *conſil. crim.* 41. *num.* 13. Alberic. de Roſ. *l.* 3. *ff. de
juſt. & jur. & in l.* 1. *§.* 11. *ff. ſi quad. paup. feciſſ. dicat.* audacem, rixoſum, Cæpoll.
d. l. Menoch. *de arb. qq. lib.* 2. *caſ.* 363. *num.* 7. Maſcard. *de prob.* 1. *concl.* 72.
juniorem occiſore, Fulgoſ. *in d. l. §.* 11. *ſi quad. paup. &c.* Socin. *in c. ad aures. n.*
175. *de homicid.* Riminald. *conſil.* 359. *num.* 10. ambulantem in loco delicti ſo-
lum ante pugnam: Cæpoll. *conſil.* 28. Blanc. *in pract. crim. de homicid. & aſſa-
ſin. §.* 4. *num.* 64. Menoch. *de arb. qq. lib.* 2. *caſ.* 363. inſequentem fugitivum
Maſcard. *de probat.* 3. *concluſ.* 1128. *num.* 13. Cæpoll. *d. conſil.* 28. Riminald. *con-*
10 *ſil.* 359. *volum.* 4. Alciat. *de praeſ. reg* 3. *praeſ.* 39 *num.* 12. Alias † fama probatur
provocatio facta, Riminald. *conſil.* 217. *num.* 21. *lib.* 1. adeoq; juramento occi-
ſoris fama adſtipulante, Carrer. *in pract. crim. in tract. de homicid. & Aſſaſin. §.*
11 *circa quantum. num.* 73. Modum † provocandi quantum attinet, parum vel
nihil refert, armis an verbis aliquis impetum in alium faciat. Maſcard. *de prob.
lib.* 3. *concl.* 1244. *num.* 4. Cæpoll. *conſil.* 29. *num.* 6. Gramm. *deciſ.* 37. *num.* 5.
12 Cravett. *conſil.* 119. *num.* 12. neque hoc intereſt † verba illa minatoria provo-
catoria, diffidatoria, vel alias ſuperba ſuperciliosa & injurioſa fuerint, Ma-
ſcard. *d. loc.* Provocator verò ut maximè dicitur, qui pridem arma ſtrinxit,
Bolognett. *in d. l.* 3. *ff. de juſt. & jur.* qui alapam adverſario impegit. Idem *d. loc.*
qui literas diffidatorias emiſit, Cæpoll. *conſil. crim.* 28. qui rixam primus ſe-
minavit, vel cauſam rixandi dedit, Bald. *in l.* 1. *num.* 15. *C. unde vi.* hinc *in l. qui-
cunq. C. de ſerv. fugitiv.* is provocator dicitur, à quo incipit malitia. *l. ſi quis.
C. de furt.* & quæ aliæ hic recenſeri poſſent provocationis ſpecies, quas con-
jecturas vel indicia provocationis potius paſſimq; appellitat Maſcar. *de prob.
d. lib.* 3. *concl.* 1244.

Sed ad rem nos reflectentes paulatim decidimus thema poſterius cum
Farinac. *d. vol.* 4. *q.* 125. *tit.* 4. *p.* 6. §. 3. *in fine.* aut (ait) contra ſuperſtitem adſunt
indicia aggreſſionis, ſcilicet quòd ipſe aggreſſus ſit occiſum, & is omninò
torquendus eſt. Rimin. *conſil.* 361. *num.* 4. *volum.* 4. indicia ejuſmodi petit par-
tim ex claſſe indiciorum generalium, ut quia occiſor erat inimicus defuncti,
homo ſiniſtræ famæ & vilioris vitæ, allegans Hondæ. *de caut. cap.* 30. *num.* 5.
exiſtimantem, quod ex conjecturis hoc in paſſu quoque procedatur ad quæ-
ſtionem, quod tamen non niſi de indiciis perſpicuis iiſdemq; decenter pro-
batis exaudiendum eſt, & addit Farinac. quod ſi ſuperſtes ſub quæſtione per-
ſeveret inficiari aggreſſionem à ſe factam, totaliter abſolvendus ſit, & ita ob-
ſervatum fuiſſe in judiciis atteſtatur. Atque hinc trita & uſitata criminaliſta-
13 rum concluſio, quod in dubio † homicidium præſumatur haud commiſſum
animo præmeditato, quoniam delictum minus utplurimum conjiciendum
ſit. Boſſ. *in tit. de homicid. nu.* 64. *in fine.* Menoch. *de arb. qq. lib.* 2. *caſ.* 361. *n.* 25

ub

ubi volunt quod ab hac præſumptione, tanquam à regula immotâ nunquam ſit recedendum. Farin. *d.loc. p.3.pag. mihi* 555. ſubjiciens, quod niſi † Fiſcalis 14
vel accuſator probet animum deliberatum occiſoris, corruat inde inquiſitio inſtituta: Confer tamen practicam ſingularem, quam exhibet Anonymus *in not.intercal.ad Conradi* Hartz *tract.de inquiſit.reor. concluſ. 6. num.* 8. adeò ut non pauci quoque tradidêre, poſſe † occiſorem juramento probare, ſibi haud 15
conſilii vel propoſiti fuiſſe, hominem occidendi. *gloſſ.in l.1.in verbo, non occidendi. C.ad l. Cornel.de ſicar.* & refert Marſil. *conſil.*90.*num.*8. quod juramentum hóc ſit magni momenti, quotieſcunque nonnulla innocentiæ indicia pro reo militant. Carrer. *in pr. in 3. tract.de homicid.§.homicidii autem ſpecies. num.*77. Burſat. *conſil.*271.*num.*16. Maſcard. *de probat. lib.*1. *concl.* 71. ubi aſſerunt, quod juramento huic ſubſternantur mediocres conjecturæ, ut fama & integritas vitæ anteactæ.

2. Porrò indicia † homicidii voluntarii depromuntur ex tremorum 16
genere, quibus homo interfectus proponitur, *argum. l.1. §.4. ff. ad l.Cornel.de ſicar. l.1. C.de emend.ſervor. c. ſicut dignum.ext.de homicid.* hinc *in l. 7. §.6.ff.de re milit.* miles gladio feriens commilitonem, ultimo ſupplicio afficitur, lapide offendens vel petens aliquem commilitonum, militiâ ſaltem rejiciatur, ut textus loquitur, idq; procul dubio inde, quod animum accidendi præ ſe ferre videatur gladio hominem percutiens, qui non ſic ineſt offenſioni, quæ lapide committitur, Carrer. *in pr.crimin.tr.de homicid. & aſſaſin. §.homicidii, n.*59. Boſſ. *in tit. de homicid, num.* 37. Menoch. *de arb.qq.*2.*caſ.*361. & 5.*præſ.*40.

3. Præterea † indicium reſultat ex confeſſione extrajudiciali, Foller. 17
*in pract.crimin.pag.*2. *part.*3. *num.* 27. Carrer. *in pr. tr. de homicid. §.homicidii autem ſpecies num.*75. Cui par eſt, ut ſi quis ante crimen commiſſum dixerit, ſe hominem occidere velle, Menoch. *de arb.qq.lib.*2.*caſ.*361. Maſcard. *de probat. lib.concl.* 98.*n.*29.

4. Indicium † homicidii voluntarii eſt, ubi quis viſus fuit ſtipatus 18
coadunatis hominibus, poſito, homicidium à pluribus fuiſſe patratum, Farin. *d. q.* 126. *tit.* 14. ubi dicit, quod multitudo coadjutorum pariat indicium deliberati homicidii, Menoch. *de arb.qq.lib.*2.*caſ.*361. Burſat. *conſ.*271.*nu.*14. alii hoc indicium ita declarant, ut non aliter ſtringat, niſi una probetur, homines coadunatos aliquãdo antehac & retro adſtitiſſe facinoribus inquiſiti, etenim † animus occidendi præſumitur de eo, qui in eodem delicti genere 19
quondam fuit occupatus, Gandin. *in tit.de homicid. num.*28. *gloſſ.in l.1.in verbo non occidendi animo.C.ad l. Cornel. de ſicar.* quod ſi tamen in hominum copia caſu offendiſſet homines confligantes, ſubindeq; occumbentem alterutrũ, dicendum potius occiſorem occidendi animum haud habuiſſe, ſcilicet qui præſumatur maluiſſe ſe fugâ ſalvare, quam facinus præmeditatũ & conſcien-

Digitized by Google

tioſum coram adventantibus exequi juxta illud, qui male operatur, lucem fugit, Clar. *in pr. in §. homicidium. n. 6. verſ. ex propoſito poſt med.*

20 5. Indicium inde quoq; deſumitur, ut † ſiquidem diffamatus homicidii paulo antequam occidatur, vendidit maximam bonorum ſuorum partem. Menoch. *de arb. jud. lib. 2. caſ.* 361. Maſcard. *de probat. 1. concl.* 98. *num.* 26. ſcilicet, ut cum fugiendum ſit, ilicò & abſq; remoris dilabi poſſit, cui conſentaneum eſt hoc, ut ſi quoque equos, quorum beneficio vel facinus ſceleſtum committat, vel eo exacto facilius erumpat, ante cædem patratam ſibi comparet, Caſon. *de indic. & tort. tr. 4. c. 5. n. 2.*

21 6. Indicium hic pariant † minæ occiſo factæ, ut ſi dixerit quis ante cædem commiſſam, ſe ſubtracturum occiſo pennam de alâ, &c. ut loquitur Farinac. *d. loc. pag. mihi 366. volum.* 4. Alber. de Roſat. *in tr. de ſtat. p. 3. quæſt. 64.* Cumprimis cum jactator minas exequi ſoleat, Maſcard. *de prob. lib. 1. concluſ.* 97. *num.* 14. huc pertinent ex præceptis indiciorum generalium inimicitiæ capitales, Bart, *in l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* ubi generaliter dicit: attendendum eſſe in hujuſmodi indiciis, quæ præceſſerint inter homicidam & occiſum ante cædem commiſſam, Clar. *in pract. §. homicidium. nu. 6.* Menoch. *de arb. qq. lib. 2. caſ.* 361. quomodo autem inimicitia capitalis probetur? Vide Farinac. *d. loc. pag. mihi 363.* Pertinent quoq; hic indicia generalia, quæ ex fuga depro-

22 muntur, Cæpoll. *conſil.* 31. † fuga occiſi quoque hîc ſpectat, ut ſiquidem homicida viſus ſit ruri inſequi fugientem, qui mox occiſus reperiatur, Burſat. *conſil.* 271. *num.* 29. Vel ſi ſaltem colloqui ante cædem viſus fuerit cum occiſo, Blanc. *in pr. crim. §. iis ſic præmiſſis. n.* 23. Maſcard. *de prob. l. 1. concl* 98.

23 7. Indicium † voluntarii & præmeditati homicidii eſt, quando cum amicis & ſociis viſus fuerit reus exire foras, Caſon. *de ind. & tort. tr. 3. cap. 7. num.* 10. ubi indiciis quoque demonſtranda eſt voluntas amicorum maligna adeò, ut licet probatum non ſit amicos una juviſſe occiſorem, manus violentas ſimul intuliſſe occiſo, ſiquidem tamen conſtiterit conſpexiſſe eos facinus, neque adorto forte vociferanti opem non tuliſſe, ſuſpicione conſpirationis omninò prægravantur, Menoch. *de arb. q. lib. 2. caſ.* 361. *n.* 52. hinc Bald. *in l. 1. num. 1. C. h. t.* notanter ait: Quod ſola perſonæ qualitas, ponamus aſpectores retro habitos fuiſſe pro viris bonis, non ſufficiat ad excludendum occidendi animum, niſi etiam facti qualitas accedat, coadjuvetque præſum-

24 ptiones bonitatis, Salyc. *d. l.* 1. Affine eſt huic indicio, ut quod ſi † homicidium factum in ædibus, omnes inhabitantes inde irregulares fiant, *Canoniſtæ in c. ſignificaſti. ext. de homicid.* referente Laurent. Calcan. *conſil. 65. in fine,* non

25 ſecus ac ſi † incendio exorto omnes de domo videantur culpabiles, *l. ſi vendita. ff. de comm. & pericl. rei vend.* Alber. de Roſat. *part. 3. de ſtatut.* Cumprimis ſi domeſtici quidam ſpectantes malum emergens ſubriſiſſe, nec opem ferre, quo ignis exſtingueretur, voluiſſe proponatur, Laur. Calcan. *d. loc.*

quos

quos primo loco quæſtioni ſubjugandos eſſe tradit ibidem. Tametſi regulariter ipſe paterfamilias incendium feciſſe, haud præſumatur, nec dominus ædium ſat dives cædem commiſiſſe ſine maxima cauſa, Farinac. *d. vol.4.q.125. tit.14.p.3.*

8. Indicium † depromitur ex circumſtantia temporis, loci, qui enim noctu occiſus traditur, homine diffamato, nocte, abſente, non eſt noctu abſens ſine ſuſpicione juxta illud: 26

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

adeò ut occiſor allegans rixam vel inſultum, inde non audiatur ſine luculenta demonſtratione, quam præſumptionem validam appellat Farinac. *dict. loc.* Maſcard. *de probat.* 1. *concl.*98. *num.*22. Menoch. *de arb. qq. lib.* 2.*caſ.*361.*n.*36. Cui convenit, ut ſiquidem † ſtetêre clàm & ſecretò in domo invicem colloquentes, homines cædis ſuſpecti ante patratum homicidium, vel ſi paulò antè convivarunt, epulati ſunt, quam domo exirent, homicido poſtea in vicinia ſubſecuto, Caſon. *de ind. tract.*3.*cap.*1. *&* 4.*c.*1. Boſſ. *de homicid. num.*36. Alber. de Roſat. *in tract ſtatut. p.*3.*quæſt.* 64. quò pertinent † etiam inſidiæ viatoribus ſtructæ, ut quoties nebulones noctu diuq; iis ſeſe ingerunt, ſubſequi potius quam præcedere itinerantes, viam monſtrare eis per dumeta ſatagentes, hinc latrones, quaſi adverſo latere ingredientes dicti, Caſon. *d loc. tr.* 2.*cap.*1.*num.*6. Menoch. *de arb. jud. qq. lib.*2.*caſ.*361.*num.*27. Circumſtantia loci conſideratur hoc pacto: Ut quoties † occiſor ſolitus ſit frequentare locum, ubi cædes commiſſa dicitur, Menoch. *d. l.* 2.*caſ.*361.*n.*44. Maſcard. *de probat. lib* 1.*concl.*98. *num.*31. nonnunquam autem indicia enervat locus, ut cum in loco publico factum fuit homicidium, Burſar. *conſil.* 272.*n.*14. neque enim præſumitur voluiſſe animo præmeditato aliquem publicè delinquere, ubi vel homines adſiſtere poterant aggreſſo, vel factum celerius deferre judici, Burſat. *d. loc.* imò ſi in prætorio, foro † in Eccleſia quis deliquiſſet, Boſſ. *in tit. de homicid. num.*63. Menoch. *de arb. qq. lib.* 2.*caſ.*361.*n.*38. quæ circumſtantia tamen, ni tempus adminiculatur, vix eſt ut ſubſiſtere queat, ubi enim magis committuntur ſtupra, quàm intra aras & delubra, ait Wolff. 1.*lect. memor. pag.* 97. latrocinia, lenocinia, adulteria ubinam quæſo potius, quàm in templis? Deniq; in æditluorum cellulis magis, quàm in ipſis lupanatibus flagrans libido Arnob. *lib.* 6. Sic Zachariam Barachiæ filium intra templum & altare occiderunt Judæi *Matth.* 23. & quam nefandum flagitium in templo Iſidis ſacrificulos Ethnicos patrâſſe, enarrat prolixè & jucundè Joſeph. 18. *rer. judaicar. c.*6. Ægeſipp. 2. *hiſt. judaic.*4.

27

28

29

30

9. Indicium depromitur † ex rixâ, quam homicidium machinans, levem prorſus ob cauſam ſeminavit, qui nec inde excuſabitur, licèt ſub rixa & tumultu cædes ſubſecuta fuerit, † malus animus enim occaſionem quærit, ait Caſon. *de ind. & tort. tr.*4.*c.*4. Boſſ. *de homicid. n.* 56. imò nedum attenditur 31 32

ditur hoc, tametſi poſt rixam ex intervallo homo occidatur, dummodo rixæ calor adhuc duret, Dec. *in l. quicquid. ff. de R. J.* Menoch. *de arb. qq. lib.* 2. *caſ.*
33 361. *num.* 18. & refert Boſſ. *in tract. de homicid. n.* 61. ut ſiquidem † commotus ob internecionem ſocii, aliquis inſequatur homicidam, hic verò ſe abdat domo munitâ, ille obſideat domum, donec occupet eam, vindicetq; cædem ſocii, dicatur homicidium hoc rixæ calore adhuc durante factum, Menoch. *d. loc.* ubi adſerit, homicidium dici in rixa commiſſum, etiam quod patretur poſt litigium, durante ſcilicet iræ impetu & dolore præconcepto, Bajard. *ad Jul. Clar. in* §. *homicidium. num.* 21. exiſtimat id quoque ſub rixâ factum videri, quod die ſequenti geſtum eſt. Farinac. *d. loc.*

34 10. Cæterum † homicidii in rixa vel tumultu ſuborto, ſi neſciatur verus homicidii reus, indicia ſunt, ut modo adſtruximus, auctoramentum vel initium litigii à quoquam factum, vel rixa inter defunctum & occiſorem (qui homicida proponitur) ab occiſore pridem mota, vel ſub litigio acriter exorta, porrò qui in præſenti quoque arma parata habeat, vel acuare tela ante tumultum viſus fuerit, Caſon. *de indic. tr.* 3. *cap.* 4. *&* *c.* 8. *nu.* 4. Clar. *in pr. in* §. *homicidium. num.* 6. Farinac. *d. loc.* Bald. *in l.* 11. §. 3. *ff. ad l. Aquil. l. fin. ff. ad*
35 *l. Cornel. de ſicar. c. ſignificaſti. de homicid.* † *conſtit. crimin. Car. V. art.* 34. ibi: Iſt dann der Verdacht bey dem ſchlagen / auch dem entleibten widerwertig geweſen / ſein Meſſer genommen / vnd auff den entleibten geſtochen / gehawen / oder ſonſt mit gefährlichen ſtreichen geſchlagen / ſolches iſt eine redliche Anzeigung der geübten That / vnd peinlich zu fragen.

36 De homicidio † in rixa commiſſo quomodo id puniatur, ſequentes obſerva regulas.

1. Si plures deliberato animo ad occidendum hominem convenerunt, turba commotâ, omnes pœnâ capitali afficiendi ſunt, niſi conſtat, ex cujus vulnere, quod lethale fuit, homo occubuerit, *gloſſa in l. fin. ff. ad l. Corn. de ſic.* Gail. 2. *obſ.* 110. *conſt. crim. Car. V. art.* 148. 2. Si non animo deliberato, ſed caſu rixam moverunt, unde homo occideretur, ſiquidem is, qui cædem fecit, monſtrari certò & deprehendi poſſit, ſolus hic pœnam homicidii ſuſtinebit, & quod ipſe fecit, expectabit, *l. nemo. C. de epiſc.* aud. quo inprimis pertinent indicia modò citata. *d. conſt. crim. art.* 148. 3. Cum in turbâ vel rixa nō quidem induſtria & animo præmeditato plures convenerunt, verùm ſinguli vulnus lethale inflixerunt occiſo, ut neſciatur, cujus manu occubuerit defunctus, homicidii ordinaria tenentur. *d. l.* 11. §. 23. *ff. ad l. Aquil. d. artic.* 148. Clar. *in* §. *hom. q.* 41. Porrò Celſus JCtus ſcribit, referente Ulpiano *in d. l.* 11. §. 3. ſi alius mortifero vulnere percuſſerit, alius poſtea exanimaverit, priorem quidem non teneri quaſi occiderit, ſed quaſi vulneraverit, quia ex alio vulnere periit, poſteriorem teneri, quia occidit, quod reſponſum tamen non adverſatur concluſioni proximè præcedenti, quippe cujus ſententia eſt, ut quoties

ties obſcurum ſit, cujus ictu proſtratus, cujus vulnere potiſſimum mortuus fuerit defunctus, omnes pœnâ ordinaria teneantur, ſecus ſi conſtat cujus ictu ceciderit, deceſſerit, quo ſenſu reſponſum Ulpiani accipitur.

Sed ad indicia in rixa commiſſi homicidii revertor, 11. Sunt indicia adverſus rixantes & pulſantes omnes, omnes in unũ more pluſquam canino irruentes, atq; clamãtes, occidite, occidite, ſchlag todt/ſchlag tod/quod retrò occidendi animum præmeditatũ cuncti habuerint, ut proinde ſinguli pœnâ teneantur ordinaria, Damhoud. *in pract. crim. cap. 76. num. 27. verſ.* ac poſtea quò pertinet Alciati dictum memorabile, ibi: Quando duo pluresq; ob unius homicidium puniuntur, lex fingit, quaſi homo bis terve ſit occiſus. *de præſumpt. pag.* 4. quod ſi verò appareat, reusq; docere poſſit in defenſionalibus ſuis, ſe neque vociferaſſe nec pulſaſſe, res ſeſe aliter habebit, cum delicta tenere debeant ſuos authores per notiſſima.

12. Præterea indicia in rixa commiſſæ cædis ſunt, quandocunque conſtat unum præ cæteris eſſe rixoſum, iracundum, & ad ciendos tumultus pronũ & expeditum, Gail. 2. *obſ.* 109. Hypp. de Marſil. *in pract. crim. §. diligenter. n.* 101. Bart. *in l. fin. ff. de qq.* Zanger. *de qq. cap. 2. n.* 164.

13. Indicia cædis contra individuum ſunto, quoties ex pluribus aliquis candelam exſtinxerit, primus enſem denudaverit, primus clamare cœperit, primus manus occiſo intulerit, primus ſemina rixæ ſparſerit. Boſſ. *in tract. crim. de homicid. n.* 28. *& ſeqq.* Farin. *p. 3. tit. de pœn. temp. q. 69. n.* 92.

14. Cumprimis cum quis enſe accinctus ad conventum perveniat, qui regulariter ſecum arma portare haud ſolebat, Zang. *d. c.* 2. *num.* 164. eumq; ſibi occupet locum in ſeſſione, ubi aſſurgere ocius, impetumq; celeritate, quâ par, facere queat, Caſon. *de ind. tract.* 4. *c.* 4. cum animus depravatus malitiæque plenus occaſionem nocendi quærat. Boſſ. *de homicid. num.* 56. hinc illud: negotioſa res eſt nequitia, & delictorum gradus non tam objectis quam cogitatione cauſarum προηγουμένων ſunt conſiderandi. Victor. Strigel. *in l.* 7. *exod. pag.* 102.

15. Indicia ſtringant, ut maximè contra eum ex numero moventium turbas, cujus enſis ſanguine conſperſus fuerit. *conſt. crim. Car. V. art.* 34. ibi: Wird ſolcher Verdacht noch mehr geſtercket/ rc. Menoch. 1. *præſ.* 89. Gandin. *de ind. dubit. in 6. indic.* Carrer. *in pr. crim. pag.* 54. *indic.* 21. quod ſi verò inquiſitus docere ſit paratus, vulnus mortiferum ab alio non ſeſe eſſe illatum, vulnere admodum ebulliente, nec non ſtipante catervâ, unum atque alterum, eorumve arma, veſtimenta cruore eſſe polluta aliunde, aut quod arma alteri bonâ fide accommodaverit, eaq; ante cædem commiſſam vel perdiderit vel vendiderit, audiendus eſt. Boër. *deciſ.* 165.

16. Si indiciatus recuſat præſtare juramentum vel calumniæ vel purgationis ſibi à judice delatum, qua de re latè & eleganter *de indic. gener. cap.* 45.

Aretin.

Digitized by Google

Aretin. *in tract. malef. in verb. juram.* Alexand. *in annot. ad Bart. in l. fin. ff. de qq.* Carrer. *in pract. crim. in indic.* 37. cumprimis quod calumniæ juramentum dolum, fraudemq; malitioſam excludere, omnemq; doli mali ſuſpicionem removere ſoleat quoque in civilibus, Bald. *in l. pen. C. depoſit.* Anton. de Petruc. *in tract. de jurament. effect.* 68. *pag.* 144. intellige hic, indicatum ſive diffamatum agere ex l. diffamari, quandoquidem regulariter reo convento non competat juramentum calumniæ, niſi id καταχρηστικῶς acipiendum eſſe adſtruamus, cum excipiendo reus, actoris partes quaſi ſubire etiam dicatur. *l.* 2. *ff. de except.* Petr. *d. loc.* ubi ait: quod juramentum calumniæ non excuſet à litigandi temeritate, adeoq; nec expenſarum reſtitutione. Bart. *in l. eum quem. ff. de jud. & in l.* 1. *§.* 1. *ff. ad Turpill.* modo ne authoritate & conſilio eruditi cujuſdam Doctoris lis cauſaq; fuerit cœpta. Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 51. *n.* 108.

17. Si vulneratus in rixâ jam moribundus aliquos exculpaverit, quoſdam inculparit, illi quæſtionibus ne tradantur, etiamſi indicia nonnulla contra hos ſtringant, ſcitè Alciat. 3. *præſumpt.* 4. *num.* 10. *& præſ.* 39. *pag.* 394. *& pag.* 411. *num.* 4. Cunrad. Hartz *de reor. inquiſ. concluſ.* 8. *num.* 17. ibiq; Anonym. *in not.* hinc aliud axioma, dicto ſocii exculpativo ſine quæſtione creditur magis, quàm inculpativo cum quæſtione. Farinac. 20. *num.* 5. juxta illud: quod tutius ſit peccari in abſolvendo, quam condemnando. Bald. *conſil.* 400. *num.* 7. *vol.* 5. Hieron. Grat. *reſp.* 43. *num.* 22. Cothman. *conſi.* 48. *num.* 39. *vol.* 1. hinc textus *c. vera juſtitia.* 45. *diſt.* melius eſſe, reddere rationem propter miſericordiam, quam credulitatem.

18. Indicium eſt, quoties vulnera reperiuntur ad menſuram enſis vel ſecuris rei diffamati. Carr. *in tract. crim. indic.* 36. ubi idem ait, cum gladius vaginâ vacuus reperitur in loco delicti, Boër. *deciſ.* 166. *num.* 5. non ſecus, dicente Alb. de Roſate, ac ſi forma pedis, furti diffamati, quadrat illi impreſſuræ, quo terræ limoſæ arenoſæ, vel nivi correſpondet. *in l. indicia. nu.* 2. *C. de R. V.* qua de re pluribus *de indic. gener. c.* 7. Cæterùm ſi tot ſunt vulnera quot perſonæ rixantes, vel etiam plura, tunc ſine indiciorum indagine enixa omnes quæſtioni ſubjugabuntur. Boſſ. *in tract. crim. de homicid. num.* 28. Farin. *in pr. crim. p.* 3. *de pœn. temp. q.* 96. *num.* 92. ubi parum vel nihil conſtabit, quis propriè vulnus lethale inflixerit, non omnes pœna plectantur ordinaria, Harpr. *in tract. crim. §. item lex Cornelia de ſicariis. num.* 109. Menoch. 2. *arb. jud. q. cent.* 4. *caſ.* 36. *num.* 17. Covar. *in clement. ſi furioſus de homicid. p.* 2. *§.* 2. *num.* 4. quanquam conſtitutio criminalis Car. V. aliter hic decidat *art.* 148.

19. Indicium non modicum præbet fuga. Gail. 2. *obſ.* 109. Farin. *p.* 3. *de pœn. temp. q* 96. *num.* 84. *& conſil.* 19. *num.* 6. ubi eleganter diſputat, an & quando fuga indicium in genere pariat? vide de indiciis noſtris in genera lib. *cap.* 12. porrò inimicitia anteacta, Zang. *de qq. & tort. cap.* 2. *num.* 164. (ex quibus cauſis autem inimicitia oriatur, quibuſcunque ſignis eadem appareat,

vel pro-

vel probetur, tradit Blanc. *de ind. in l.fin.ff.de qq.num.91. & ſeqq.*) cum de inimico præſumatur omne malum, Bonacoſſ. *de præſ.lit.i.* hinc eſt, ut ſi cuidam de ſalvo conductu mittantur literæ, non tamen tenetur fidem habere cautioni, quæ animum pravum non mutat, ut ait Juſtin. *in §.fin.inſt.de ſuſp.tut.* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.*49.*num.*46. ut vadat ad domum inimici, quia pro nihilo habebit inimicus ejuſmodi literas. Cæpolla *conſil.* 17. *num.* 5. & alibi ſola inimicitia inter culpam connumeratur, *l.* 25. *§.* 4. *ff. locati.*

20. Denique inter indicia non pauci referunt ſanguinis profluvium ex cadavere, præſente, ut ajunt, reo, Gilman. *in ſymph.*2.*deciſ.Cam.pag.*311. Paris de Put. *in tract.ſyndic. in verb. tortura.* quo pacto vel proba plures innotuiſſe ſontes refert Sueton. *in Caligul.* Hypp. de Marſ. *in §. diligenter. num.* 131. & atteſtatur Berlich. 4. *concl.*11.*num.*74. quod anno 608. Marpurgi ſuo tempore tres homicidæ, interfecto quodam ruſtico, hoc modo fuerint manifeſtati. adde Tholoſan. *in ſyntag .lib.* 36. *c.*2. Menoch. 1. *præſ.*89.*nu.*128.*qui ex Nicol. Florent.* refert caſum perſimilem. & Gomez. 3.*var.reſol.*13. ait anno 1546. *de tort.reor.num.*15. in oppido Leſmæ regni Hiſpaniæ idem accidiſſe. Idem accidiſſe Venetiis dicit conciliator in problemat. Ariſt. *lect.*7.*problem.*6. quem citat Menoch. & Gomez. *d.loc.* ubi addit, quod quidam mutus & frater ejus in itinere quendam interfecerint deprædandi cauſa, qui ſub quæſtione examinati indiciis præcedentibus confeſſi ſunt, & poſteà adducti ad cadaver, quod ilico ſanguinem emiſit. idem teſtatur Bodin. *de Dæmon.c.*7. Levin. Lemnius rationes hujus indicii adfert, & ait: Quod in cadavere remaneat imaginandi vis quædam, eaq; tanta, ut bile efferveſcente, in trunco adhuc calido, ſanguinem moveat atque effundat. *hæc ille. de occult.nat.mirac.c.*7. Porrò recenſetur de populis innatam & fatalem hoſtilitatem invicem foventibus, quod ſanguis utrorumq; confuſus motu perpetuo agatur, erumpat, nec quouſque aſſervetur, ſedari queat, uti de beſtiis quibuſdam ſcribit Joh. Spinæ. *de tranquill.anim.lib.* 4.*p.*179. ibi: Majus eſt eo, quod inter Aquilam & Draconem, cornicem & noctuam, gallum & leonem, aprum & elephantem, ægithalos & achantilides intercedit tantum à natura, ut nec poſt mortem ſanguis eorũ commiſceri queat. Cæterum de Corbe & Orgua fratribus de principatu diſceptantibus ſeq; invicem duello vita ſpoliantibus ſic ſcribit Sil. Italicus *lib.* 16. *de bello punico.pag.mihi* 618. ibi:

Nec manes pacem paſſi, nam corpora juncta
Una cum raperet flammâ rogus impius, ignis
Diſſiluit, cineresq́; ſimul jacuiſſe negarunt.

Ad L. Lemnii rationem reſponderi poteſt, quod credibile non ſit imaginandi aliquam facultatem remanere in corpore jam corrupto, & putrefactioni proximo, multo minus bilem reſpirare poſſe poſt menſis intervalla,

Digitized by Google

cum Berlich. *d. loc.* dicat, poſt menſem cædis demum, probam prædictam fuiſſe adhibitam, prout alias ratio valde videtur contingens, etiam incontinenti cædis auctore producto, bilem reſpirare, facultate imaginandi reſuſcitatâ, quin potius, ſi quandoq; ſanguis effunditur, motui cadaveris, ejusq; de loco in locum translationi, uti ſæpenumero fit, magis, quam cauſæ allegatæ merito ſit imputandũ, hic motus facit, ut ſanguis reſiduus erumpat, uti videre licet in beſtiis mactatis, ut parietibus affixæ pavimentum & parietes ſanguine humectent, deinde non ſtringit citatum exemplum, ſi verum eſt, cum motus ejuſmodi ex alia cauſa non minus poſſit generari, quam ut hoſtilitati defunctorum adſcribatur, nec enim probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.

Nec denique Dd. authoritates hic cauſam decidunt, cum veritas non auctoritate, ſed à ratione dependeat, Parthen. Litig. *c.* 7. *lib.* 1. *n.* 436. adeò ut ne quidem opinionis communis legum textibus aut rationibus minus ſuffultæ ulla ſit habenda ratio. *l.* 1. *§ ſed neq; C. de vet. jur. enucl. cum ſimil.* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 49 *num.* 76. hinc illud: juſtius meliusq; eſt illi adhærere ſententiæ, quæ ſaniori fundatur ratione, etiamſi Imperator ſit in opinione contraria, *arg. l. Æmilius.* 38 *ff. de minor.* Ang. *conſil.* 110. *col.* 6. Anton. Quetta *conſil.* 48. *in fine.* cum juſtitia in argumentis naturalibus ſubſiſtat. Bald. *in l. eadem. C. locati.* Matth. de Afflict. *in deciſ. Neap. deciſ.* 86. *num.* 6. Non dubium tamen eſt, quin indiciis concurrentibus proba illa ſuum faciat officiũ, ſtabiliatq; quæſtionis fundamentum, modò tanquam πκμήειον non præponderet. vide Gomez. *d. loc.* ibi: ſed iſtud indicium nullo jure vel cauſa, quæ juridice concludat, nobis conſtat, Ergo non valet, nec ex eo veniret reus torquendus. *Hæc ille.* Atq; ita porrò ſentiunt Godelm *in tract. de venef. & mag.* 3. *cap.* 3. *num.* 32. Zanger. *de qq. & tortur. cap.* 2. *num.* 160. Valent. Arithmæus *in ſuis pericul. orat.* 12 *pag.* 618 *& ſeqq.* Gethard. *diſp.* 6. *quæſt. polit.* 9. Gœhauſ. *in quæſt. Acad. peric.* 5. *q.* 29. Cunrad. Hartz *de inquiſit. reor. concluſ.* 8. *num.* 22. *& ſeqq.* ibiq; Anonymus *in not. intercal.* plures ſelectiores Dd. autoritates citat, quorum hic meminiſſe ſupervacaneum.

21. Indicia parit vociferatio obruti ſub rixa. Sic: Tu N. quid me cædis, vulneras, confodis? &c. cum, ut amodo diximus, exculpatio vel inculpatio injuriam paſſi inſtante periculi vel mortis agone, ultrò credatur, cum morti jam vicinus non præſumatur mentiri, Dd. *in l fin. C. ad l. Jul. repetund. c. ſancimus. q.* 7. *c. literas. ext de præſumpt.* & quanquam dicatur vulgò, moribundum non eſſe S. Joannem Evangeliſtam. Cephal. *conſil.* 276. *num.* 142. *lib.* 2. Ruin. *conſil* 73. *lib.* 2. exiſtimandum tamen eſt, virum retrò frugi & conſcientioſum, non voluiſſe in mortis articulo conſcientiam ſuam demum aggravare, cumprimis quòd mors imminens vel mortis inſtantis metus & periculum dicatur tortura quædam ſpiritualis ac longè certior eâ, quæ per fidiculas &

quæ-

Digitized by Google

quæſtiones immaniores infligitur. *d.l.fin.C.ad l.Jul.repet.* Alciat. *de præſ.reg.3.præſumpt,4.in fine.* Menoch.*5.præſ.5.*

22. Denique indicia parit, ſiquidem impetitum aut inſultatum fugientem inſequatur, retrahatq; ſub manus tumultuantium, vel ſi conſtat, ecquis impetentium proximus adſteterit defuncto, vel quod plus, colluctatione exacta pr. ſtratoq; occiſo, viſus ſit paulo ante ejus exſpirationem incubuiſſe occiſo ſive humi ſive ſcamnis, qui hactenus præſumitur vulneris lethalis reus, donec authorem ſceleris vel cædis manifeſtaverit, cum vicinus præſumatur dediſſe damna vicino & furta, ut maximè à vicinis ad ſtantibus vel adhabitantibus malæ famæ præſumantur commiſſa. Titaquell. *de pœn.cauſ.23.n.10.*

CAPUT XXIIX.

DE INDICIIS HOMICIDII NON voluntarii.

SUMMARIA.

1. *Qui baculo percutit, non præſumitur occidere velle.*
2. *Unum indicium non removet indicia plura.*
3. *Quomodo ex baſtunatione animus occidendi colligatur?*
4. *Quæ circumſtantia in hoc juris articulo bene conſideranda?*
5. *An ex percuſſione calcis, projectione lapidis animus occidendi præſumatur?*
6. *Pugno ſeu manu hominis caput pulſans, ut decedat pulſatus, qua pœnâ teneatur occiſor?*
7. *Cucuma, quale armorum genus?*
8. *An occidens amicum præſumatur occidendi animum habuiſſe.*
9. *Vulnus lethale quid dicatur?*
10. *Ad officium judicis ſpectat citare medicos ad inſpectionem vulneris, utrum lethale id ſit nec ne?*
11. *Relatio medici nunquam tranſit in rem judicatam.*
12. *Medici quandoq; à partibus tanquam arbitri eliguntur, nonnunquam ut teſtes.*
13. *Unius medici relatio non facit fidem.*
14. *Quæ indicia concurrere debent ad relationem medicorum, ſi de abſolutione rei agatur?*
15. *Quando in veneficii cauſa pœna extraordinaria infligenda ſit?*
16. *Indicia perſpicua, quæ propriè dicantur?*
17. *Dolus quomodo probetur.*
18. *In diverſitate opinionum, gloſſæ authoritas prævalet.*
19. *Gloſſa navicula juris.*
20. *Super gloſſam equitare debent juriſperiti.*

1\. INDICIA homicidii non voluntarii ſunt, ut cum † Titius hominem perculſerit baculo, isq; inde interierit, Bart. *in l.1.§ Divus.ff.ad l. Cornel.de ſicar.* Marſil. *in ſing.ſing.176.* juxta illud: voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia, *l.53.ff. de furt.* Foll. *in pr.crimin. in verb. de pœnis debitis ferantur num.32.* quanquam Gomez. *c.3.de homicid. num.17.* contrarium ſentiat, & 1

 Dam-

Damhoud *in pract. crimin. c.* 69. inſtrumenta lignea, quibus homo cæditur, inter arma lethalia referat. Sed ut ut res ſit, conſideranda in præſentiarũ erunt
2 circumſtantiæ, quoniam vero verius ſit, quod uti † indicium unum quæſtionem non generet, ita nec unum idemque eadem tollat pro defenſione & innocentia rei ſcilicet adductum, *argum.* §. 1. *inſt. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* aliqui diſtinguũt inter baculum minorem, quo mors veriſimiliter infligi non poterat, & majorem fuſtem, quo nempe homo occidi poſſit, prout Cainum fuſte occidiſſe fratrem creditur, *Geneſ.* 4. alii diſtingunt inter fuſtigationem
3 ſive † baſtunationem præmeditatam vel in rixa factam, ita ut primo caſu percuſſor ordinaria pœna plectendus ſit, poſteriori non utiq;, Fulgoſ. *in l. 1. §. Divus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Dd. in l. 1. C. de emendat. propinq. & in l. 5. §. fin. ff. ad l. Aquil.* Dec. *conſil.* 9. *num.* 3. Maſcard. *de probat.* 1. *concl.* 97. *n.* 29. Denique nonnulli diſtingunt inter membra hominis percuſſa, adeò ut ſiquidem caput vel tempora capitis baculo fuſtigentur, percuſſor inde ut homicida teneatur, Bart. *in l. 1. §. 4. ff. ad l. Corn. de ſicar.* licet Gram. *vot.* 23. decidat, mulierem accuſatam inde, quod fuſtè ancillam ad mortem uſq; tractaverat, ad ſeptennium in inſulam fuiſſe relegatam, quemadmodum idem de Umbricia dicitur, quæ tamen non occiderat ancillas, *in l. 2. in fine. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni juris.* ratio diverſitatis ab ipſo authore citatur ibidem, quia ait, mulier juſto dolore inducta tractaverat tam atrociter ancillam, gravidam à viro ſuo factam, Ma-
4 ſcard. *lib. 2. concluſ.* 864. ait: † conſiderandas eſſe in hoc juris articulo accuratè factorum caſuumque emergentium circumſtantias, ut referente Farin. *volum. 4. de homicid. p. 4. tit.* 14. 1. percuſſio in capite. 2. eaq; aliquoties reiterata. 3. inimicitia antecedens nec ne? 4. an in rixa fiat percuſſio. 5. an ſi extra rixam ea committitur, percuſſor penes ſe alia arma habeat nec ne? Si alia arma portavit, non præſumitur habuiſſe animum occidendi, *Dd. in l. 1. Cod. de emendat. propin.* Menoch. *de præſ. 3. præſ.* 40.

5 2. Si cum lapide † calce homo percutitur exindeque moritur, idem per omnia eſt judicium, Farinac. *d. loc.* ubi dicit: ſe in facto habuiſſe & obtinuiſſe de quodam Judæo in rixa hominem occidente, qui inde ad triremes fuiſſet condemnatus. Idem ſumitur de projectione lapidis judicium, quod de baculi fuſtigatione modo ſtatuimus, Boſſ. *in tr. de homicid. num.* 39. nec dubium eſt, quin ſi duo convenerint in arenam, alterque lapide petierit adverſarium, quem enſe jugulare non poterat, ordinaria plectatur pœna occiſor, Felin. *in c. ſignificaſti. ill. 2. num.* 11 *ext. de homicid.* Carrer. *in pr. in 3. tr. de homicid. §. homicidii autem ſpecies. n.* 54. Blanc. *in pr. crim. §. iis ſic præmiſſis. num.* 62. Menoch. *de præſ. lib. 5. præſ.* 40. Boër. *deciſ.* 323.

3. Occidendi animus non præſumitur de eo, qui hominem manu obverberans occidit, uti paucos ante menſes ruſticus puerum ovium grege
6 ſegetes ſuas depaſcentem, † pugno caput paſtoris percuſſit, ut puer ilicò vita de-

Digitized by Google

ta defungeretur, quam percuſſionem colonus appellavit lingua ſua nativâ einen Dumſchlag/ tranſigebat percuſſor cum parentibus occiſi, & nonnihil mulctæ penſitabat judici, Decius *conſil. 9. num. 3. verſ. & hoc.* in ſimili caſu exiſtimat relegandum ejuſmodi eſſe occiſorem, quanquam Carrer. *d. loc.* ſtatuat, non ſecus hunc homicidam puniendum eſſe, ac ſi armis occidiſſet, quòd de eo ſubintelligendum eſt, qui animum occidendi habebat, Clar. *in §. homicidium. num.* 8.

4. Occidendi animus non præſumitur de eo, qui clava, funiculo cucuma, vel ligone hominem percutiens, inde cædem committit, *l. 1. §. 4 ff ad l. Cornel. de ſicar.* ubi † cucumam de clavâ ferreâ, quam vigiles Witebergenſes & Lipſenſes noctu portant, exaudit, *gloſſ. in d. §.* 4. alii cucumam quaſi lupum vel morſum freni ferreum exponunt, *l. 1. ubi gloſſ. & Dd. C. de emend. ſervor.* Alex. *conſil. 140. num. 6. vol.* 2. Cotta *in memorab. in verb. cucuma.* Marſil. *in conſil. 7. nu.* 45. ubi cucumam vas coquinatorium ad calefaciendum aquam ex ære terraque conflatum appellitant, Carrer. *in pr. 3. tr. de homicid n.* 37. 7

5. Occidendi animus † non præſumitur de eo, qui occidit amicum, 8
conſanguineum, affinem, Gandin. *in tit. de homicid. num.* 19. Alber. de Roſat. *in l. 1. §. 4. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* idque cumprimis obtinet, ſiquidem antehac inter defunctum & cæſorem nulla fuit lis vel controverſia, *gl. in d. l. 1. ff. eod.* Vel cum de mane ante homicidium ſe invicem ſalutaſſent, Maſcard. *de probat. 1. concluſ. 98. num.* 30. tametſi Fulgoſ. *in d. l. 1. §.* 4. exiſtimet ceſſare hanc præſumptionem, quoties vulnus occiſo illatum fuerit omninò mortiferum, quæ limitatio ſuſpecta eſt, quod contradictio hîc in adjecto, ut loquũtur, committatur, cum non niſi ex vulnere lethali proceſſus moriatur, modo ne vulnus non lethale fideliter curare neglexerit chyrurgus, quâ de re infrà.

6. Occidendi animum non præſumi de eo, qui obviam inimico veniens, eum trucidavit, tradit Caſon. *de ind. & tort. tr. 4. cap. 1. n. 2.* Sed ut ut ſe res habeat, non videtur rationi conſentaneum, quòd in medium adfertur, quanquã enim occiſor, ejus nõ eſſet affectus, cum exiret forâs vel peregrè, occidendi hominem, quia tamen tantum in hominem concepit furorem, quem eventus prodidit, ut quam offendendi conſequeretur occaſionem, eam non flcci penderet, adverſarium ſubinde jugulans, dubium non eſt, quin occiſor hîc æquè teneatur, ac qui Titium volebat interficere, caſu Sejum trucidavit, quam quidem præter intentionem primævam occidere nolebat.

7. Dixi modò, præſumi animum non occidendi ex vulnere lethali haud illato, poſito vulneratum obiiſſe potius incuria & negligentia medicorum quam vulnere ſibi inflicto: ubi neceſſariò ſcire oportet, quodnam vulnus dicatur mortale nec ne? Aliqui exiſtimant ex vulnere quem mortuum cenſeri, quandocunque vulnere nondum ſanato decedat, *gloſſ. in l 1. C. de emendat. ſervor.* Menoch. putat † vulnus lethiferum fuiſſe, quando vulneratus intra 9

 dies

Digitized by Google

dies quinque poſt vulnus acceptum moriatur, *de arb qq. lib. 2. caſ. 275. num. 2.* alii 8. dies conſtituunt, Marſil. *in l. fin. num. 57. ff. ad l. Cornel. de ſicar. c. continebatur. de homicid.* nonnulli dies 40. Angel. *in d. l. 1. C. de emendat. ſervor.* Plures hunc articulum judicis arbitrio relinquunt decidendum, Bald. *conſil.* 328. non pauci ſtatuunt ex vulnere mortuum exiſtimari percuſſum, quoties morbus indies creverit, nec quocunque temporis intervallo intermiſerit, quanquam poſt octo menſes homo decedat, Marſil. *in l. fin ff. h. t.* Felin. *in c. presbyterum n. 2. de homicid.* Porrò quibuſdam vulnus dicitur lethale, quando febris acuta accumulatur, Cæpoll. *conſil.* 40. niſi febris poſt intervalla acceſſerit, Marſil. *conſil. 7. num.* 30. Boër. *deciſ.* 323. *num.* 13. Sed utcunque opiniones hæ ſeſe habeant, verius dicendum apparet, ſtandum eſſe videlicet medicorum relationi hac in parte, utrumne mortale vel non mortale fuerit vulnus? Bart. *in l. fin. ff. ad l. Cornel. de ſicar. text. in c. ſignificaſti. de homicid.* Bald. *conſil.* 137. Alexand. *in l. 10. §. 1. ff. ſolut. matr.* Menoch. *de arb. qq. lib. 2. caſ.* 272. adeò ut
10 ipſe † judex ex officio teneatur citare medicos ad inſpiciendum vulnus, referendumq; de vulneris quantitate; *Dd. in l. 30. §. fin. ff. ad l. Aquil.* Blanc. *in pr. crimin. p. 1. defenſionis. §. iis præmiſſis. num.* 71. Juſt. Oldekop *in caut. crim. ſyllog. tit. 2. cap. 7. num. 2.* ſubjiciens *n. ſeq.* aliâs proceſſum fore nullum, qua in parte plus creditur medicis duobus, quàm 10. teſtibus, imò 20. viris, artem medicam non callentibus, Alexand. *conſil.* 148. *lib.* 2. Corn. *conſil.* 283. *lib.* 3. neque tamen ita creditur medicorum relationi, ne aſſertio peritionis quoq; admittatur, Bald. *in d. l. 10. §. 1. ff. ſol. matr.* etenim jure placuit, medicorum
11 † aſſertionem, ſententiamq; deſuper latam, nunquam tranſire in rem judicatam, quin didicitis quoque atteſtationibus atteſtatio veritati magis conſentanea admittatur, exindeque quoq; ſententia mutetur, Bald. *d. l.* Proſper
12 Farinac. *vol. 4. de homicid. quæſt. 127. tit. 14. pag. 4.* atque hi † medici ſæpe numero à partibus eliguntur, producuntur, qui ſi à parte alterutrâ requiruntur ad ferenda de vulneris qualitate teſtimonia, dubium non eſt, quin hoc reſpectu, teſtium vice fungantur, vide Bald. *in l. data opera. C. de accuſat.* neque
13 ignorare oportet, medici unius relationem, plenā non facere fidem, Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 47. n. 35.* Marſil. *in l. fin. num. 60. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Bald. *conſil.* 137. *lib.* 2. Alexand. *conſil.* 348. *lib.* 2. Corn. *conſil.* 194. *lib.* 2. niſi indicia concurrerent cum relatione medici, ageretur ve de abſolutione rei, Corn. *conſil.* 194. *lib.* 2. Anchara. *conſil.* 283. Bald. *conſil.* 137. *lib.* 2. indicia ejuſmodi
14 eſſe poſſunt, pone † medicos referre non ex vulnere mortuum hominem eſſe. 1. Quoties vulneratus opportuno tempore, ac debito decentiq; modo, non uſus eſt chyrurgiâ & curâ corporis, *gloſſ. in d. l. 10. ff. ſol. matr.* Bald. *conſ.* 137. *lib.* 2. Cæpolla *conſil.* 28. *num.* 24. ubi agunt de vulnerato, nimis ſerò ac poſt aliquot dies adhibente medicos, Marſil. *in pr. crimin. §. & quia. n. 18. & conſil. 7. num.* 46. Perindè eſt, ſi ægrotus medicum conſuluit imperitum, unde potius

tius

tius quam ex vulnere perierit, *l. ſi ex plagiis. ff. ad l Aquil.* Siquidem curam admiſerit, non tamen juxta medicorum præſcripta vivit, Felin. *in c. preſbyter, ext. de homicid.* Ecquis autem medicorum regulas neglexiſſe propriè dicatur, nervosè pertractat, Farin. *d. vol.* 4 *q.* 127 *p.* 3. *tit.* 14.

8. Quantum cædes caſu accedente facto hominis, factas concernit, ubi de non præmeditato occidendi animo nihil dubitatur, ratio juris diverſa dictitat, quandoquidē inde rarò vel nunquam quæſtioni locus fiat. dicendum quoque eſt, neq; hoc paſſu de indiciis enixè inquirendi neceſſe videatur, juxta illud: fruſtra exſpectatur, cujus eventus nihil præſtat.

Interea autem ambigendum non eſt, quin facto hominis culpam craſſam præ ſe ferente, proindeque pœnam l. Corneliæ extraordinariam producente, nonnihil quoq;, licet reſpectu diverſo, de indiciis inveſtigare judicem oporteat, cumprimis quoties factum adeò prægnans & intricatum appareat, ut initio dubitetur de non occidendi animo, Paul. de Caſtr. *conſil* 299. *Dd. in c. afferte. de præſumpt.* ubi tradunt, quòd † in veneficii cauſa, ubi ſententia ordi- 15
naria infligi non poſſit, indicia examinanda ſint, quibus liquido apparentibus magiſtratus pœnam dictare queat extraordinariam, Farinac. *vol.* 4. *q.* 112. *tit.* 14. *p.* 4. *pag. mihi* 209. quę autem dicantur indicia liquida, vel, ut Imp. *in l.* 6. *C. de dolo* ait, indicia perſpicua, quibus fraus vel dolus probandus ſit, adeò & iis deficientibus ordinaria quoque pœna deficiat, ſin ſtringant indicia perſpicua, quiſq; juxta admiſſum ſcelus dignam patiatur pœnam, Bart. *in d. l.* 6. exiſtimat † indicia perſpicua eſſe indicia non levia, *gloſſ in d. l.* 6. indicia per- 16
ſpicua appellat probationes manifeſtas, quæ non niſi in malam partem poſſunt trahi, Socin. *conſil.* 37. *num.* 27. *volum.* indicia perſpicua vocat indicia maniſeſtiſſima, Bald. *in d. l.* 6. indicia hæc vocat urgentiora, alii præſumptiones valde evidentes, alii indicia indubitata, alii perſpicua quaſi perſpicacia indicia, Cravett. *conſil.* 8. Bald. *conſil.* 250. *vol.* 1. Sichard. *in l.* 6. *Cod. de dol. malo.* Alii hunc juris articulum arbitrio judicis relinquunt, Decian. *in tr. crimin. p.* 1. *c.* 5. *num.* 7. Alii nihil decidentes rem ſicco prætereunt pede, Farinac. *conſ.* 85. *l.* 2. Nos per haſce turbines gloſſam ſecuti ſtatuimus † dolum probationibus in- 17
dubitatis vel manifeſtis, ut ipſa loquitur, probandum eſſe, non tam inde, quod dolus utplurimum in concreto, non abſtracto, ut loquuntur, conſideretur, *Dd in d. l.* 6, ut autem factum quoad infligendam pœnam & effectum juris, ex omni aſſe probari debet, quod extra controverſiam poſitum eſt. Ergo & una dolus, qui diſtinguit maleficiā, *l.* 35. *ff. de furt.* hæc enim copulata ſunt ſeq; ad invicem ita habent, ut cauſa cauſatum.

Taceo hic tritam Dd. theoricam, quā placuit, quod † in diverſitate 18
opinionum, gloſſæ opinio prorſus ſit ſequenda, quæ à Cyno idolum appellatur in *l.* 8. *Cod. de contr. & committ. ſtip.* Curt. *ſen. conſil.* 41. navis ad portum veritatis. Idem *d. loc.* Roland. à Valle *conſil.* 14. *volum.* 3. dicens, quod † quiſq; 19
cum

Digitized by Google

cum gloſſa incedete debeat, quam nũcupat naviculam, quâ portum arduum invehamus, poſtea in naves latiores tranſituri ad portam claræ & ſinceræ veritaris. Alii gloſſam vocant carrorium (juxta Bononienſes, vel etiam Germanos, qui currum quaſi carrum dicunt) cui fideliter ſit inſiſtendum, Curt. Ro-
20 land. *d. loc.* Quapropter Bart. *in l.* 20. *C. de pact.* non inſcitè dixit, † adverte tu (*ait*) pro Deo, qui practicas vel conſulis, ne à gloſſatore recedas, ut enim equirare neſciens inhæret arzono, ita judex ſuper opinione gloſſę teneat, &c. Matth. de Afflict. *in deciſ. Neapol.* 384.

CAPUT XXIX.

DE INDICIIS HOMICIDII QUOD MANDATO commiſſum dicitur.

SUMMARIA.

1. *In delictis mandatum non præſumitur.*
2. *An familia delinquens præſumatur domini mandato delinquere?*
3. *Quomodo familiæ delicta dominus rata habere videatur?*
4. *Allegata facti ignorantia quomodo probetur?*
5. *Mandator injuriæ, injuriarum tenetur.*
6. *Quid narrandum ad impetranda mandata in cauſa pignorationis coram Cameræ?*
7. *De ſtylo Cameræ partim ſubmirando.*
8. *Quale indicium inde generetur, ſi in aurem dicat dominus ſecreta famulo, hicq́; paulo poſt occidat hominem?*
9. *Cultellus an arma lethalia?*
10. *Aſſiſtentia delicti eſt actus delicto proximus.*
11. *Spectator cædis factæ habetur pro auxiliatore vel mandatore.*
12. *Interpoſitio, ut ſejungantur dimicantes, an & quando indicia pariat?*
13. *An depoſitio mandatarii contra mandantem indicia faciat?*
14. *An revocatio nominationis mandatarii indicia purget?*
15. *Confeſſio in perniciem alicujus facta ſine indiciis ulterioribus nihil ſtringit.*
16. *Nedum propinquorum nominatio indicia parit.*
17. *Quale indicium parit, ſi poſt nominationem factam nominanti nonnihil in aurem dicatur, isq́; dehinc revocet nominationem?*
18. *Reſolvuntur quædam dubia.*
19. *Sola nominatio ſine aliis indiciis nedum ad inquiſitionem formandam præſtat.*
20. *Aliquot traduntur regulæ de reo, ſine indiciis legitimis, iisq́; probatis, non torquendo.*

1 QUanquam dicitur vulgò, quod † mandatum in delictis non præſumatur etiam ex diururnitate temporis. Bald. *conſil.* 283. Natta *conſil.* 499. *c. ad ſedem. ubi gloſſ. ext. de reſt. ſpoliat.* ubi diſertè dicitur, quod ob ſpoliationẽ ab amicis vel familiâ factam, Dominus non teneatur, niſi de ſpeciali ejus mandato vel ratihabitione conſtiterit, *c. quia præſulatus.* 1. *q.* 4. non tamen id in factis ſcandalum inſigne generantibus *ἁπλῶς* obtinere arbitramur, *c. conſtitutis. ext. de teſt.* cui accinit gloſſ. *& Can. communiter ibidem* Bart.. *in l.* 5. *§.* 7.
2 *ff. de novi op. nunciat.* arguens à veriſimili, quod † non præſumatur familiam reſpe-

reſpectu domini deliquiſſe, niſi expreſſum ſubinde habuerint mandatum, Anton. de Butr. *in c. fin. de appell.* & Marſil. *in conſil. 3. num. 20.* ait, quod † fa- 3
mulus judicis appellantem malè tractans verbis vel verberibus, non videatur id factum juſſu domini. Batt. *in l. 1. §. fin. ff. quod vi aut clam.* niſi judex præſens adfuerit vapulationi, neque inhibuerit famulo. Anchar. *in c. conſtitutis. ext. de teſtibus. gloſſ. & Dd. in c. Petrus. ext. de homicid.* quod cumprimis obtinet, ſiquidem dominus ipſemet rixæ vel injuriæ à familia factæ auctor fuerit: qui de ſubſecuta cæde, vel damno injuria dato, omninò tenetur, Joan. Andr. *in d. c. Petrus.* Anchar. *d. loc.* ubi generalem hanc conſtituunt regulam: Quod † 4
dominus hactenus non teneatur ex delicto, modò probabilem facti committendi ſcientiam non habuerit, quàm inſcitiam, quia ſolius animi eſt arcanum, juramento probandam eſſe aſſerit Archidiacon. *in c. quia præſulatus. 1. q. 4 num. 3.* Aliâs vulgò hic diſtinguitur pro faciliori controverſiæ reſolutione inter facta continua & ſucceſſiva, ita ut facta ſucceſſiva non videantur ſine domini mandato commiſſa fuiſſe. Alexand. *in d. l. 5. §. 7. ff. de nov. oper. nunc. l. quod juſſu ff. de R. J. c. qui facit. eod. in 6.* per regulam: quod † injuria per inter- 5
poſitam perſonam facta, ab ipſo committente facta dicatur. *l. ſed et ſi. 17. §. ſi juſſu. ff. de injur. l. 1. §. dejeciſſe. ff. de vi & armat.* hinc eſt quod † in Camera, quo- 6
ties in cauſa pignorationis pro mandato ſupplicatur, expreſſa mentio fieri debeat, familiam vel præfectum domini pignoraſſe in rem & contemplationẽ domini, quod niſi fiat, proceſſus denegantur ob nõ fundatam reſpectu rei (officialis) juriſdictionem, qui ſiquidem motu proprio vel affectu privato pignoravit, coram judice competenti eſt conveniendus. *l. 1. §. quoties. & §. quod igitur. ff. de vi & vi armat.* Quanquam Andr. Gail. *de pignor. c. 5. num. 9.* exiſtimet, non neceſſe eſſe, ut narretur in ſupplicatione, pignorationem intuitu domini factam, quoniam mandatum vel ratihabitio præſumatur, vel demum exceptione domini oppoſitâ de non facto juſſu vel rato, proceſſus evacuentur. Sed ad quid refert decernere proceſſus, qui cautela illa poterant commodè præcaveri, quandoquidem proceſſus alias delicati ſint, ac ſæpenumerò, neſcio ob quam clauſularum non ſyllabarum omiſſionem (dicam) denegentur, ut qui proceſſibus mandatorum ſuper conſtitutione de pace religionis ſupplicant, ſiquidem pontificios non appellitarint catholicos, inde proceſſus denegentur, & quæ alia paſſim à Thileman. de Benig. Gylman. & Fridero citata præjudicia. Porrò, † quænam quæſo ratio, cur nemo niſi bis 7
terveq; præſentatus fuerit aſſeſſor, admittatur ad munus illud illuſtre? cur aliquoties præſentatus præfetatur primâ vice ſe ſiſtenti etiam longè eruditiori? & quorſum ſumptus illi à præſentatis facti, quorſum repulſa inde paſſa? Ego minimus, quod ſine jactantia ſcribo, verſatus in Camera aliquando, repræſentabar, ab auguſto Saxoniæ inferioris circulo in anno 1624. una cum viris Magnificis Chriſtophoro Meiſiſch & Wolffgango Awern J. U. D. D.

Digitized by Google

vacante Aſſeſſura locoq; Nobiliſſimi Lothi à Weißbach / ſed ſtante illa difficultate, conſilio Dn. Georgii Gollii J.U.D. & Procuratoris Cameræ celeberrimi, amici mei fraterni & ſinceriſſimi, nolui me tantæ vanitati, & fluctuanti reum fortunæ committere, ſed hæc ſine fraude & præjudicio auguſti illius judicii dicta ſunto.

8 Quæri hic ſolet † quale indicium inde oboriatur, quoties dominus vel paterfamilias famulo vel amico in aurem ſecreta dicat, cujus (domini) inimicus paulò poſt occiſus reperiatur? Reſp. vulgo præ ſe ferre hanc inſuſurrationem mandatū. Jaſon & Dd. *in l.1. C de ſerv. fugitiv.* Alex. *conſil.* 127. *vol.* 4. Ruin. *conſil.* 6. *l.* 5. Marſil. *conſ.* 132. Dec. *conſil.* 234. quod in tantum valere quidam exiſtimant, ut licet dominus plagis ſaltem excipere, non occidere per loquelam tacitam mandaverit, Matthesil. *in ſing. ſing.* 187. cui Fulgoſ. reclamat *in l. ſi quis mihi.* §. *ſed quid ſi. ff. de acquir. hered.* dicens: quod ſiquidem dominus graviter haud offenſus ſit ab occiſo, non poſſe videri majorem commiſſam vindictam injuria, quam ipſe ſuſtinuit ab adverſario. Jaſon *in d. l.* 1. idque potiſſimum, quando dominus ſolummodo expreſſiſſet baſtunationem. Jaſon *in d. l. ſi quis.* imò ſi dixiſſet, fac ut cum iſto cultello ſentiam nova, qui cultellus erat parvus neque ad occidendum aptus. Carrer. *in pr.* 3. *tract. de homicid.* §. *circa ſecundum. num.* 3. Farinac. *d. vol.* 4. *pag. mihi* 482. Confer ſubſimilem caſum apud Johan. Aurpach. *epiſt. jurid. lib.* 4. *ep.* 9 *pag. mihi* 153. *& ſeq.* quod tamen hodie non benignam hanc admitteret interpretationem, pro-
9 pterea, quod † cultellus inter tela armaq; lethalia referatur.

Sciendum autem hic eſto, quod niſi ſtringentibus indiciis aliis hæc præſumptio nihil præſtet, cum fieri ſæpenumero poſſit, ut homines de re licitâ per ſuſurrationes colloquantur etiam ſubſecuta cæde. Bald. *conſil.* 250. *lib.* 1. quoniam jure expeditum ſit, in re dubia ſententiam mitiorem amplectendam eſſe. *l.* 55. *ff. de R. J.* Blanc. *de indic. num.* 232. Farinac. *d. loc.*

Sed quid ſi famulus in aurem domini loquatur, isq; mox cædem committat, an famulus mandaſſe delictum videatur: Negat idem Farinac. *d. loc. pag. mihi* 484. *vol.* 4. Secus eſt ſi famulus aſtitiſſet domino inimicum interfi-
10 cienti. Innoc. *in c. fin. de cler. percuſſ.* juxta illud, quod † aſſiſtentia delicti dicatur actus delicto proximus. Bart. *in l.* 66. *ff. de furt.* Bald. *in l.* 1. *C. de nili agger. non rump.* idq; tantò magis, quoties aſſiſtens vel præſens cædi, arma portaſſe convincatur, quæ circumſtantia indicium aſſiſtentiæ & pravi colloquii retrofacti, omnino arguit. Angel. *de malef. in verbo. Et Andream auxiliatorem. n.* 3. Cæpoll. *conſil. crim.* 2. Equidem enim vero verius indicium eſt, ut qui armatus occiſori adſiſtat, cogitare illum rixas & bella, ut idem Angel. loquitur, & ſi quando neceſſitas urgeat, unà manus inferre aggreſſo: Ut idcirco non pau-
11 ci ſtatuant habendum eſſe hunc † ſpectatorem pro mandante vel auxiliatore, cumprimis ſi occiſorem comitetur, cumve ſequatur patrato homicidio, vel

quod

Digitized by Google

quod turpius, ad evadendum ei opem præſtare ſatagat. Blanc. *de indic. n.* 237. Boſſ. *in tit. de homicid. num.* 25. Si quis autem adſtitiſſet pugnæ hoc pacto & fine, ut † dimicantes ſejungeret, quod officium pietatis eſt, abſit illum incurrere relata jam indicia, quæ interpoſitio quoque non niſi conjecturis liquidis colligi & argui debet. Clar. *in pract. crim. § fin. q.* 9 c. *num.* 8. *verſ. quæro nunquid &c.* quoniam nemo ſe exponere periculis temerè voluiſſe credatur, etenim experientia dictitante, mediator utplurimum & quamprimum ſoleat præ cæteris vapulare, juxta illud: Qui amat periculum, peribit in illo. 12

De depoſitione † mandatarii adverſus mandantem, an & quale indicium faciat, ſupra partim traditum eſt. *lib.* 1. *de nom. ſocior. & de indic. quæ ex mandato reſultant, &c.* quibus addo, quod depoſitio hæc non aliter indicium faciat, niſi mandatarius non fuerit retro ante cõmiſſum flagitium homo infamis, perjurus, adulter, vel in præſentiarum varius, mendax, pauper admodum, vilis, ſibiq; in relatione criminis contrarius. Socin. *conſil.* 118. *nu.* 8. *vol.* 1. *Dd. in c. fin. de teſtib. cogend.* Marſil. *in ſing. ſingul.* 385. ubi adſerunt, quod uti plura adminicula probationem juvant, ita quoque defectus plures annullare & deſtruere eandem. Barbat. *conſil.* 65. *vol.* 4. Salycet. *in l. qui judic. ff. de accuſat.* varietas relationis hic tantiſper conſideratur, quouſque de veritate aliunde non apparet, adeò ut † revocatio nominationis mandatorum, confeſſionem antea factam protſus evacuet, Hypp. *in pract. §. diligenter. num.* 153. Farinac. *conſil. crimin. conſil.* 20. *num.* 4. quod tam de confeſſione judiciali quam extrajudiciali jure conſtitutum apparet. Bart. *in l.* 1. § 23. *ff. de qq.* Farinac. *d. loc.* regulâ tritâ hîc cumprimis militante: Quod † confeſſio in præjudicium & necem alterius regulariter ſine indiciis evidentioribus haud ſubſiſtat. Blanc. *de indic. num.* 20. Caſon. *de torment. c.* 21. *rubric. de confeſſ. ratificat. num.* 6. Theod. Reinkingk *in reſp. de proceſſ. cont. ſag. null. inſtit. num.* 677. ibiq; Wilhelm Antonii *in not. & ad tract.* Hartz *de inquiſ. reor. concluſ.* 50. *num.* 5. quod † nedum inter propinquos obtinere placuit, licet haud præſumatur, patrem filium, conjugem maritũ, & vice verſa, falsò nominare voluiſſe, hinc eſt, quod mulier in virum torqueri nequeat, non ſecus uti lege Julia cavetur, ne teſtimonium litis quis dicat contra ſocerum, generum, vitricum, privignum, &c. *l.* 4. *ff. de teſtib.* Bald. *in l. fin. C. de accuſat.* Farinac. *d. conſil.* 20. *num.* 7. *& conſil. anteced.* 19. *num.* 14. ubi diputat de eo, † cui in aures poſt nominationem mandatoris vel ſocii, quis nonnihil dixerit, iſq; (reus) revocârit poſthac confeſſionem? Et reſpondet, quod hac in parte ſtandum ſit primæ depoſitioni, quandoquidem hoc in aures alloquium non ſecus indicium pariat alicujus ſimulationis, vel de revocanda confeſſione pactionis, ac ſi ſuprà ante delictũ commiſſum ejuſmodi colloquutionem indiciũ generare diximus. Sed ſtringere hîc videtur commune brocardicum, quò placuit, ſocii dicto exculpativo ſine quæſtione magis credi, quam inculpativo cum quæſtione. Idem *d. conſil.* 13 14 15 16 17

18 *conſil.*20.*num.*5. Reſpondeo, id † verum eſſe *κατά τι* non ſimpliciter, ſcilicet ubi nondum præceſſerat confeſſio judicialis, cujus revocationem magis ma-
19 giſq; indicia acuere tradidimus *de indic. gen. c.* Cæterum ubi † mandatarii nominatio extra quæſtionem facta eſt, vel ſi facta quidem, at non indiciis legitimis præcedentibus, nedum hæc confeſſio illi nocet. Bald. *in conſ.* 97.*lib.*5. & Marſil. *in pract. §. diligenter. num.* 60. imò nec ad inquiſitiouem formandam contra mandatarium præſtat. *Dd. d. loc.* Gram. *deciſ.* 28. *& conſil.* 44.*num.*9. quoniam quod ipſo jure nullum eſt, nullum poſſit producere juris effectum. *gloſſ. in l. penult. ff. de qq.* Salycet. *in l.* 2. *Cod. de cuſtod. & exhibit.*
20 *reor.* Alexand. *conſil.*5.*vol.*1. Jaſon *conſil.*188.*lib.*2. ubi † in terminis de quæſtione ſine indiciis legitimis habitâ agunt, in tantùm nullitatem illam taxantes, ut quanquam reus poſtea perſeveret in relatione ſua, planè ſi indicia ſupervenientia eò diſponere jure poſſe viderentur judicem, ut fidem haberet quæſtioni, nedum tamen confeſſio vires acquirat. Alexand. *d. conſil.* 5. *lib.* 1. Bart. *in l.*20.*ff. de qq.* quam concluſionem non pauci quoque ad exceptionem fori declinatoriam, ut ſi judex incompetens reum capiat, faciatq; torqueri indiciis ſufficientibus antecedentibus. *gloſſ. in l.*1. *C. ubi de crimin. agere oport.* Angel. *conſil.*28. Bart. *in d.l.*1.

Præterea evacuatur nominatio mandatarii, quoties urgentiſſima indicia unà non concurrunt contra nominatos mandatores, qui ſunt in numero propinquiorum, ut parentes, filii, conjuges ſorores, &c. niſi odium capitale inter eos intercedere dicatur, quo pacto nominationi tanto minus credendum quoque videri poſſet: Sed ut ut res ſit, in eo vertitur cardo, an indicia illa urgentiora ita comparata ſint, ut juſdicentem merito movere poſſint ad enixã inquiſitionem, Farinac. *d. conſil.* 19. *num.* 19.

CAPUT XXX.

DE INDICIIS HOMICIDII SUI IPSIUS.

SUMMARIA.

1. *Ius natura homini cum brutis commune.*
2. *Homines malè affecti ſibi ipſis mortem inferunt.*
3. *Quæ indicia hic propriè ſtringant?*
4. *Nemo Dominus eſt membrorum ſuorum.*
5. *An bona ſibi mortem inferentium publicabuntur?*
6. *Quomodo conatus hujus delicti plectatur?*
7. *Explicatur l.*23.*§.*1.*ff. de ædilit. edicto.*
8. *Nonnunquam boni angeli impedire volunt hæc homicidia.*
9. *Mors Dioxippi deſcribitur ex Quinto Curtio.*
10. *Pomponii Attici interitus narratur.*
11. *Gypſo epoto Proculejus ſibi mortem conſcivit.*
12. *Romana mors quid Martiali dicatur?*
13. *Hauſtus ſanguinis taurini mortem infert.*

14. Ex-

14. *Explicatur difficilis lex 2. §. 7. ff. de pecul.*

15. *Quid ſi ſervus ſeipſum vulnerat?*

16. *Non licet ſervo in ſe admittere, quod homini libero non licebat.*

17. *De hæreticis aſſerentibus, licere homini ſeipſum occidere.*

18. *Explicatur locus Ionæ c. 1. ſeipſum offerentis morti.*

19. *Ex patribus ventilatur quæſtio, & deciditur, an quis voluntarium eligere martyrium poſſit.*

ETſi † jus naturale, humano generi cum brutis commune, hoc præci- 1
puum impreſſit naturæ, ut qua valet, induſtria, ſtudio, & cura declinet, quæ ſibi nocitura videntur, ut ait Cic. *in off.* adeoq; nihil tam inimicum naturæ, quàm vitæ privatio, avulſio animæ, de ſuo corporis domicilio: Quia tamen experientiç exempla non rarò dictitant, † homines vel conſcientia ſce- 2
leris, timore mortis, periculi inſtantis, mœrore & conturbatione animi, alios affectu quodam phrenetico, melancholico, vel furore ipſo acti ſibimet mortem conſciviſſe, Reinkingk *in reſp. de proceſſ. contra ſag. null. inſtit. n.* 523.

Hoc itaque delictum quantum à naturâ abhorret, tantò gravius eſt, & pœnis gravioribus coërcendum, unde JCtus *in l. fin. §. videri. in fin. de bon. eorum, qui ant. ſent. &c.* ait: Qui conſciſcendæ ſibi mortis cauſa quid feciſſe probatur, nihil eum in alios non auſurum, id quod in ſe auſus eſſet, reſpondit, quin exiſtimandum ſit, nemo dubitat, qua de re *part.* 1. abundè tractatum eſt, quinimò ut ſeparatam infert ſpeciem hoc flagitium, ita quoque ſua peculiaria habet indicia. Sunt autem † ejuſmodi, ut ſi reus ante obitum confeſſus 3
fuiſſet ipſe, flagellari ſe conſcientia ſceleris perpetrati, finem ſe facturum anguſtiarum ſuarum. Iſque dehinc domi vel foras exanimis reperiatur, vel ſi funiculos emere, eosq; ſecum geſtare viſus fuerit, qui poſtea mortuus inventus, neq; ſatis exploratum ſit ipſum aliena non propria manu occubuiſſe, præterea ſi amicis, liberis, valedicens domi, dehinc amiſſus, & in flumine, in fonte, piſcina ſuffocatus reperiatur. Accidit, proh! nuper, ut duæ matronæ nuptæ diverſis tamen temporibus & locis, ſe in amnes præcipitarent, quas, ut fama referebat, ſævitia maritorum & domi res anguſta ad tantam deſperationis immanitatem compulerat.

Atque hos proprii corporis reos, quorum † nemo dominus eſt, *l. li-* 4
ber. 13. *ff. ad leg. Aquil.* Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 1. *num.* 12. in ſterquilinio cum canib. communem habituros eſſe ſepulturam dicit *gl. in c. placuit.* 23. *quæſt.* 5. Roman. *ſing.* 264. Jacob. de ſanct. Georg. *de feud. §. diſtiq; vaſalli. num.* 19. & JCtus *in d. l. fin. §.* Videri atteſtatur, † bona mortem ſibi ir- 5
rogantium in fiſcum cogenda, non relinquenda heredibus. Quod hanc ſententiam habet, modo defuncti tanti criminis rei arguatur, unde bona eorum publicanda eſſent, *l.* 3. *§.* 1. ubi Marci. reſcribit, eum, qui modici furti reus fuiſſet, licet vitam ſuſpendio finierit, non videri in eadem cauſa eſſe, ut bona heredibus adimenda eſſent, ſicuti neque ipſi adimerentur, ſi compertum in eo

 fuiſſet

Digitized by Google

fuiſſet furtum, Imp. *in l. 1. C. eod.* in quo reſponſo apertiſſimè demonſtratur, etiam in quovis criminalis capitalis genere, ſiquidem reus, metu ſupplicii ſibi manus intulerit, publicanda bona eſſe. Itaque quod [1] dicebatur, non niſi in crimine excepto, ubi aliàs bona delinquentium publicantur, bona defunctorum fiſco applicãda eſſe, videtur hoc ipſo Antonini reſponſo evacuatum, ſublatum eſſe, [2] idemque in cauſa furti quin ſtatuamus, hodierno ſeculo nullam videtur habere controverſiam, quandoquidem hodie tam conſtitutione Friderici quam Caroli V. adeoq; generali Germaniæ, Galliæ aliarumq; nationum conſuetudine & jure, quo utuntur, furti accuſatio judicium publicum inferat, ejusq; pœna hodie ſit capitalis.

Ad 1. Reſp. unius incluſionem non eſſe deſtructionem alterius, adeò ut tam jure *ff. d. l. 3. in princ. quam C.* hæ duæ cauſæ conjungantur. [1] Si non ob perduellionis cauſam, ubi intelligere licet, quia hic ſpecies pro genere uſurpetur, quod etiam quævis & ſingulæ criminis læſæ majeſtatis ſpecies ibi contineantur. [2] nec ob metum criminis mortem ſibi conſciverunt, &c. bona ad ſucceſſores tranſmittantur.

Ad 2. Reſp. concedendo *d. §. 1. l. 3.* conſuetudine quodammodo limitatam, interim autem hoc manet, quod non indiſcretè in quavis cauſa criminali bona ſibi mortem inferentium publicari debeant, diſtinguit itaque *d. l. 3.* utrum cauſa furti modici ventiletur, idq; confeſſus ſit reus, non meritò exiſtimandum, quòd ſi cauſa non ita comparata ſit, etiam bona ex contrario ſenſu auferenda non eſſe heredibus, innuit tacitè rationẽ hanc JCtus, quoniã non niſi delati admiſſiq; criminis (intellige probati ex omni aſſe, unde mors naturalis infligenda reo) hæc tranſmiſſio bonorum toleretur: conſequens ergo ut crimine delato nondum autem ex omni parte probato, eademq; pœnam ſanguinis vel mortem non ingerente, rei bona fiſcus non vindicet, propterea quod reus non metu pœnæ, ſed alia accedente humanâ calamitate, morbo caduco, deſperatione, tędio iniquioris ſed diuturni carceris, ſibi mortem conſciviſſe potius videatur, quod expreſsè evincit quoque *l. 3. §. 3.* Ergo ita demum dicendum eſt (*ait textus*) bona ejus, qui mortem ſibi intulit fiſco vindicari, ſi eo crimine nexus fuerit, ut ſi convinceretur, bonis careat, & *ibid.* §. 7. Si qui autem ſub incerto caſu eventu in vinculis vel fidejuſſoribus deceſſerint, horum bona non eſſe confiſcanda, mandatis cavetur.

6 Sed quid ſi tœdio vitæ non conſcientia ſceleris, quis † attentaverit ſaltem ſibi immittere manus violentas, ut dum ſeipſum ſuſpendens laqueo rupto in terram cadat, ſi gladio ſe petiit, non tamen ex vulnere confeſtim cõcidit, utrumne propter attentatum facinus ſaltem puniendus ſit? quod affirmamus, *argum. d. §. videri. l. 3. ff. eod.* ibi: qui ſibi non pepercit, multo minùs aliis parcet, *argum. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. mat.* Royz. *in deciſ.* Litv. *deciſ. 1. pag. 16. & ſeqq.* qua injuria quippe corpus & caro aliena offenditur, eo

gravius

gravius in ſeipſum inferuntur manus iniquæ, ille in legem poſitivam, hic naturalem perverſa & deteſtandâ machinatione delinquit. Coërcendus itaq; reus eſt pro qualitate criminis in ſe admiſſi extra ordinem, pro arbitrio judicantis, prout juſtitiæ candor & vigor diſciplinæ publicæ id admittere ſibi viſum fuerit, modò ne furore vel affectu melancholico furori proximo, agatur reus ſcilicet, qui ipſo furore ſatis ſuperq; puniatur, *l. Divus. ff. de off. præſ.* unde Ulpian. *in l. 23. §. excipitur. 2. ff. de ædilit. edicto.* Cum de † furioſis & impuberibus eſſet locutus, quos fraudem capitalem admittere negavit, excipitur, *inquit*, & ille, qui mortis ſibi conſciſcendæ cauſa quid feciſſet, &c. Meminimus nos mercatorem variis implicatum & innodatum negotiis, indeq; fallitum, ut vocant, factum, vulnera lethalia ſibi cultello inferentem, humiq; proſtratum repertum fuiſſe in cubiculo, qui vulnere curato confitebatur, quod dum moliretur facinus, ſibi ad latus ſtetiſſe puerum laternâ, manu dextra tenentem, totiesque, quando manus adverſus ſe moviſſet, retrahentem eas, ne in ſe delinqueret, proinde commotum, ut extra cubile puerum detruderet, quo abſente, tandem ſubſecutum eſſe flagitium, ut videre liceat, † angelos bonos ſæpe reſiſtere melancholicis, ne attentatum in ſe facinus abſolvere & perficere valeant, ut ſic haud immeritò inter indicia hujus flagitii ſtatuamus malorum externorum incommoda gravia, ut jactura bonorum, honorum, & voluptatis anteactæ, Johan. Spinæ. *de tranquill anim. lib. 7. pag.* 344. quæ uti triſtitiam adferunt non leviorem, triſtitia vero hîc indicia faciat, Rebuff. *in tr. concord. pag.* 722. Ergò & paſſiones ex illa natæ, nam quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt quoque cauſa cauſati, Alphonſ. Toſtat. 2. *Paralipp.* 178. Sic † Dioxippum vita exceſſiſſe Quintus Curtius *lib. 9.* ſuæ hiſtoriæ refert, cum enim poſt Horratam Alexandri Magni militem ſingulari certamine ſuperatum, flagrantibus odio in eum Macedonibus Alexandro Regi ſurrepti aurei poculi, quod in ipſius necem ex compoſito miniſtri ſubduxerant, falſo accuſatum, dum conjectum oculorum, quibus uti fur deſtinabatur, ſuſtinere non poſſet: convivio excedens, epiſtolâ, quæ Regi redderetur, conſcriptâ, ſua ſe manu occidit. Sunt quibus idem conſilium, ut mori quam vivere mallent, morbi impatientiâ ſuggeſſit, quod † Pomponio Attico viro M. T. Cicer. amicitiâ & literis claro accidiſſe memoriæ proditum eſt, eum enim ſenem admodum morbo diu vexatum inito moriēdi conſilio, victu ſuopte abſtinuiſſe, & mortuum fuiſſe tradunt hiſtorici. Proculeium Auguſti Cæſaris familiarem in maximo ſtomachi dolore † gypſo poto, mortem ſibi conſciviſſe Plinius refert.

7 8 9 10 11

Laudat Valerius Martialis Feſtum, qui fœdiſſimi lichenum morbi, in ſe curam non recipientis impatientia gladio incubuit, de quo hi reperiuntur deſcripti verſus *lib. 1. epigram.*

Indignas premeret peſtis cum tabida fauces,
Inq; ipſos vultus ſerperet atra lues.

Siccis

Siccis ipſe genis flentes hortatus amicos,
Decrevit ſtygios Feſtus adire lacus.
Non tamen obſcuro pia polluit ora veneno,
Aut torſit lenta triſtia fata fame.
Sanctam Romana vitam ſed morte peregit,
Dimiſitq́; animam nobiliore via.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis
Fama poteſt: hujus Cæſar amicus erat.

12 Romanam † mortem appellavit Martialis, ut obiter admoneam, quam Romani ſanguinis viri perditis afflictisq́; rebus erant oppetere ſoliti: in quibus Scipio, partibus Cn. Pompeji generi ſui parum feliciter defenſis, in Hiſpaniam navigans, qua vehebatur nave à Cæſariano milite capta, ferro ſe transverberavit, ne Cæſaris eſſet captivus. Similis exitus mortisq́; appetendæ cauſa Catoni Uticenſi viro Clariſſimo Romanæq́; ſapientiæ Principi fuiſſe commemoratur, qui, ne & ipſe in Cæſaris victoris veniret poteſtatem, diſtricto gladio ſe interemit, quem M. T. Cicero præclarè periiſſe ſcribit, & ſic è vita abiiſſe, ut ſe cauſam moriendi nactum gaudere videretur. Nec ſegnior mulierum Romanarum animos ſubiit cogitatio: nam Porcia hujus, de qua nunc diximus, Catonis filia, cognita Bruti mariti ſui nece, ferro, quod ſibi popoſcerat negato, candentium carbonum hauſtu inuſitata mortis ſpecie vitam reliquit, de qua idem Martialis *lib.1.epigramm.* ita ſcripſit.

Conjugis audiſſet fatum cum Porcia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor.
Nondum ſcitis, ait, mortem non poſſe negari,
Credideram fatis hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit: & ardentes avido bibit ore favillas,
I nunc & ferrum turba moleſta nega.

13 Themiſtocles ut à patria oppugnanda, unde exul erat, ſe abſtineret, † ſanguinis taurini hauſtu mortem ſibi conſcivit. Eſt & memorabilis ille Charondæ Tyrii exceſſus, qui cùm ex rure forte reverſus, indictam derepentè concionem gladio, ut erat accinctus, adverſus legem, quàm tuliſſet ipſe, per imprudentiam adiſſet, facti per errorem admonitus, legem, quam non ſolverat, capite ſuo ſanxit ferro, quo erat accinctus, protinus in ſe converſo.

Sed refragari videtur deciſioni antedictæ de coërcendis ſcilicet reis ſeipſos offendentibus, *l.2.§.7.ff. de pecul.* ubi JCtus ait: licere ſervis naturaliter in corpus ſuum ſævire, &c. ad quod Reſp. † conſiderandum eſſe hic, vocem (naturaliter,) nam ſi ponderamus rationem, quam reddit citatis verbis Ulpian. ſubjungendo eam quæſtioni propoſitæ, juridicè eam dictatam fuiſſe
14
apparet à JCtis. Quid enim proponitur? Quærit JCtus, an & quomodo de peculio ſervi, ſive ex rationum reliquis ſive ex delicto quid debeat, dominus deducat

ducat de ſervi peculio, ubi inter cætera hoc proponit JCtus: Quid † ſi ſe 15
ipſum vulneraverit ſervus, an ratione intereſſe hujus, peculiotenus quoque conveniat ſervum, & diſtinguit, utrum ſervus curatus ſit domini ſumptibus, vel ſumptibus ipſius ſervi: Secundum poſterius Reſp. dominum non deductum impenſas, propterea quòd inde nihil detrimenti redundaſſet ad dominum, ſubintelligendo ſcilicet, niſi ſervus ita in corpus ſæviiſſet, quoad ſervitia & operas dehinc præſtandas, prorſus inutilis factus eſſet, quòd ratio in contrarium ſenſum deducta evincit, cæterum in ſervo vulnerante ſe ipſum, damnum inde non emergeret in perniciem domini, ſubnexa ratione decidit JCtus, nihil quoq; deducendum de peculio. Præterea ſi quæratur, an jure publico liceat ſervo ſe ipſum vulnerare, alia quæſtio eſt & de facto propoſito *in d.l.* 2.§.6. longè remotiſſima. Deinde diſtinguitur inter corpus ſervile & liberum, hoc inæſtimabile eſt, eoque *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* ſpectat, illud æſtimationem recipit, neque ita in conſideratione eſt, uti corpus liberum, quanto minus autem hominem liberum occidere vel in ſeipſum ſævire licet, eò magis caput ſervile offendere, caput in ſeipſum inſurgere & vulnerare ſeſe permittitur, cum contrariorum contraria ſit ratio, contrarium jus. Eberh. *in top. in loc. à contr.*

Sed nec hoc obſtare poſſe videtur, ſequeretur enim, ſi liceret ſervo id quod domino † permiſſum non eſt, ſervum eſſe melioris conditionis homi- 16
ne libero, quod abſurdum eſt. ſed ut ſcopum teneamus, ita reſtringendus *d.* §.7. ſcilicet quod ſervo liceat ſe vulnerare reſpectu domini juxta antedicta, non vero reſpectu fiſci & juris publici, cujus intereſt, ne quis re ſua malè utatur, cum nec ſupra modum ſine cauſa cognitâ, dominis in ſervos ſævire licet, ut ait Juſtin. *in* §. 3. *inſt. de his qui ſunt ſui vel al. jur.*

Nec denique obſtat † quorundam ſententia, qui exiſtimant licere ho- 17
mini Chriſtiano ſemetipſum occidere, ut carnem humanam exuentes intentione piâ, eò citius in cœlos animam transferant, qua de re Joh. Papp. *de hæret. & concil. œcum. pag. mihi* 392. cujus ſententiæ adſertores patricianos appellat, jus Canonicum eos Paternianos nuncupat, *cauſ.* 24 *q.* 3. Reſpondeo non niſi hæreticos illam opinionem foviſſe. Papp. *d. loc.* exindeq; nihil inferri poſſe nec debere. *arg. d. cauſ.* 24. neque poſtremo adverſatur *c.* 1. *Jonæ* ibi: tollite me & mittite in mare, ubi Hieronym. *in comment.* exiſtimat, † licere in 18
perſecutionibus mortem ſibi inferre, non eſt noſtrum, *ait*, mortem quidem arripere, ſed illatam libenter ab aliis excipere, niſi ubi caſtitas periclitatur. Ambroſ. uti refert Sixt. Senenſ. *in biblioth. ſanct. lib.* 5. *annot.* 235. ejus fuit ſententiæ, is enim *in lib.* 3. *de virginib.* reſpondet Marcellinæ, neces earum fœminarum, quæ ut pudicitiam tuerentur, ſibiq; manus violentas inferrent, coram Deo haberi inſtar martyrii. Verba authoris memorabilia ſunt, quæ addenda operæ precium eſſe duxi. Jam (*inquit*) ad finem † orationis vela pan- 19

Digitized by Google

denti ſuggeris ſoror ſancta, quid ſuper eorum meritis exiſtimandum ſit, qui ſe præcipitaverunt ex alto, vel in fluvium demerſerunt, ne perſecutorum inciderent manus, cum divina ſcriptura vim ſibi Chriſtianum prohibeat inferri, & quidem de virginibus, in neceſſitate cuſtodiæ conſtitutis enodem habemus aſſertionem, cum martyris extet exemplum. Sancta Pelagia apud Antiochiā quondam fuit annorum ferè quindecim ſoror virginum, & ipſa virgo, hæc primo claſſico perſecutionis domi incluſa, cum ſe à prædonibus fidei, vel pudoris circumſederi videret, abſente matre & ſororibus, vacua præſidio, ſed Deo plenior, quid agimus, inquit, niſi proſpicias, captiva virginitas? & votum eſt, & metus eſt mori: quia mors non excipitur, ſed adſciſcitur, moriamur ſcilicet, vel ſi nolunt licere, moriamur. Deus remedio non offenditur, & facinus fides ablevat. Certè ſi vim ipſam nominis cogitemus, quæ vis voluntaria? Illa magis eſt vis, mori velle nec poſſe, nec difficultatem veremur, quis enim eſt, qui vult mori, & non poſſit, cum ſint ad mortem tam proclives viæ? Jam enim ſacrilegas aras præcipitata ſubvertam, & accenſos focos cruore reſtinguam, non timeo, ne dextera deficiens non peragat ictum, nec pectus ſe dolore ſubducat, nullum peccatum carni relinquam: non verebor, ne deſit gladius, poſſumus mori noſtris armis, poſſumus mori ſine carnificis beneficio. Matris in gremio fertur ornaſſe caput, nuptialem induiſſe veſtem, ut non ad mortem ire diceres, ſed ad ſponſum. Aſt ubi deteſtandi perſecutores ereptā ſibi viderunt prædam pudoris, matrem & ſorores cœperunt quærere. Verum illæ ſpiritali volatu jam campum caſtitatis tenebant, cum ſubitò hinc perſecutoribus imminentibus, inde torrente fluvio excluſæ à fuga, incluſæ ad coronam, quid veremur? inquiunt: ecce aqua, quis nos baptizari prohibet? & hoc baptiſma eſt, quo peccata donantur, regna quæruntur, & hoc baptiſma eſt, poſt quod nemo delinquit; excipiat nos aqua, quæ regenerare conſuevit; excipiat nos aqua, quæ virgines facit; excipiat nos aqua, quæ cœlum aperit, infirmos tegit, mortem abſcondit, martyres reddit. Te, rerum conditor precamur Deus, ne exanimata ſpiritu corpora vel unda diſpergat, ne mors ſeparet funera, quarum vitam non ſeparavit affectus: ſed ſit una conſtantia, una mors, una etiam ſepultura. Hæc effatæ & ſuſpenſæ paululum, incincto ſinu, quò pudorem tegerent, nec greſſum impedirent, conſertis manibus tanquā choros ducerent, in medium progrediuntur alveum: ubi unda torrentior, ubi profundum arreptius, illuc veſtigia dirigentes, nulla pedem retulit, nulla ſuſpendit inceſſum, nulla tentavit, ubi greſſum figeret, anxiæ cum terræ occurreret, offenſæ vado, lætæ profundo. Videres piam matrem ſtringentem nodo manus, gaudere de pignore, timere de caſu, ne ſibi filias vel fluctus auferret. Has tibi, inquit, hoſtias Chriſte immolo, præſules virginitatis, duces caſtitatis, comites paſſionis. Sed quis jure miretur tantam viventibus fuiſſe conſtantiam, cum etiam defunctæ immobilem ſtationem corporis vindicaverit;

Digitized by Google

vertit; Non cadavera unda nudavit, non rapidi curſus fluminum volutarunt, quin etiam ſancta mater, licèt ſenſu carens, pietatis tamen adhuc ſervabat amplexum, & religioſum, quem ſtrinxerat, nodum nec morte laxabat: ut quæ religioni debitum ſolverat, pietate hærede mereretur, nam quas ad martyrium junxerat, uſque ad tumulum vindicabat.

Hæc Ambroſius: ante quem ejuſdem ſententiæ ſe fuiſſe oſtendit Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus: qui inter multa ſanctarum virginum martyria, octavo eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro deſcripta, aut eodem, aut non diſſimili Antiochenæ matris & filiarum exemplo idem perſuaſit his verbis: Admirabilis quædam fœmina fuit genere nobilis, pulchritudine pariter & pudicitia formoſa, cui erant duæ filiæ virgines, ad maternæ pudicitiæ regulam nutritæ, pulchritudine ſimul & moribus æmulâ ſibi probitate certantes. Has declinandæ perſecutionis gratia abſentes, miſſi in hoc ipſum milites Antiochiam venire cogunt. Sed cum perurgentibus militibus vehiculo impoſitæ iter agerent, talibus religioſa & pudica mater ad filias utitur verbis: Scitis dulciſſimæ mihi filiæ, quomodo vos in diſciplina Dei educaverim: ſcitis, quod à parvulis Deus nobis pater, Deus nutritor, Deus inſtitutor extiterit, & quod pudicitiæ & caſtitatis bonum ita mecum pariter dilexiſtis, ut ne oculus quidem veſter unquam ſicut vobis conſcia ſum, laſciviore fuerit maculatus aſpectu. Quid igitur nunc agimus? videtis, quod iſta omnis vis aut à Deo nos ſtudet, aut à pudicitia ſeparare, præſtituentur ergo publicis lupanarib. membra, quæ aër penè ipſe publicus habuit incognita? ne, quæſo, filiæ: quia nec tam parva nobis in Deo fides eſt, ut mortem pertimeſcamus: nec tam deſpecta pudicitia, ut vivere etiam cum turpitudine cupiamus. Quin potius, ſi placet, quod in omnibus tenetis, etiam in hoc ſequimini matris exemplũ, præveniamus impuras carnificum manus, & impudicorum præripiamus incurſus, mundumq; hunc, qui nos ad impuram & impudicam compellet, ac pertrahet vitam, pura & pudica morte damnemus. Cumq; talibus adhortationibus filias ad ſimile propoſitum videret accenſas, ad fluvium quendam, in itinere poſitum, venerunt: Ubi cum ſe humanæ neceſſitatis cauſa deſcendiſſe ſimulaſſent, & paululum cuſtodes, cogente naturali reverentia ſeceſſiſſent, adductis diligentius hinc inde veſtibus, minacis ſe fluvii rapidis injecerunt fluentis. Sed & aliæ duæ virgines per omnia inſignes ſorores, genere nobiles, vita mirabiles, primæ adhuc ætatis ſpecie pulchræ ſatis, ſed anima pulchriores, ornatæ moribus magis, quàm monilibus, ſtudiis apprimè probabiles, non ferentes violari publicis edictis ac legibus caſtitatem, marinis ſe fluctibus demerſere. *Hactenus Euſeb.* Idem exemplum non minus memorabile recenſet. *cap.*17 *lib.*8. Et de Latroniani Almiridenſium Ducis aſſeſſore, Hieron. Drexel. *in heliotrop. lib.* 3. *cap.* 3. *§.* 2. qui permotus martyrum conſtantia & vocibus; Chriſtiani ſumus, exclamantium, fiat voluntas tua in no-

bis domine,&c. ex ſella judiciaria proſiluit in medium forum, & uti Martyres, exclamavit, poſcens martyrium, quod conſecutus eſt.

Reſpondeo ad hæc: non exemplis eſſe judicandum. *l.13, C. de ſent. & interloc. omn. jud. l.1. §. numquid. ff. de poſtul. l.1. ff. quod cui univerſ. nom. &c.* adeò ut ex patribus quoque facta ejuſmodi improbarint, referente Senenſi *d. lib. 5. de Bib. S. pag.* 103. nulla ratione ad conſequentias trahenda. Auguſtin. *de civ. Dei, lib.* 1. *c.* 26. de hiſce martyriis agit, & deciſionem quæſtionis in medio relinquit, ibi: Sed quædam ſanctæ fœminæ tempore perſecutionis, ut inſectatores ſuæ pudicitiæ devitarent, in rapturum atque necaturum ſe flumen projecerunt, eoq; modo defunctæ ſunt, earumq; Catholica Eccleſia veneratione celeberrima frequentantur, de his nihil temerè audeo judicare, utrum enim Eccleſiæ aliquibus fide dignis teſtificationibus, ut earum memoriam ſic honorat, divina perſuaſerit authoritas, neſcio, & fieri poteſt, ut ita ſit. Quid? Si hoc fecerunt non humanitus deceptæ, ſed divinitus juſſæ, nec errantes ſed obedientes, ex his inferendum eſt cædes voluntarias harum virginum fuiſſe peculiares divinæ voluntatis œconomias, non omnibus imitandas, ait Sixt. Senenſ. *d. loc.* Idem de Aſſeſſore Latroniani eſt judicium, cui indubitato Spiritus ſancti motu raptus ejuſmodi & converſio inopinata contigit. De cæteris ſui ipſius cædibus, ad avertendam hoſtium tyrannidem, plagam & ſervitutem, ſcribit Ariſt. 3. *Ethic.* 10. ibi: Mortem autem ſibi conſciſcere ob fugiendam inopiam, aut amorem, aut aliud quippiam grave, non fortis eſt hominis ſed timidi: Eſt enim mollities laborioſa fugere; non enim, quia mors honeſta ſit, appetit ipſam, ſed quia malum devitare ſe putat. Senenſ. *lib.* 8. *in hæreſi* 12. *pag.* 347.

CAPUT XXXI.

DE VENEFICIO EIUSQUE INDICIIS.

SUMMARIA.

1. *Veneficium quid & quotuplex?*
2. *Veneni notatio deſcribitur.*
3. *Venenum bonum quid ſit?*
4. *De compoſitione ſimplicium veneni, ne noceat.*
5. *Pœna veneficii quæ?*
6. *Conatus occidendi veneno plectitur.*
7. *Quale indicium prabeat praparatio & emtio veneni?*
8. *Suſpectus eſt, qui culpam manifeſtam inficiatur.*
9. *Pœna vendentis venena quæ?*
10. *Indicium ex minis, converſatione, nominationeq; collectum.*
11. *Collectio herbarum noxiarum indicia parit.*
12. *Præparatio amuleti ad pervertendos hominum animos ad amores illicitos, indicia refert.*
13. *An herbis, carminibusve amores conciliari poſſint?*
14. *Declaratur affirmativa exemplis variis.*
15. *Quæ probatio requiratur in cauſa veneficii?*

16. *In*

16. In criminibus exceptis judex tranſgredi poteſt communes juris regulas.

17. Quando demum & quomodo quæſtio hic inchoanda?

18. De indiciis, cum venenum reperitur penes inquiſitum.

19. Referuntur adhuc indicia varia.

20. Sub fletu heredis ſæpe riſus profundus latet.

21. Veneno empto, ante tres menſes quam decederet defunctus, quid indiciorum?

22. Venena vendere non licet ſine ſpeciali permiſſione.

23. An murium captatori indiſtinctè venena vendere liceat?

24. Cur Romani venena ſecum parata ſemper habuerunt?

25. Quantum indicium inimicitia capitalis præ ſe ferat?

26. Quid indicii nominatio proferat?

27. Quid de denunciatione veneficii?

PRæterea ad l. Cornel. de ſicariis ſpectat † veneficium, cujus etymon non 1
tam cædem per venena homini inſidioſè illatam, *l.1. C. de mal. & mathem.*
(ubi dicitur, plus eſſe hominem extinguere veneno, quam gladio, quia minus
præcaveri & vitari poteſt, ait Weſenbec. *in parat. h. t. n. 28.* Georg. Adelbert.
Burchard. *in appendic. ad tr. Valent Voltzii ad l. Cornel. de ſicar. num. 94.* ubi
illud Ciceronis *in orat. pro Roſc. Amer.* ad hoc ſubjicit: Tantò graviora eſſe
crimina & majore animadverſione digna, quantò difficilius caventur) quam
præparationem, poſſeſſionem, venditionem, cujus ſcilicet commercium penitus interdictum eſt, *l.35. §. veneni. ff. de contr. emt.* complectitur. *l. 3. ff. h. t.*
Weſenb. *d. loc.* Hypp. de Marſ. *in l. ejuſdem. §. adjectio. ff h. t.* affirmans eos teneri legis Corneliæ pœnâ ordinariâ, quicunque aromata venenoſa, ut verba
ejus ſonant, hominibus fatuis, perverſis & ignotis, ſuſpectis vendant, text.
juris Saxonici huc quadrat *art. 13.* Landrecht/ *lib. 2.* Wer mit Vergiſſtnuß vmbgehet/ vnd deß vberwunden wird/ den ſoll man vff einer Hordten brennen.

Porrò JCtus *in d. l. 3.* ait, veneni appellatione contineri omne, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum eſt, mutat, † diciturq; venenum quaſi 2
per venas eat, per venas ſiquidem tranſiens halitu & efficacia ſua naturam
penitus evertit, bonos & ſalubres humores educit, reliquos inflammat, venas perrumpit, ulcerat, eradit vel obſtruit, Fernel. *3. de comp. med. cap. de effect.*
medic. alias † in bonam quoque partem capitur vox veneni, quoniam me- 3
dicina quoque celerrimè per venas tranſeat, ac de omnibus & ſingulis venis
viſcoſos & malos humores extrahat, hinc potiones medicorum pharmaca
necnon venena à JCto *in d. l. 3.* appellantur: quod diximus veneni mali nullum eſſe commercium, ſic † ſubintelligi debet, niſi id à peritis tractetur & 4
poſſideatur, non hominis necandi, *d. l. quod ſæpè. 35. ff. de contr. emt. vend. l. 236. ff. de V. S.* ſed ſanandi ejus gratia, prout aconitum, quod calore ſuo intenſo &
vehementi hominem citò ſuffocat, mixtum oxymeli, prodeſt morbis frigidis,
ſic arſenicum & Mercurius ſublimatus artificioſa compoſitione poſſunt fieri
ſalubria, Fernel. *d. l. 3.* cui cum ars & bona fides deeſt, propinantes ejuſmodi
venena, indicia homicidii non effugiũt. *l. illicitas. §. ſicut medico. ff. de off. præſid.*

Digitized by Google

5 Deniq; † pœna veneficii deſcribitur *conſtit. crimin. Carol. V. artic.* 109. ubi textus ait: Ut ſi quis veneno damnum dederit hominibus, injuriamve fecerit, is morte mulctandus ſit, igneque comburendus, qui verò utatur veneno, neq; dum alicui damnum illo intuliſſet, puniri quidem ac corripi juxta qualitatem cauſæ debeat. Idem jure civili conſtitutum apparet contra præparantes, vendentes venena, uti paulò ante diximus, quòd ejuſmodi prævarica-
6 tores puniantur capite. *d. l. ejuſdem.* quoniam in † delicto hoc nefando ipſe conatus coërceatur. *Dd. in d. l.* Buchard. *in append. ad tr. Voltzii ad l. Cornel. de ſicar. num.* 95. prout Gobler. refert *ad dict. art.* 109. vidiſſe ſe Lutetiæ Pariſiorum ſacerdotem ſexagenarium antea ex more degradatum, in foro piſcino propter attentatum, in herum ſuum nobilem quendam, veneficium, vivum exuſtum fuiſſe, quæ pœna eò fortius conſtringit veneficum, quoties magiæ & ſortilegii quoq; reus proponatur, convincatur. Demirandum autem conſtitutiones criminales & veneficam & lamiam earumq; pœnas, *in d. art.* 109. paſſim confundere, cum veneficium ſine magia & viceverſa exerceri poſſit. Sed de indiciis veneficii jam dicendi locus.

7 1. Indicia † ſunt præparatio & emtio veneni ſuſpecta, *d. l. illicitas. §. ſicut. ff. de off. præſid.* quorum nullum, ut diximus, eſt commercium, & modo latius dicetur, idq; in ſecreto habitum & cuſtoditum, *quâ de re Livius* 4. Valer. Max. 2. *cap.* 5.

2. Cum primis verò, ſiquidem venena emens coram magiſtratu, *diffiteretur* neque confiteri vellet, ad quid ejuſmodi veneno uſus ſit, aut uti voluerit? nõ tam quod res per ſe ſit periculoſa veneni poſſeſſio, maliq; exempli, *conſt. crimin. artic.* 36. Bart. *in l.* 1. *ff. de parricid.* Dec. *in l.* 6. *num.* 7. *ff. de R. J.* unde Cajus *in d. l.* 35. *l.* 2. *ff. de contrah. empt.* Veneni mali non contrahi emptionem, ait, quia nec ſocietas nec mandatum rei flagitioſæ, ullas vires habeant, quam quod mendacium dicere coram magiſtratu, indicium delicti, ſcelusq; haud
8 immeritò videatur juxta illud Plutarchi: Mihi † ſuſpectus videtur, me parente (magiſtratum parentem appellat) proloqui mendacium, culpam deprehenſam pertinaciter tueri altera culpa eſt. Imò rem manifeſtam inficiari, augentis erat crimen, non minuentis, Tiraq. *in tract. de pæn. cauſ* 30. Ventur. de Valent. *in part. litig. lib.* 2. *cap.* 7. Unde Pontifex *diſt.* 5. *cap.* 4. Bonarum mentium eſt, culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt, Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 30. *num.* 51. quia ſæpè ſine culpa agitur, quòd venit ex culpa.

De venditione veneni mali agit Menoch. *lib.* 2. *arb. jud. caſ.* 369. *& conſt.*
9 *crim. artic.* 37. ibi: † Es ſollen auch alle Obrigkeiten an jeden Orten / die Apotecker vnd ander ſo Gifft verkauffen / oder darmit handthieren / in Gelübt vnnd Eydt nehmen / daß ſie niemand einig Gifft verkauffen / noch zuſtellen / ohn anzeigen vorwiſſen vnd Erlaubung derſelben Obrigkeit.

3. Porro

3. Porrò minæ inter indicia veneficiii quoq; referuntur, *argum.conſt.* 10
crim.44.art. adminiculatæ ſcilicet præſumptionibus aliis, ut odio, inimicitiâ fama, Proſper Farinac. 1.*tit.5.de ind.ad tort. quæſt.*1. Maſcard. *de prob.2.concluſ.* 1057. Caſon.*de ind. tract.7.cap.*1.*num.*13. Gomez. 3.*reſ.* 12. *nu.* 25. levitate vitæ & exequendi facilitate conſuetâ, Farin.*de homicid.q.25. tit.14. num.7.p.4.* ubi adſerit, quod ſi minator ſit juvenis aſſuetus armis & militiæ, præſumatur mox eum minas executurum: idem eſt, ſi minans eſt potens ſtipatus ſodalicio, Farin.*d.loc.* quæ circumſtantiæ tamen ad cauſam homicidii violenti potiſſimum ſpectant. Aliâs vulgò & verè dici ſolet, quod minæ probari poſſint teſtibus ſingularibus ad faciendum indicium. Bertazol.*conſil.*116.*n.*18. Grammat.*dec.5. n.15.* Blanc.*de ind.p.179.in repet l.fin.ff.de qq.*

4. Indicium faciunt familiaritas cum ſuſpectis de veneficio. à quibus venenum mutuari vel veneficium addiſcere poterat reus *argum. d.conſt.crim. Carol.V.art.*44. quò pertinet, ſiquidem vel † hominis necandi causâ colle- 11
ctæ fuerint herbæ venenoſæ, ut napellus, unifragium, cicuta, eſula, aconitum, pituo campas aut buboſtris, aut id quod luſtramenri cauſa datur cantharides, Ulpian.*in l. 2.§.3.ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Vel † pervertendi hominis in 12
inordinatas & depravatas concupiſcentias, ut anaca, ſtergetrum, catanance, charitolepharon, mandragora, &c. unde Apulej. *apo.* 1.

Philtra omnia undiq; eruunt
Antiphates illud quæritur.
Frochiſcili ungues teniæ.
Radiculæ herbæ ſurculi.
Aurea illices bichordilæ.
Hinnientum dulcedines.

Quanquam verò pleriq; † negent, venerem herbis, amuletisve conciliari 13
poſſe, ubi alias in ſenſibus vegetiva quædam generandi vis & facultas deficiat, unde Ovid. *de med. fac.*

Sic potius nos tanget, amor quam fortibus herbis,
Quas modò terribili ſubſecat arte manus.
Nec vos graminibus nec miſto credite ſucco,
Nec tentate nocens virus amantis eque.
Nec media Marſis findantur cantibus angues,
Nec redit in fontes unda ſupina ſuos.

Id tamen vel ex unico eo refelli poteſt, quod Imp. *in l. 4. Cod. de malef.* palàm profiteatur, pudicos ſcilicet animos, artibus magicis ad libidinem deflecti poſſe. Et Accurſ. *in authent. quod pro. Cod. de epiſc. & cleric. §. hoc autem.in verbo, propter quædam.* & Alberic.*in rub.Cod.de hæret.col.*111. & Matth. de Afflict. *in conſtitutione Siciliæ, incip. mala noxia, & in aliâ conſtitutione, cujus eſt initium, poculum amatorium*, hanc ſententiam exemplis comprobant, nec

non

non Hyppol. Marſil. *in l. ejuſdem. §. adjectio. ff. de ſicar. ubi eſt text.* loquens de amatorio veneno, ſicuti & de amatorio poculo, *in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis.* Et hoc pluribus rationibus quoque & exemplis confirmat Jacobus Sprenger in eo libro, quem malleum maleficarum appellat *in prima parte. quaſt. 7.* D. Hieronymus, de quo D. Auguſtinus, ſi is eſt, tale perhibet teſtimonium, quaſi nemo ſciverit, quod ille ignoravit, in vita D. Hilarionis, hujuſmodi rei exemplum retulit, cum juvenis quiſpiam virginem (*ait*) Deo dicatam tactu, jocis, nutibus, muneribus, cæteriſq; hujus generis, quæ ſolent ineſcandæ virginis eſſe principia, in amorem ſui pellicere non potuiſſet, tàdem magicam artem exercens, quam Memphi didicerat, eò amoris puellam traduxit, ut abjecto amictu capitis rotaret crinem, ſtrideret dentibus, inclamans nomen adoleſcentis uſque adeò, ut magnitudo amoris in furorem verteretur, quò pertinet locus Virgil. 4. *Æneid.*

Hæc ſe carminibus promittit ſolvere mentes,
Quas velit aſt aliis duras immittere curas.

Et Juvenalis *Satyr. 6.*

14 *Hic † magicos affert cantus, hic theſſala vendit*
Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti.

Venuſta ſunt verba Plutarchi: Sicut inquit piſcatio, quæ fit medicamentis, ilico quidem & facile piſcem capit, licet eum labefactet & mēſæ haud idoneum reddit, ſic qui perverſis modis explendæ voluptatis gratiâ, conjuges ſubigere vel capere conantur, cum attonitis dementibuſq; & labefactatis ætatem agunt. *Hæc ille.* Sed ut faceta intermiſceamus nonnulla, refert Pogg. Florent. *in facet.* quod cum Abbatiſſam, quam ipſe noverit, amaret frater ordinis minorum, petierit ſæpius concubitum ejus, deneganti verò id mulieri, eo quod ſubvereretur, ne conciperet, exinde pœnam metuenti, pollicitus eſt frater quoddam breve (uti appellari mos eſt) illi daturum, quòd ſi ad collum filo ſerico ſuſpenſum ferret, prohiberet prolem, & eo modo ſecurè ipſam coituram cum quocunque vellet, credidit illa quod optabat: Frater mulierem ſæpiùs compreſſit: Poſt tres menſes mulier gravida reperta eſt, id reſciſcens frater aufugit, Abbatiſſa ſe deluſam conſpiciens, breve illud ſolvit, aperuitq; ut videret, quod intus eſſet ſcriptum: verba hæc fuerunt vulgaria: *Aſca imbaraſca, non facias te ſupponi, & non implebis taſcam.* Optima ni fallor ad ſiſtendam fœcunditatem incantatio. *Hactenus ille.*

De fœcunditate monialium arte vix ſiſtendâ plura refert Wolff. *cent. 14. pag. 597 & cent. 15 rer. memor. p 907. part.* 1. ubi inter cætera ſcribit, quòd Valētiæ, Hiſpaniæ citerioris veſtalium ædes & monaſteria ita patuerint quōdam amatoribus, ut inſtar lupanarium fuerint frequentata. *Sed hæc obiter.* Cumprimis autem (ut ad rem redeamus) moveri ſolet hoc in loco, cum veneni delictum difficilioris ſit probationis, Salicet. *in l. 1. verſ vel ſi teneas. C. de maleſ.*

Digitized by Google

maleſ.& mathem.per text.l. 1. §. *occiſorum.ff. ad SCtum Syllan.* in quo facilius indicia quam probationes allegare præſtet, quomodo hîc procedendum, qualiter probatio formanda, & quænam probatio in cauſa veneni dati ſufficiat?

Aliqui † exiſtimant judicem ex indiciis violentis procedere poſſe ad 15 pœnam, haud vero capitalem, Paul. de Caſtr. *conſil.*299.*lib.*2. *Dd.in c.afferte. ext. de præſumpt.* Foller. *in pr.crim.in verbo, quod ſuffocavit uxorem num.* 24. ubi & hoc ſtatuunt, quòd magiſtratus in hoc paſſu ex indiciis levioribus, ut proportio vel diſparitas potius detur in puncto probandorum indiciorum quoad quæſtionem & pœnam infligendam, jure procedere queat, Carret. *in pr. crimin.num.* 1.*tr.de appell. §. ibi in text. veneſ.n.*5. Foller. *d.loc. §. item quod ſororem.n.* 3. Alexand. *conſil.* 77.*lib.* 1. ubi tradit: quod loco indiciorum ſufficiant hîc præſumptiones leviores. Hinc eſt quod Hypp. de Marſ. ſtatuat, judicem † in criminibus exceptis & atrocioribus, qualis eſt quoque venefi- 16 cii cauſa, tranſgredi poſſe communes juris regulas, Decian. *in tract.crim.lib.*9. *cap.*24.*num.*16. Sed hæc utcunque ſe habent Dd. tradita, non tamen inde moveamur idem facere cum ipſis, neque enim ſequitur, veneficii cauſa probationis eſt difficilioris, uti & adulterii, ſtupri, ergo probationes cum indiciis confundendæ, quæ cauſæ ſive argumenta, ut Ulpianus loquitur, *in lib.*1. §. 4.*ff.de qq.* ubi cauſam indiciorum argumentis diſcutiendam eſſe dictitat, indiciorum ſunt peculiares ad quæſtionem producendam, eaſdemque ad infligendam pœnam quoque ſufficere, quod abſurdum eſt, vel indicia adeò hîc ad quæſtionem inferendam levia præſtare, quo urgentiora pœnam mereri dicuntur. Reluctatur idem Ulpianus *in d.l.*1. *in princ.* ubi dicit: à tormentis non eſſe incipiendum, id eſt, quod toties inculcavimus; nemo torqueri debet ſine indiciis decenter & legitimè, teſtibus duobus, iiſque juratis, in judicio probatis, *Dd. in d l.*1. An verò & quatenus judici in crimine veneficii aliiſque criminibus exceptis jura tranſgredi fas ſit? Diligenter ſanè & accuratè ante alios enucleâvit Cunrad. Hartz *in tract. non contemnendo de reor. & inprimis venefic.inquiſ.jurid. inſtit. concluſ.*4.*num.* 7. *& ſeqq.* ibique fuſim Anonym. *in not. intercal.*

Modus autem † procedendi hîc erit, ut indiciis legitimis extantibus, 17 eo, quo par, deinceps ordine & modo quæſtio inſtituatur, quàm ſi ſuſtinuerit reus, uti communiter receptum eſt, indicia purgantur, quæſtio ejusq; judicium demum evacuatur, niſi novæ emergant præſumptiones, unde quæſtio bis terve repetenda eſſet, judex, qui καρδιογνώστης non eſt, hoc ipſo ſatisfeciſſe ſuo videtur officio, divinæ id relinquens ultioni, quòd ipſe ſua induſtria inveſtigare & punire nequeat.

5. Addo autem indiciis antecedentibus famam & converſationem rei, in domo venenati, quòd potius una, quàm alia perſona curaverit adportari cibos

Digitized by Google

ri cibos venenatos, ut loquitur Farinac. *volum.4.q.11.22.p.4. tit.14. num.61.*

6. Præterea indicium ſuggerit, cum quis clanculum habuerit venena, Gram. *vot.3.n.11.* referente Farinac. *d.loc.* ubi ait: † repertum fuiſſe penes in-
18 quiſitum, mortarium Arſenico repletum, quæ cauſa non modicum ſuppeditârit indicium quæſtioni, Foller. *in pr. crimin. in verbo. item quod ſororem.n.5. verſ. conſtat in eadem chartâ magnam veneni repertam fuiſſe copiam, &c.* quæ & alia applicat Farinac. facto, ubi vir pertæſus conjugii, cui cum malâ muliere inhærebat, fata præparaverat uxori; ſubinde de novo matrimonio cum alia tractans.

19 7. Porrò indicia ſunt † veneni dati, ſiquidem inquiſitus vomitus infirmi clam effuderit, eosq; medicis requirentibus oſtendere noluerit. Paul. de Caſt. *conſil.299.lib.2.* Decian. *in tr.crim.lib.9.c.24.n.12.*

8. Inter indicia ejuſmodi enumeratur, quoties reum reamve clauſo oſtio ſeu occultè cibos coquere vel coxiſſe compertùm eſt. Paul. de Caſt. *d. loc.* Farinac. *d.loc.* adminiculatur hîc, novumq; ſuggerit indicium, ſiquidem coquus vel ciborum coquina ipſamet comedere noluerit cibum, quem venenoſum fuiſſe proponitur. Paul. de Caſt. *d. loc. vide finem hujus capitis.* corroborat hoc indicium, cum diffamatus veneficii lætetur ſuper morte defuncti Farinac. *d.vol.4.q.122.tit.14.p.4.pag.mihi* 210. non ſecus ac ſi incendium exortum eſt, quibuſdam aſtantibus in riſum converſis, quos quæſtioni ſubjugandos eſſe, tradit Laurent. Cavalcan. *conſil.65.in fine.* uti ex adverſo fletus indicia hujuſmodi purgare exiſtimat Foller. *in pract. crim. in verbo, quod ſuffocavit uxorem. num.46.* quod ridiculum apparet *per text.l.19.ff. de off. praeſ.* quia
20 † ſub perſona flentis heredis, ſæpenumero riſus profundus latet. *c. irriſor. de pœn.diſt.3.* Wilhelm Antonii *de reſcript.morat.concluſ.* 68. *num.* 86. *ad fin. edit. alterâ, ubi & alia jocunda videre licet.*

9. Denique indicium veneni dati eſt, quoties venenum fuit inventum in aliqua mixtura parietis domus, cum caſeo & pane, & multo magis,
21 ſi † emtum ſit venenum ante tres menſes, quam decederet venenatus. Farin. *d.vol.4.pag.mihi* 208. nec dubium quoque eſt, quin venena paſſim vendens indicia incurrat, licet ea emant pueri, fatui, & dementes, imo prudentes viri,
22 idq; ideo, quod † venena vendere non liceat ſine ſpeciali magiſtratus permiſſione, *conſt.Car.V.art.37.qua de re ſuprà.* qui dum rei illicitæ operam dant, non ſunt prorſus abſque culpa, tametſi pœnâ mortis indiſtinctè venena vendentes mulctari non debeant. Gomez. *de delict. c.3. rubr. de homicid. num.* 9.
23 Menoch. *de arb.qq.lib.2.caſ.*359. Sed † an venena vendens murium captatori ſine mandato, incurrat dictam conſtitutionem? vide Marſil *in l.3.§.3. ff. ad l.Cornel.de ſicar.* Farinac. *cit. loco.* facit huc conſilium Hippocratis ὐ δώσω δὲ ὐδενὶ φάρμακον αἰτηθεὶς, θανάσιμον, ὐδὲ ὑφηγήσομαι συμβέλιον τοιῶδε, ut medicus ſeu myropola vel rogatus lethale venenum nemini daturus ſit, neque id

etiam

etiam cuiquam conſulturus juret. Paratum tamen † ſemper habebant vene- 24
num Romani ad malos fortunæ caſus, hinc Maſiniſſa Rex, cum amoris impatientia laboraret, fido ex ſervis aliquo accito, ſub cujus cuſtodiâ, more regio ad fortunæ incerta venenum erat, ei miſtum in poculo ferre ad Sophronisbam jubet, ac ſimul nunciare, Maſiniſſam libenter ei primam fidem præſtiturum fuiſſe, quam vir uxori deberet, quoniam ejus arbitrium qui poſſint, adimant, ſecundam præſtare fidem, ne viva in Romanorum poteſtatem veniret, vide Gobler. *d. loc.*

10. Inter indicia refert *conſtit. crim. art.* 35. † inimicitiam capitalem, 25
cum de inimico omne malum præſumatur. Hypp. Bonacoſſ. *de præſumpt. lit. i.* quæ indicia verò inimicitiam arguant, docet Menoch. 5. *præſ.* 43. & licet conſtit. nihil diſponat, utrum ſola inimicitia cum venenato indicium quæſtioni ſufficiens præbeat? dubium tamen non eſt, quin ſolum hoc unicumq; indicium quæſtionem non pariat per regulam tritam & vulgatem: Quod unum indicium nunquam pariat quæſtionem, præterquam de delicto teſtis unicus immediatè deponat. Blanc. *in l. fin. ff. de qq. n.* 175.

11. Et quanquam † nominatio regulariter non pariat indicia, *qua de* 26
re capite præcedenti 27. in veneficii tamen cauſa res ſeſe aliter habet, *per text. in l. fin. C. de malef. & mathem.* Farinac. 1. *tit.* 5. *q.* 43. *num.* 97. Brun. *de ind. p.* 1. *q.* 3. *num.* 20. Gomez. 3. *reſol.* 12. *num.* 16. Menoch. 2. *arb. jud. qq.* 5. *caſ.* 474. *num.* 33. adeò ut quoque indicatura, indiciis concurrentibus, capturæ fundamentum ſtruat. Farin. *d. loc.* † denunciationi perſimilis, *de quâ de indic. gen. c.* 3. hinc 27
Demoſthenes meminit veneficæ ſceleſtæ Lemniæ dictæ, in oratione contra Ariſtogitonem, quam dicit Athenienſes penè omnes occidiſſe, ab ancillis delatam atque indicatam. Sic fides ex SC. dabatur Romæ delatori veneficiorum, ut refert *Liv.* 8. *decad.* 1. cum primores (*ait*) civitatis ſimilibus morbis eodemq; eventu ferè omnes morerentur, ancilla quædam ad Q. Fabium M. Ædilem Curulem, indicaturam ſe publicæ peſtis cauſam, profeſſa eſt, ſi ab eo fides data eſſet, haud futurum noxæ indicium. Fabius rem ad conſules, conſules ad ſenatum referunt, conſenſuq; fides indici data eſt, tum patefactum muliebri fraude civitatem premi, matronasq; ea venena coquere, & ſi quidē ſequi extemplò velint, manifeſto deprehendi poſſe, ſecuti indicem & coquentes quaſdam medicamenta & recondita alia invenerunt, quibus in forum delatis, & viginti matronis, apud quas deprehenſa erant, per viatorem accitis, duæ ex eis Cornelia ac Sergia patriciæ utraque gentis, quum ea medicamenta ſalubria eſſe contenderent, ab confutante indice bibere juſſæ, ſpacio ad colloquendum ſumpto, quum ſummoto populo in conſpectu omnium rem ad cæteras retuliſſent, haud abnuentibus & illis bibere, epoto medicamento ſuamet ipſa fraude omnes interierunt. Comprehenſæ extemplo earum comites, magnum numerum matronarum indicaverunt, ex quibus ad

Digitized by Google

centum & ſeptuaginta damnatæ. Neque de veneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt. Prodigii ea res loco habita, captisq; magis mentibus, quàm conſceleratis, ſimilis viſa. *Hactenus Livius.* Et tantum de indiciis veneficii.

CAPUT XXXII.

DE INDICIIS MAGIÆ ET SORTILEGII.

SUMMARIA.

1. *Continuatio capitum pertexitur, & de primo indicio agitur, ut ſi ſaga alios magiam docere ſatagat.*

2. *Magia ſuſpectus, ſi damnum minatur, indiciis gravatur.*

3. *Converſatio cum ariolis & magis indicium præbet.*

4. *Libri ſortilegiorum indicia pariunt.*

5. *Pactum cum Sathana factum, ſi proponitur conſtare per ſchedulas, indicia facit.*

6. *Contractus ſagæ, unde homo confeſtim ſe male habeat, indicia generat.*

7. *Colloquia audita in ſecreto, indicia pariunt.*

8. *Quale inde indicium, ſi homines ab ariolo requirunt reſtitutionem rei furto ſubtractæ.*

9. *Arioli criſtallis & ſpeculis utentes indiciis gravantur.*

10. *Diabolus vera ſæpè dicit.*

11. *Quid de hiſce, qui ſpiritibus familiaribus utuntur.*

12. *Euſebii de ſpiritibus locus.*

13. *Omnes dæmones maligni ſunt.*

14. *Qualiter dæmoni ſacrificabatur olim.*

15. *Quomodo comedentibus ſpiritus maligni per cibos ſeſe inſinuent & ingerant corporibus ad obſidenda ea.*

16. *Diis gentilibus tres pluresq; quotannis aliquando etiam perſonæ illuſtres fuerunt per ſacrificia oblatæ.*

17. *Decima quotannis in Italia collecta hominum atq; immolata Dæmonibus.*

18. *Subtracta hæc decima nefandam calamitatem invexerunt.*

19. *Carthaginenſes ex filiis excellentiores ſacrificare cogebantur.*

20. *Si ſaga pridem capta dixerit, actum eſt de me.*

21. *Cautela egregia traditur, cur confeſtim ſaga, cum capta eſt, examinanda ſit?*

22. *Qualiter rea de ſociis interroganda?*

23. *Requiſita nominationis deſcribuntur.*

24. *Perjuro non deferendum juramentum.*

25. *Quid de revocatione nominationis? exploſa veterum opinione.*

26. *De nominatione à filiabus ſagarum factâ notabilia.*

27. *Peregrinari coguntur ſagæ & arioli, item nec facile plorare poſſunt.*

28. *Contemptus tormentorum indicia parit.*

29. *Quibus amuletis illa patientia (ut vulgò creditur) contrahatur.*

30. *Cur nova veſtes induenda veneficis.*

31. *Quid de curâ vel antidoto amuletorum ejuſmodi judicandum.*

32. *Schedula ſanguine conſperſa vel ſcripta penes ſagas quid arguat?*

33. *Utrum magus, nomine Fauſtus, vixerit quondam VVitebergæ?*

34. *An mortui evocari & ſiſti poſſint à ſagis? declaratur jucundis exemplis.*

35. *An verus Samuel ſit reproductus à Pythoniſſa, quòd videtur probari proverbiis Salomonis.*

36. *Qui libri Bibliorum pro apocryphis reverâ habeantur?*

37. *Animæ non ritè ſepultorum ab ethnicis creditæ fuerunt poſt emigrationem circumvagari.*

38. *Quid de ſpectris judicandum?*

39. *An diverſi ordines gradusve Dæmonũ.*

40. Nota-

40. *Notulæ ſagarum corporibus inuſtæ indicia ſunt.*

41. *Cur ſagæ apertâ fronte neminem aſpiciant?*

42. *Sagâ extra judicium, veniam delicti petente, quid juris?*

43. *Quare adulterium, veneficii indicium præbeat?*

44. *Magia indicium infanticidii & vice verſa.*

45. *Bodini judicium de Manaſſe rege Iſraëlitarum.*

46. *Muliere in ſtabulis adibusve ſola repertâ alterius, quale inde generetur indicium.*

47. *Nicromantia magiæ indicium.*

48. *Iudicium Bodini de translatione Pſalmorum, & applicato merito Chriſti, Sanctæ Mariæ.*

49. *Bodinus falsò putat, vi aſtrorum Lutherum reformaſſe Eccleſiam.*

50. *Occaſio invocationis ſanctorum.*

51. *Indicium veterum ſcriptorum de multitudine altarium.*

52. *Sagâ hominem vel jumentum ſanare, ſatagente, ecquid inde indicii?*

53. *Characteres in magia maximas habent operationes.*

54. *Magiæ indicium eſt, novos nuptos facere impotentes.*

55. *Per ſenſum myſtum ne definiatur Cabala.*

56. *Circumvagatio cum cyngaris indicium facit.*

57. *Quid de chiromantia? ejus uſu & abuſu.*

58. *An ſola veneficii ſuſpicio indicia pariat?*

59. *Quid ſi faſcinatus in agone ſagam nominet?*

60. *Denunciatio Fiſcalis indicium præbet.*

61. *Experimenta & explorationes ſagarũ.*

62. *De diffidationibus, earumq́ pœnis.*

63. *Mulieres minantes coguntur quoq; de non offendendo cavere.*

64. *Nulla ira intenſior eſt furore muliebri.*

65. *An mulieres ad juratoriam cautionem admittendæ?*

66. *Quando minator inimicus privati, propter ſolas minas ultimo ſupplicio ſit afficiendus?*

67. *Confeſſio extrajudicialis ſub ſpe veniæ & dimiſſionis facta, indicium parit.*

68. *Taciturnitas non niſi indicium parit in cauſa criminali.*

69. *Sagæ fœdiſſimè olent, & cur id fiat?*

70. *Converſatio cum miſſificantibus quid operetur?*

72. *Hiſtoria horrenda de miſſificantibus magiæ ſtudioſis.*

72. *Iudicium Bodini de prælatis Eccleſiæ.*

73. *Inceſtus indicium magiæ.*

74. *Sagæ potant ſanguinem humanum.*

75. *Superſtitiones de laqueis membrisq; ſuſpenſorum.*

76. *An Cabalæ ſcientia indicium pariat magiæ?*

77. *Iudas Maccabæus beneficio Cabalæ devicit Antiochum.*

78. *De indicio vel proba ſagarum per aquam frigidam.*

79. *Argumentum à communiter accidentibus eſt probabile.*

80. *Quæ cauſæ dicantur occultæ?*

81. *De indiciis reatus apud Siculos admirandis.*

82. *Vera miracula jam annos 600. in Eccleſia ſiluère.*

83. *De admirandis aquarum virtutibus latus diſcurſus.*

84. *Impii dicuntur leves in ſacris paginis.*

85. *Diſcurſus Philoſophicus de hoc indicio.*

86. *An noctu ambulones aquas ſupernatent?*

87. *Hiſtoria de fatuo, Sathanam ambulantem ſuper aquas conſpicientem.*

88. *Plagæ & vulnera in corporibus ſagarum reperta, quando indicium magiæ faciant?*

89. *Sathan tarde venientes ſagas ad conventus ſæpe crudeliter tractat.*

90. *Sine venia Sathanæ non poteſt veneficus curare homines.*

91. *Etiam incarceratæ mulieres ſæpe plagas accipiunt à Dæmone.*

92. *Abſentia ſagæ ſub mediam noctem indicium præbet.*

 93. *Silen-*

93. Silentium vel in tempeſta nox quid dicatur?

94. Somnus profundus indicia parit.

95. Laſſitudo inſolita, indicia generat, per triduum continuata.

96. Sagæ plerumq; larvatæ ad conventus properant.

97. Canes inſolitæ ſagacitatis penes ſeſe habere ſagæ ſolent.

98. Canis Cornelii Agrippæ, nec non quarundam monialium deſcribitur.

99. Venefica indurata difficulter ſocias nominat, & unde hoc eveniat, & ratio redditur.

100. Immundicies indicium parit.

101. Mundicies contra inſidias ſagarum præſtat.

102. Simulata pietas in Deum veneficis non inuſitata.

103. Loci aliquot egregii de ſimulata pietate recenſentur.

104. In ſacrificiis ſibi adminiſtrandis, Sathan munditiem requirit.

105. Cur ſæpe veneficæ utantur ſacrâ ſynaxi.

106. Si veneficii ſuſpecta, hominem tacite ſanaverit, indicium naſcitur.

107. Veneficæ vi ſpecialis mandati Diabolici tenentur nocere inimicis.

108. Tactus, collaudatio veneficæ, unde damnum ſequitur, indicium præbet.

109. Mendicitas an indicium referat?

110. An per ſolum aſpectum faſcinatio fieri poſſit?

111. Verbis faſcinationem fieri poſſe extra dubium eſt.

112. De execrationibus ſacerdotum Ethnicorum.

113. Cur Onias Iudæorum ſummus præſul noluerit maledicere Ariſtabulo.

114. De Maſſilienſibus, hominem diræ civitatis in ſeſe recipientem, alentibus.

115. Quænam imprecatio tyrannos occidat?

116. De indiciis phyſiognomiæ in cauſa veneficii.

117. Plaga ſeptentrionalis utplurimum veneficiis ſcatet.

118. Sagæ ſeptentrionales, notas corpori inuſtas, præ cæteris haberi ſolent.

119. Nota corpori impreſſa omnis ſenſus eſt expers.

120. Quæ pœna Magiæ jure civili.

121. Quâ pœna teneatur, qui nemini nocuit, pactum vero cum Sathana fecerit, ſeq; cum eo carnaliter miſcuerit.

122. Qui ſine expreſſa pacto jumentis ſaltem nocuerunt, fuſtigabuntur, eadem pœna quoq; tenentur, qui non niſi criſtallis utuntur.

123. Vltimo ſupplicio afficiendi, qui ligulas nodantes impediunt amores conjugales vel conceptus.

124. Gladio feriuntur, qui ſuper furtis conſulentibus dant reſponſa.

125. Qui arte magica utuntur, ſine pacto Diabolico, ad conciliandos ſibi amores virgis cædantur.

126. Quæ pœna iis dictitanda, qui ſumunt ſibi curare homines maleficiatos vel incantata pecora?

127. Quæ pœna deniq; eorum, qui ariolos conſulunt.

128. Qui comburendi ſunt, ſtrangulari aut decapitari interdum prius ſolent.

CÆterum veneficio affinis eſt Magia Dæmoniaca vel ſortilegium, cum magiæ beneficio veneficium ut maximè exerceri ſoleat, unde συνωνυμικῶς veneficia, & ſaga, ſortilega, alrumna vel maga paſſim dicitur, operæ haud precium ſtatuimus de definitione Magiæ vel ſortilegii hic pluribus retardare, multisq; antea traditis tritisq; hominum aures prægravare, cumprimis, tot libris inde per multas paginas, & definitionum, diſtributionum nec non reſpectivè modorum magiæ & ſortilegii extantibus, inſtituti noſtri ratio de indiciis ſolummodo agere actum requirit, à quibus rectâ auſpicabimur aſſerentes indicia Magiæ vel ſortilegii eſſe.

1. Si diſ-

1. Si diffamatus † magiæ artem execrandam docere alias præſumit, ac 1
proinde operam ſuam locat, vel gratis offert, qui hoc ipſo proculdubio fatetur, ſe magiæ ſcientiam callere. *ordin. crim. Car. V. art.* 44. ibi: Wann jemand ſich erbeut andern leuten Zauberey zu lehren/ ꝛc. Gobler. *ad d. art.* Zieriz. & Anton. Bull. affinis & amicus noſter *ibidem*.

2. Si magiæ † ſuſpectus minetur damnum, nocumentum, incanta- 2
mentum, prout fœminæ vindictarum cupidæ, grandia ſæpenumero minari ſolent, hinc illud Sophoclis *in œdip. Colonen. p.* 290. celebrata vindicta Jovi aſſidet, &c. qua de re infra prolixius. *conſtit. crim. Car. V. prædict.* ibi: oder jemand zu zaubern betråwet/ vnd den betråweten dergleichen beſchehen/ ꝛc. Cunrad Hartz *de reor inquiſ. concluſ.* 4. *num.* 18. ibiq; Anonym. *in not. intercal.*

3. Cùm ſortilegii ſuſpecto frequens eſt † conſuetudo & familiaritas cum ariolis & incantatoribus. *d. art.* 44. ibi: auch ſonderliche Gemeinſchafft mit
Zauberern hat. juxta protritum, ſimile gaudet ſimili, 3

Noſcitur ex ſociis, qui non cognoſcitur ex ſe.

l. 15. 47. §. 18. *ff. de injur. l. nullus.* §. 1 *ff. de act. emti. l.* 25. §. *Pedius. ff. de ædil. edict.* hinc illud ejuſdem Sophoclis *in Antigone p.* 207.

Multos decipiunt leves cupiditates,
Et ignari opprimuntur,
Priuſquam in igne pedem poſuerint, ibidem,
Malum videtur bonum
Illi, cui mentem
Deus impellit ad exitium.

4. Si penes reum vel in conclavi ejus venena mala ſeu opus magiæ quod arguat incantationem, veluti olla impleta bufonibus, membris huma-
nis, item ſi † liber magiæ, aliave inſtrumenta ad incantationem comparata, 4
inveniantur, aut ſi proponatur effoſſum limen domus, ſtabuli, inibiq; defoſſum veneni quicquam, quo homines inficerentur, fuiſſe inventum. *conſtit. crim. art.* 44. ibi: Oder mit ſolchen verdåchtlichen dingen/ geberden/ worten vnd weiſen vmbgehet/ die Zauberey vff ſich tragen/ vnnd dieſelbige Perſon deſſelben ſonſt auch berůchtiget/ das gibt eine redliche Anzeigung der Zauberey/ vnd gnugſam Vrſach zu peinlicher Frage. Hartz *d. concluſ.* 4. *num.* 20. ibiq; *in not. Anonym.*

5. Quo pertinet, ut ſiquidem penes † ſagam veneficam reperiatur, 5
infans interfectus, inſtrumentum ſeu obligatio cum Satana facta, item ſi † ſa- 6
ga ſuſpecta hominem tangat, qui è veſtigio morbo quodam incurabili corriperetur, membrorum diſtorſione, apoplexiâ ſubitove morbo ſtatim afficeretur. Remig. *lib.* 3. *c.* 3. *de dæmoni. quâ de re infra.*

6. Planè ſi ſaga Dæmonem colat, invocet, eidemq; ſacrificium faciat,
vel ſi cum ſathana colloquatur, & ille inviſibiliter reſpondeat, porrò ſi † ea- 7
dem

dem ſæpe noctu abeſſe dicatur, ſi per aërem volitare viſa, ſi præſtigia oculis fecerit, fruges pecora incantando, indicia ad torturam ſunt. Bodin. *d. dæmon. lib.*4.*c.* 2.

7. Similiter ſi mulier in amne ſtans à tergo in aërem aquam conſperſerit, ſi ſaga viſa fuerit animali infundere potionem, quâ id periret, Pet. Binsf. *in l.*4. *C. de malef.*

8. Vel ſi venefica polliceatur aliquem curare, qui ab alia venefica ſociâ ſua infectus ſit, ſi liberaverit infantes à continuo cruciatu illo, quem vocant die gute Hollen/ item quæ Diaboli nomen ſemper ore effutiat, & pueros proprios vel alienos, aut etiam animalia in nomine Sathanæ exectari ſolita fuerit, indicia ad torturam ſunt, Jaſon. *in l.*2.*num* 15.*ff. de jurejurand. Dd. conſil. tom.*2.*conſil.*12.*num.*17. ubi dicitur, quod ſortilegia ad curandos homines vel alium ſimilem bonum finem ordinata permittantur, improbatur hac in re in-
8 diciũ, quod † conſulentes ab ariolis aliisq́; magis petuntur, *conſt. crim. art.* 21. Item es ſoll auch auff der anzeigen / die auß Zauberey oder andern Künſten wahr zuſagen ſich anmaſſen/ niemands zu Gefengnuß/ oder Peinlicher Frage/ angenommen/ ſondern dieſelben angemaſten Wahrſager vnd Anklåger ſollen darumb geſtraffet werden.

9 9. Alias ipſa divinandi ars † quoties per criſtallos & ſpecula furtum aliudve ſimile manifeſtatur, ſatis indicii eſt adverſus ariolos, qui ſpeculis hujuſmodi utuntur, per infra deducenda, neque obſtat, quod unum maleficium tollatur per aliud, quippe cum de aqua turbida ſæpe ſit bibendum, ubi ſtagnantis fluminis aqua deficit, vulnusq́; interdum vulneri addatur, ut curetur utrumq́;. Bald. *conſil.*364.*volum.*3. Brun. *de ind. p.*1. *q.* 3. *num.* 3. Hyppol. de Marſil. *in pr. crim. §. diligenter. n.* 181. ubi ejuſmodi divinationes non ad torquendum, ſed inquirendum ſufficere autumant, nec porrò refert, quantumvis reſponſa ariolorum nonnunquam proſint, *Dd. var. conſil.*12. & quoque Sa-
10 than ſæpenumerò † vera loquatur, *Samuel.* 1.*cap.* 28.*cauſ.*26. *quæſt.*6. quod aſcribendum vel profundæ ejus ſcientiæ, Peucer. *de divinat. pag.*38. *& gloſſ. in c. ſciendum.*26.*q.*4. *& c. pudor.*32.*quæſt.* 2. ubi Dæmon dicitur ſapiens propter ſenectutem & ſeram experientiam, qui cotidie quoque addiſcat, vel intelligentiarum reliquiis & feci corruptæ penes Sathanam remanenti, ſcilicet qui angelica virtute quondam ſpiritus præditus fuit, de quo Apoſt. An neſcitis, inquit, altitudinem Sathanæ, 2.*Cor.*2.*Apocal.*2.1.*Reg.*22.

Reſp. Ad 1. quod mala non ſint patranda, ut bona eveniant, per vulgata. 2. nihil ſolidi inferendum eſſe ex Diaboli reſponſis, qui poſtquã à creatore ſuo defecit æque ut homo poſt lapſum, intelligentiarum virtutes perdidit, mendaciorum atque omnis mali pater factus, nec non angelus tenebrarum, *Johan.* 8. Euſeb. 4 *de proph. Evang. cap.* 2. ubi graviter contra Chryſippum, divinationes hominibus utiles eſſe, adeoque ubivis ariolos colendos ſtatuen-

Digitized by Google

ſtatuentem, graviter diſputat, ibi: At quænam utilitas ſequeretur, ſi futura omninò mala prædiſcas, quæ nemo evitare poteſt, nulla igitur utilitas, imò vero & dolor inde ſequitur. Mœror enim propter futura mala hominum animos perturbat. Nec vero è contra tanta ex prædictione bonorum lætitia homines afficiuntur. Non enim tantum ſolent homines expectatione bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari. Præterea mala nobis imminere niſi audiamus, nullo modo cogitamus, bona verò humanum genus expectare ſolet propter naturæ mirabilem ad ea inclinationem, ita fit, ut bonorum nunciatione non magnopere augeatur lætitia, imò autem nonnunquam etiam minuatur, ſi majora ſponte ſperavimus, quæ vaticinio prædicuntur. Malorum autem prædictione, quoniam præter ſpem ſæpenumero annunciantur, vehementer turbemur, quod ſi quis dicat ideò ipſam conferre hominibus, quia futura mala prædicit, niſi caveamus, is fatorum vim abſtulit, ſiquidem noſtrarum virium non eſt cavere & non cavere. Quod ſi neceſſatio id quod fieri quiſpiam contendat, ut fati neceſſitas univerſa complectetur, ſic divinationis commoditas nulla erit. Fiet enim omninò, quod fatale eſt, etiam ſi omnibus oraculis prædiceretur, oxdipoda quidem & Alexãdrum Priami filium ipſe quoque Chryſippus aſſerit non potuiſſe à parentibus interimi, quamvis ſummopere id facere ſtuduiſſent, ut malum quod ab illis ſibi futurum erat, effugerent, ſic nec divinatio nec ſtudium eis ſuum profuit propter fatorum neceſſitate, *Hæc ille.*

De † ſpiritibus (ut vocant) familiaribus, unde quoque reſponſa de futuris, informationes in artibus & diſciplinis, petuntur, quibus labores cõmittuntur literarii, domeſtici vel rurales, res ſanè peſſimi exempli, & inter cætera indicia ad quæſtionem pertinens indicium eſt, qua in parte ſimiliter non militat uſus & utilitas, ſors ſpirituum vulgò commendatorum, præſertim à ſimplicioribus, quibus tanquam fragili objecto, ut primum ſe inſinuare poteſt Sathan, demulcendo animos ipſorum, non ſecus ac ſi auceps fiſtula utitur ad decipiendas & illaquendas aviculas gratioſo quodam obſequio, quę perſuaſio nedum nova, ſed priſca Diaboli verſutia eſt & calliditas, quâ eo pertraxit pectora mortalium, ut ſpiritum hunc immundum familiarem & bonum angelum nominarent, contra falſiſſimam hanc ſententiam hoc utitur argumento Euſeb. *de prop. Evang. cap. 6.* † omne quod bonum eſt, non prodeſſe non poteſt, & contra, quòd malum, non niſi nocere poteſt, † dæmones autem in genere mali ſunt, qui per ſimulacra vel in ſimulacris operantur, non ſolum brutorum immolationibus, ſed quod abominabile, Theophraſto & Porphyrio teſtibus, cæde & ſanguine hominum ſummoperè gaudent, quomodo ergo boni erunt Dæmones & non ſceleſti atque pernitioſi ſpiritus? Refert idem, novem homines una vice in arvis branchidarum interiiſſe mor-

Oo tere-

Digitized by Google

dem ſæpe noctu abeſſe dicatur, ſi per aërem volitare viſa, ſi præſtigia oculis fecerit, fruges pecora incantando, indicia ad torturam ſunt. Bodin. *d. dæmon. lib.4.c.2.*

7. Similiter ſi mulier in amne ſtans à tergo in aërem aquam conſperſerit, ſi ſaga viſa fuerit animali infundere potionem, quâ id periret, Pet. Binsf. *in l.4. C. de maleſ.*

8. Vel ſi venefica polliceatur aliquem curare, qui ab alia venefica ſociâ ſua infectus ſit, ſi liberaverit infantes à continuo cruciatu illo, quem vocant die gute Hollen/ item quæ Diaboli nomen ſemper ore effutiat, & pueros proprios vel alienos, aut etiam animalia in nomine Sathanæ execrari ſolita fuerit, indicia ad torturam ſunt, Jaſon. *in l.2. num* 15. *ff. de jurejurand. Dd. conſil. tom.2. conſil.*12. *num.*17. ubi dicitur, quod ſortilegia ad curandos homines vel alium ſimilem bonum finem ordinata permittantur, improbatur hac in re in-
8 diciū, quod † conſulentes ab ariolis aliisq; magis petuntur, *conſt. crim. art.* 21. Item es ſoll auch auff der anzeigen / die auß Zauberey oder andern Künſten wahr zuſagen ſich anmaſſen / niemands zu Gefengnuß / oder Peinlicher Frage / angenommen / ſondern dieſelben angemaſten Wahrſager vnd Anklåger ſollen darumb geſtraffet werden.

9 9. Alias ipſa divinandi ars † quoties per criſtallos & ſpecula furtum aliudve ſimile manifeſtatur, ſatis indicii eſt adverſus ariolos, qui ſpeculis hujuſmodi utuntur, per infra deducenda, neque obſtat, quod unum maleficium tollatur per aliud, quippe cum de aqua turbida ſæpe ſit bibendum, ubi ſtagnantis fluminis aqua deficit, vulnusq; interdum vulneri addatur, ut curetur utrumq;. Bald. *conſil.*364. *volum.*3. Brun. *de ind. p.*1. *q.* 3. *num.* 3. Hyppol. de Marſil. *in pr. crim. §. diligenter. n.* 181. ubi ejuſmodi divinationes non ad torquendum, ſed inquirendum ſufficere autumant, nec porrò refert, quantumvis reſponſa ariolorum nonnunquam proſint, *Dd. var. conſil.*12. & quoque Sa-
10 than ſæpenumerò † vera loquatur, *Samuel.* 1. *cap.* 28. *cauſ.* 26. *quæſt.*6. quod aſcribendum vel profundæ ejus ſcientiæ, Peucer. *de divinat. pag.*38. *& gloſſ. in c. ſciendum.*26. *q.*4. *& c. pudor.*32. *quæſt.* 2. ubi Dæmon dicitur ſapiens propter ſenectutem & ſeram experientiam, qui cotidie quoque addiſcat, vel intelligentiarum reliquiis & feci corruptæ penes Sathanam remanenti, ſcilicet qui angelica virtute quondam ſpiritus præditus fuit, de quo Apoſt. An neſcitis, inquit, altitudinem Sathanæ, 2. *Cor.*2. *Apocal.*2. 1. *Reg.*22.

Reſp. Ad 1. quod mala non ſint patranda, ut bona eveniant, per vulgata. 2. nihil ſolidi inferendum eſſe ex Diaboli reſponſis, qui poſtquā à creatore ſuo defecit, æque ut homo poſt lapſum, intelligentiarum virtutes perdidit, mendaciorum atque omnis mali pater factus, nec non angelus tenebrarum, *Johan.* 8. Euſeb. 4 *de proph. Evang. cap.* 2. ubi graviter contra Chryſippum, divinationes hominibus utiles eſſe, adeoque ubivis ariolos colendos, ſtatuen-

ſtatuentem, graviter diſputat, ibi : At quænam utilitas ſequeretur, ſi futura omninò mala prædiſcas, quæ nemo evitare poteſt, nulla igitur utilitas, imò vero & dolor inde ſequitur. Mœror enim propter futura mala hominum animos perturbat. Nec vero è contra tanta ex prædictione bonorum lætitia homines afficiuntur. Non enim tantum ſolent homines expectatione bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari. Præterea mala nobis imminere niſi audiamus, nullo modo cogitamus, bona verò humanum genus expectare ſolet propter naturæ mirabilem ad ea inclinationem, ita fit, ut bonorum nunciatione non magnopere augeatur lætitia, imò autem nonnunquam etiam minuatur, ſi majora ſponte ſperavimus, quæ vaticinio prædicuntur. Malorum autem prædictione, quoniam præter ſpem ſæpenumero annunciantur, vehementer turbemur, quod ſi quis dicat ideò ipſam conferre hominibus, quia futura mala prædicit, niſi caveamus, is fatorum vim abſtulit, ſiquidem noſtrarum virium non eſt cavere & non cavere. Quod ſi neceſſario id quod fieri quiſpiam contendat, ut fati neceſſitas univerſa complectetur, ſic divinationis commoditas nulla erit. Fiet enim omninò, quod fatale eſt, etiam ſi omnibus oraculis prædiceretur, oxdipoda quidem & Alexādrum Priami filium ipſe quoque Chryſippus aſſerit non potuiſſe à parentibus interimi, quamvis ſummopere id facere ſtuduiſſent, ut malum quod ab illis ſibi futurum erat, effugerent, ſic nec divinatio nec ſtudium eis ſuum profuit propter fatorum neceſſitate, *Hæc ille.*

De † ſpiritibus (ut vocant) familiaribus, unde quoque reſponſa de 11
futuris, informationes in artibus & diſciplinis, petuntur, quibus labores cōmittuntur literarii, domeſtici vel rurales, res ſanè peſſimi exempli, & inter cætera indicia ad quæſtionem pertinens indicium eſt, qua in parte ſimiliter non militat uſus & utilitas, ſors ſpirituum vulgò commendatorum, præſertim à ſimplicioribus, quibus tanquam fragili objecto, ut primum ſe inſinuare poteſt Sathan, demulcendo animos ipſorum, non ſecus ac ſi auceps fiſtula utitur ad decipiendas & illaquendas aviculas gratioſo quodam obſequio, quę perſuaſio nedum nova, ſed priſca Diaboli verſutia eſt & calliditas, quā eo pertraxit pectora mortalium, ut ſpiritum hunc immundum familiarem & bonum angelum nominarent, contra falſiſſimam hanc ſententiam hoc utitur argumento Euſeb. *de prop. Evang. cap. 6.* † omne quod bonum eſt, non pro- 12
deſſe non poteſt, & contra, quòd malum, non niſi nocere poteſt, † dæmones 13
autem in genere mali ſunt, qui per ſimulacra vel in ſimulacris operantur, non ſolum brutorum immolationibus, ſed quod abominabile, Theophraſto & Porphyrio teſtibus, cæde & ſanguine hominum ſummoperè gaudent, quomodo ergo boni erunt Dæmones & non ſceleſti atque pernitioſi ſpiritus? Refert idem, novem homines una vice in arvis branchidarum interiiſſe mor-

Digitized by Google

te repentina interrogantibus, quænam cauſa necis eorum eſſet? ſic reſpondiſſe Apollinem.

Torvus Dionyſi famulus pana auriq; cornis,
Per nemora obſcura gradiens monteſq; per altos,
Pinum una atq; alia reſonam Syringa tenebat,
Geſtabatq; manu, multos in corpore vaſto,
Proſtravit mortiq; viros dedit horridus ille.

Audis homicida? vides figuram? perſpicis res geſtas panos, quas Apollo expoſuit: Quomodo igitur bonus eſt Dæmon, qui talia faciebat?

14 Cæterum quam horrenda † infernalis ille ſerpens animis incredulorum, quo primum cultum in ipſis inſtituat, ſe ingerere poſſit, non tam ſacræ quam prophanæ literæ abundè conteſtantur, Euſeb. *c.* 12. *d. lib.* 4. refert, comedentibus hominibus advenire ſpiritus immundos, & ipſis cum cibis & po-
15 tu inhauriri eos, *ibi*: † comedentibus n. nobis adveniunt & inhærent corpori, idcircò jejunium & caſtitas maximè laudantur, non quia principaliter Deus bonus iſtis placetur, ſed ut recedant illi, qui ſanguine & immundicia gaudentes, ut his fruantur, in utentium corpora ingrediuntur, certum enim eſt, quia vehemens caducarum rerũ cupiditas, & appetitivi ſpiritus impetus non aliunde quam ex præſentia iſtorum maximè creſcunt; Quare cum appetitio nimiùm inflammata eſt, & voluptatis ardor animum ita exagitat, ut omnis cogitatio ad exteriora vagetur, tunc hujuſmodi Dæmonum præſentiam eſſe cognoſcas, quorum præſentia facit, ut appetitus in corpore noſtro multiplicetur. Qui hominum ſenſus ita obſedentes impuri ſpiritus adduxêre ad colendum dæmonum infelicem turbam, *quâ de re idem author c. 6.* qui paucorum manibus ineſſe arbitror, adſcribere lubet nonnulla memorabilia, exiſti-
16 mans benevolum lectorem inde non offendi poſſe. In templo † Palladis Agravelæ & Diomedis, homo immolabatur, qui ab adoleſcentibus ter circum aram ductus, tandem à ſacerdote haſta percuſſus & in rogo impoſitus, igni cremabatur. Apud Ægyptios in Heliopoli homines immolatos fuiſſe, Maneth. *in lib.* 2. *de piet.* teſtatur; Junoni tres quotidiè, quos inquirebant, an mundi eſſent, *idem auth.* Lacedæmones quoq;, ut Apollodorus ſcribit, hominem Marti ſacrificare ſolitos, & Phœnices bellorum aut peſtilentiæ calamitatibus amiciſſimi Saturno ſolebant immolare. Ariſtomenes Meſenius Jovi, quem illi appellant Ithometem, trecentos ſimul ſacrificavit, in quibus Theopompus etiam Lacedæmoniorum rex fuit, nobilis ſcilicet ac regia ho-
17 ſtia. Et refert Dionyſ. Hall. 1. *de antiq. ital.* † decimas hominum exactas, &
18 immolatas fuiſſe Sathanæ, quòd cum aliquando † intermitteretur, Italiæ maximam cladem natam fuiſſe: Verba ejus ſunt: nullus in arboribus fructus, *inquit*, ad maturitatem uſque permanſit, ſed immaturi omnes defluebant, nec ſpicæ ſemine replebantur, nec herbæ pecori ſufficientes germinabant,

bant, fontes quoque ipſi bibi non poterant, alii æſtatis tempore deficiebant, & aut mulieres abortum patiebantur, aut nati pueri manci & diſcerpti erant, cætera quoque hominum multitudo ægrotatione ac morte crebrius quam ſolebat, vexabatur, ſciſcitantibus ipſis, quid in Deos commiſerint, quidque facturi, ut ab his peſtibus liberarentur? reſponſum fuerat, quia cum impetraſſent, quæ petierant, non reddiderunt omnia, quæ voverunt, ſed majora adhuc debeant, quæ ſi reddiderint, mala conquieſcent, Pelaſgi enim & Aborigines nihil ſibi terrâ producête voverât, Jovi atq; Apollini ex naſcituris, decimam ſe partem immolaturos, ceſſavit poſtea talis calamitas, & illi fœcundiſſimo rerum uſi proventu decimam naſcentium omnium partem ſacrificabant; ſunt verba Euſebii *d. loc.* Simile enarrat exemplum *in eodem capite.* Dicebant Carthaginenſes Saturnum ſibi iratum eſſe, quoniam prius ipſi † excellentiores ex filiis ſuis ſacrificabant, poſtea verò clam emptis infantibus atque educatis liberorum loco immolabant, cumque diligenti factâ inquiſitione, multi ex ſuppoſitis invenirentur, ſacrificari facile animos induxerunt, ut crederent ad obſeſſionem urbis hoſtes idcirco divinitus miſſos fuiſſe, quoniã priſcos Deorum honores non ſervarent. Itaq; Deos placare ſtudentes ducentos ex nobiliſſimis adoleſcentibus publicè ſacrificarunt. Trecenti verò alii, quoniam ſuſpectos ſe eſſe videbant, ſponte ſe tradiderunt. Erat autem apud eos ænea Saturni ſtatua magnitudine mirabilis, cujus manus in terram extenſæ ita erant in gyrum, ut qui ad eum provenire adoleſcentes cogebantur, ingentem foveam ignis repletam inciderent. 19

An & qualiter indicium ad torturam faciant impoſitio muliercularum in aquam frigidam, item ſi reperiantur ſigna ſive notæ quædam corporibus ſagarum impreſſæ, vel ſi altera confiteatur venefica ſociam nominatam, habere reconditam domi ollam adipe impletam, quali inungi ſoleat convolatura ad ludos & choreas ſagarum, aut aſſerant in hujus vel illius mulieris ſcrinio reconditum eſſe globum cæreum, cui ſerpentis ſint inſertæ exuviæ, quo globo mulier utatur in perniciem hominum, atq; hæc ita reperiantur in ciſtâ vel ſcrinio fœminæ, vide Bocer. *in tr. de qq. & tort. cap.* 3. *nu.* 99. *n.* 100. 10. *& ſeqq.* ubi haſce quæſtiones examinat, quas & ſimiles, nos ordine proſequemur. Præterea indicium pariunt magiæ vel ſortilegii.

10. Si ſaga † capta dixerit triſtabunda, actum de me eſt, vel ne morte 20 vel tortura afficiatis, veritatem ſponte loquar, & cætera. Godelm. *de magis & veneſ. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 26. Matth. Berlich. *in concl. pract. p.* 4. *concl.* 4. *num.* 150. Bodin. *de dæmon.* 4. *c.* 4. *pag. mihi* 557. *in idiomate germanico.* ubi hanc tradit cautelam, ut nempe ſaga, quam primum capta ſit, examinetur, † rationem 21 reddit, quia (*inquit*) capta recens à Sathana deſeritur, itaque obſtupefacta & puſillanimis inde effecta, citius veritatem dixerit, quam ſi ſola, diuq; carceribus teneatur, Sathan enim temporis intervallo ſe aſſociat viciſſim mulieri,

eamq́; quid reſpondeat judici, inſtruit, Berlich. *d.loc.pag.* 115. *num.* 164. Prædictum verò indicium inde potiſſimum cauſatur & inſtruitur, quod certum ſit, in genere maleficii notam eſſe, cùm quis ſe ante condemnat quam accuſatur, ut ex Bodin. poſt Gylman. notavit Anonymus *in not. ad Cunrad.* Hartz *tr. de inquiſ. reor. concluſ. 4. in art. n.* 24.

11. Nominatio quoque indicium hic ſuggerit, concurrentibus indiciis. Cardinal. Tuſch. *tom.* 8. *pract. concl. lit. V. concl.* 69. *incipit, regula quod venenum. num.* 13. Clar. 5. *ſent.* §. *fin. q.* 21. *num.* 8. Boër. *deciſ.* 319. Menoch. 2. *de arb. jud qq. cent.* 5. *caſ* 474. *num.* 56. Cunrad. Hartz *d. tr. concluſ.* 2. *num.* 21. &
22 ibi *in not. Anonym.* 1. Siquidem † ea ſub quæſtione emanaverit. *conſtit. crim. Car. V. art.* 31. §. 1. ibi: Jn der Marter/2c. Hartz *d. concl.* 2. *nu.* 20. *ibiq́; in notat. Autor.* 2. reo non de individuo, ſed in genere de ſociis interrogato, *d. art.* 31. ibi: Vnd alſo auff dieſelbe Forſchen/2c. Anonym. *in not. intercal. ad d. tract. Hartzii concluſ.* 10. *nu.* 22. *ubi innumeri citantur Dd.* 3. eoq́; nominante ſocios cum aliquot circumſtantiis, loci, temporis, ſubſidii, *d. art.* 31. ibi: Zum andern gebühret ſich es/2c. 4. magiſtratu ſubinde, num nominatus quoque retrò fuerit inimicus rei & vice verſâ, diligenter ſciſcitante. *d. art.* 31. ibi:
23 gebühret ſich es zu erkündigen/2c. 5. ac de indiciis aliis, † cum ſola hæc nominatio, ut monuimus, non ſufficiat, inquirente. *d. art.* 31. ibi: Daß die beſagte Perſon/2c. 6. ut reus confeſſor perſeveret in nominatione, neque eam judicialiter revocet. *d. art.* 31. ibi: ſo ſoll der Sager/2c. 7. ut juratò eam poſſit repetere, modo perſona ſit non prorſus deſperabunda, adeoq́; Sathanæ vinculis conſtricta, ut juramentum de ipſa fruſtra requiratur. juxta illud, wer vorhin deß Teuffels iſt/hat gut ſchweren/ Hyppol. de Marſ. *in pract. crim.* §. *diligenter. num.* 62. *claſſ.* 5. *ſent.* §. *fin. q* 21. Boër. *deciſ.* 319. Menoch. 2. *arb. qq. cent.* 5. *caſ.* 474. Ludov. Gilhauſ. *in arb. crim. c.* 6. *p.* 7. *de qq. ſect.* 2. *num.* 41. Godelm.
24 *de veneſ.* 3 *cap.* 9. Roland. à Valle *conſil.* 73. *num.* 18. *lib.* 1. ubi tradit, quod † perjuro reo hoc juramentum deferri non queat: de quo & conſulendus Cunrad. Hartz *de inquiſ. reor. concluſ.* 6. *num.* 18. *& ſeqq.* ibiq́; Anonym. *ſparſim in not.* Interea vero manente hoc, ut ſiquidem unum prædictorum ceſſet requiſitum, nominatio prorſus evacuetur, nec quicquam efficaciæ præ ſe ferat. Jul.
25 Clar. *d. lib,* 5. §. *fin. q.* 21. Berlich. *d. p.* 4. *concl.* 4. *num.* 120. non ſecus, ut † nominatio rite facta à reo ad ſupplicium deducto publicè revocatur. Foller. *in pr. crim. pag.* 659. *num.* 184. Salycet. *in l.* 11. *C. de teſtib. num.* 6. quam omnino ſtringere pleriq́; proponunt, quoties nominatus aliis indiciis non erat gravatus, *conſt. crim. art.* 31. ibi: Wo aber der Sager ſeine Beſagung. Godelm. *d. lib.* 3. *c.* 11. in tantum licet magiam confeſſus fuerit nominatus ſponte vel neceſſitate. *d. text. Car. V.* Berlich. *d. concl.* 4. *num.* 124. quam ſententiam tamen nos tam crudè imitari non poſſumus, niſi unà demonſtratum ſit, quæſtionem ſine indiciis legitimis præcedentibus inſtitutam fuiſſe. Quivis enim subornare
poſſet

Digitized by Google

poſſet nominatus nominatorem revocantem dicta ſua, quod facilè admitti non debet, ne delicta maneant impunita. *Dd. in l. 3. C. de epiſcop. audient.* Bodin. *d.c.1.lib.4.pag.mihi* 5611.

12. Indicium eſt nominatio facta à filiabus ſagarum, Bodin. *de dæmon.*
lib. 4.c.1. ubi adſerit, viam expeditiſſimam eſſe inquiſitionis, ut † ſi quam fi- 26
liam habeat illa, quæ confiteri ſponte nolit, ipſa ut ſpe promiſſi præmii vel veniæ, de matre interrogetur. Rarò aut nunquam enim non fieri affirmant, quin filiæ ſagarum unà conſciæ ſint facinoris materni in hoc paſſu, adeò ut quamplurimum filias adhuc in utero ſoleant ſagæ offerre Sathanæ. *d.c.1.pag. mihi* 558. *in idiomate germanico.* ibi: Dann vnter dieſem Geſinde nichts gemeiners/ als daß die Mütter jhre Töchter verführen/ vnd ſie dem Sathan ergeben/ auch offt ſo bald ſie gebohren werden/ ꝛc. & idem *pag.* 556. vnd auff dieſe weiſe hat Herꝛ Bovin Burgvogt *en chateau Roux* durch ein junges Töchterlein/ welches die Mutter verführet gehabt/ alle der Vnholden Händel erfahren/ vnd die Hexen zu Longuy in Potez/ deren wir droben gedacht/ ſeyn auch durch ein junges Töchterlein verkundſchaffet worden.

13. Indicium parit † peregrinatio & circumvagatio, dann gemeinlich 27
ſpüret man (inquit Bodin *pag* 55.) daß die Hexen vnd Hexenmeiſter nicht ſtets an einem Ort wonhafftig bleiben/ ꝛc. ubi etiam inter indicia refert, ſiquidem ſaga antehac nunquam flere viſa fuerit, cum alias lacrymari & plorare fœminarum ſit proprium, juxta illud Ovidii:

Vt flerent oculos erudiêre ſuos.

De quo indicio poſteriori conſulendi Dd. quos ſuffertim citat Anonymus *in not. intercal. ad tract.* Hartzen *de inquiſ. reor. legit. inſtit. concluſ. 4. in artic. num. 22. ad fin.*

14. Indicium eſt † patientia tormentorum, cujus meminit Ulpian. *in* 28
l.1. §.23. ff. de qq. ibi: pleriq; patientia ſeu duritie ita contemnunt tormenta, ut exprimi veritas nullo modo poſſit, quam duritiam, imprimis verò quoties ſub quæſtione dormire deprehenduntur ſagæ, indicium facinoris eſſe ſtatuit Bodin. *d.c.1.lib.4.pag.* 562. Damhoud. *in prax. crim. cap. 37. num.* 21. Hypp. *in pract. crim. §. nunc videndum num.* 52. Berlich. *d.p.4. concl.4. num.* 169. ubi di-
cit cum Marſilio, quod † farina cum lacte matris & filiæ mixta epotâ & ſum- 29
ptâ à reo, vel placentâ inde facta devoratâ ſiſtat dolores tormentorum. Expertum quoque ſæpenumero, reos chartas veſti vel capillis inſertas foviſſe, quibus inſcripta erant hæc verba Poëtica.

Imparibus meritis tria pendent corpora ramis
Diſmas & Meſas, in medio eſt divina poteſtas
Diſmas damnatur, Meſas (geſtas alii legunt) *ad aſtra levatur.*

Fuerunt hi duo, intra quos crucifixus eſt Meſſias mundi à Judæis, latrones Godelm. *de mag. & venef. lib. 3. c. 10. num. 39.* Wier. *de præſtig. dæmon. 5. c. 5.*

30 Quapropter Bodin. *d.loc.* ſuadet ſeriò, ut † veſtes exuantur, crine tondeantur rei, priuſquam torqueantur, ibi: Da ſoll man jhnen die Kleider verändern/ vnd alles Haar miteinander abſchneiden.

31 Prout ad confundenda illa elogia vel † amuleta, quibus dolores ſiſti creduntur, nonnulli ſcribunt ſufficere verba hæc ex Propheta recitanda à judicibus: dominus labia mea aperiat, & os meum annunciabit veritatem, vel eructavit cor meum verbum bonum, vel dicam ego cuncta opera regi, vel cõfundatur nequitia peccatoris, perdas omnes, qui mendacium loquuntur. Bodin. *d.c.* 1. ubi teſtatur, quod ipſe nunquam voluerit hæc verba ſcripturæ ſacræ uſurpare in gratiam magiæ eruendæ. Paul. Chirland. *de qq. q.* 4. *num.* 14. Wier. *de praſtig. dæmon.* 5. *c.* 12. Nec deſunt, qui immiſſa in os rei aquâ frigidâ, dæmonem fugari opinantur, Nicol. Remig, *de dæmon.* 3. *cap.* 9. quæ proba ridicula eſt, nec adſertores juſtos habet, uti & verba illa ſcripturæ recitanda, vel quæ remedia alia adverſus recitationem hiſtoriæ paſſionis Chriſti ab illis verbis, quem quæritis Jeſum Nazarenum: cœptam, & ad verba: & inclinato capite emiſit ſpiritum, &c. continuandam, uſurpanda, relata à Matth. Berlich. *d. concl.* 4. *num.* 170. & 176. Hyppol. de Marſil. *in prax. crim. §. nunc videndum. num.* 52. *verſ. item judex in quantum poteſt, &c.* Jodoc. Damhoud. *in pr. crim. c.* 37. *num.* 21. *verb. tandem quibuſdam aſtantibus.* Utrum verò præcedentibus his & ſimilibus caſibus judex atrociorem & maximè inuſitatum tormentorum modum decernere poſſit? Videndum eſt ex his, quos more ſuo allegat, edecumatis ſcriptoribus, Autor Anonymus *in notis intercal. ad tr.* Hartz *de inquiſ. reor. concluſ.* 9 *n.* 29.

32 15. Indicium eſt, quando † penes reum ejuſve ſupellectilem reperta fuerit ſchedula, ſanguine vel atramento ſcripta, qua certo pacto Sathanæ ſeſe
33 quis devoverit. Bodin. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 571. uti † Fauſtum famoſum magum factitaſſe dicitur, quem Witebergæ habitaſſe quondam, Witebergenſes paſſim inficiantur, & memini Fridericum Taubmannum Poëtam publicè hac de re diſſeruiſſe, idemq; pernegâſſe: tantum quidem per hiſtorias conſtat extitiſſe quidem magum inſignem cognomine Fauſtum, natione patria Wirtenbergicum, referente Camerario *in horis ſucciſ. med. hiſtor. lib.* 2. *c.* non Witebergicum, grandi à ſcriptore commiſſo æquivoco, juxta illud:

Errorum genetrix eſt æquivocatio ſemper.

Sed nihil nobis, cum Fauſtis illis, properemus ad ulteriora.

34 16. Indicium eſt, quoties reus † obfaſcinare poſſit vel perſtringere oculos hominum objiciendo phantaſma, vel res ludricas & inuſitatas proferendo, mortuos producendo. Quemadmodum Pauſanias Bizantius animam virginis Cleonicis exorciſmis diris evocavit ab inferis, à quâ Paulo ante nocturno tempore miſerè divexatus erat, ſtrupraverat autem virginem viventem. Spectrum apparens, quod evocatione placare ſtudebat, prædixit ipſi, fore

Digitized by Google

fore, ut mox morte immaturâ extingueretur. Plutarch. *in lib. de ſerv. num. vinatic.* Petr. Gregor. Tholoſan. *de immortal anim. tom.* 1. *art. mir. c.* 16. Simile exemplum evocati à Pythoniſſa Prophetæ Samuelis, 1. *Samuel.* 28. Bodin. *lib.* 2. *de dæmon. c.* 3. *circ. med.* ubi † exiſtimat verum Samuelem fuiſſe evocatũ 35
non phantaſma vel ſpectrum, quod probat *proverb. Salom.* 46. quem textum luculenter affirmare dicit, Samuelem defunctum vaticinatum fuiſſe, prædicentem Saulis interitum *&c. eodem pag.* 266. *idiomate germanico* (*mihi*) ibi: Daß Gott ſeinen willen gleich ſo wol durch Zauberer/ Hexen vnd böſe Buben/ als durch ſeine Außerwehlte könne offenbahren vnd kund thun. Sed quia communis theologorum ſchola id ἁπλῶς negat, Tertull. *in lib. de anima. circ. med.* ſoli Bodino fidem hic habere periculoſum eſt, nec obſtat locus proverb. qui ab orthodoxis pro authentico non habetur, non minus ut libri † Judith, To- 36
biæ, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Maccabæorum; ex Novo Teſtamento Epiſtola ad Hebræos, Epiſtola Jacobi & Judæ, Apocalypſis Joannis, quanquam Iſidorus *in Proœm. de lib. Vet. & Nov. Teſt.* atteſtetur, hebræos non recipere niſi ſolummodo libros Judith, Tobiæ & Maccabæorum. Auguſtin. *c.* 11. *contra Manich. in lib. de bonitate perſeverantiæ* longè aliter ſentiens (*inquit*) ſcripturã non cujuſvis privilegio, nõ dicam ſacrilegio, modo recipienda partim, modò rejicienda argumento 1. *Petr.* 2. *verſ.* 21. cum ſimus exſtructi ſuper fundamentis Prophetarum & Apoſtolorum. Becanus Jeſuita *in faſcic. contr. theolog. in loc. de lib. canon.* rem omnem Concilio Romano definitam ac deciſam eſſe ſtatuit.

Obiter quoq; hoc in loco notari poſſunt tradita Philoſophorum vete- 37
rum, animas defunctorum † haud ritè ſepultorum ſolummodò vivẽtibus apparere credentium, ſive arte magicâ, ſive extra magicã idipſum contingant. Qua de re Homerus *Iliade* 23. *ibi*: θάπτε μὲ ὅττι τάχιστα. Sepeli me quam citiſſimè. Plato autem in phœdone, malorũ animas aberrare cogi ait, pœnas inde ſcelerum dantes. Et legitur *in c. Theodoſiano Novell. de ſepulchris tit.* 5. amant animæ (*ait Novella*) ſedem corporum relictorum, & neſcio, quâ forte rationis occultæ, ſepulchri honore lætentur. Lutherus *in lib. de abuſ. Miſſæ Pontif.* † ſpectra ejusmodi appellat leichtfertige vnnd betriegliche Geiſter. Gregor. 38
Tholoſan. 2. *art. mirab. cap.* 6. vocat hoſce Dæmones, qui homines noctu terrent, joculatores, quoniam (*inquit*) non Diaboli omnes inferni profundi clauſtris, ſed partim ſuper terram, partim terra concluſos, partim in aquis, aëre concluſos à ſpiritibus ſuperioribus demandari, teneri. Tholoſan. *d. loc.* hinc eſt, quod Dionyſ. Carthuſ. *in Areopag. cœleſt. ſive angel. Syrach. cap.* 4. *art.* 18. † in inferno & inter Diabolos reſpectu divinæ providentiæ diverſos 39
ordines quoq; apparêre, Warem. ab Erenberg *de fœd. p.* 1. *pag. mihi* 98.

17. Indicium eſt, quoties rea, vel reus magiæ delatus, † notulas 40
corpori inuſtas, quibus quaſi ſignatus ſit, habeat, Godelm. *de mag. & veneſ.* 3.

cap. 3.

Digitized by Google

cap.3.num.26. Matth.Berlich.*d.p.4.concl.4 num.*153.*&* 154. ibi: ut autem hæc nota eò facilius à judice cognoſcatur, ea utplurimùm habet ſignum ſeu veſtigium leporis,& locus ille,ubi inuſta eſt, prorſus ſenſus expers eſt, ut quamvis acus ad oſſa uſque indatur, tamen ſaga vel venefica nullum omninò ſentiat dolorem, nec ſanguis inde profluat,Bodin. *d. lib.* 4.*pag. mihi* 551.ibi: Da hieß er umb Erkennung derſelben / ſich offentlichen groſſen Verſamblungen führen/und der jenigen/ ſo ſeines gleichen wahren/die Schulter/ oder ein ander Theyl an dem Menſchlichen Leibe beſchawen / das gewärbe der Teuffeley Verwandſchafft daran zuerkennen. *Hæc ille.* Hinc cum nuper juvenes ſeptem, certo pacto ſe commiſſent Sathanæ, aliquis eorum ſponte confitebatur, ſocium,quẽ Sathan abducere deſtinârat, notaſſe primum puſtulis atris, poſtea totum ejus corpus, inſtar æthiopis denigraſſe. Porrò de hoc indicio quoq; conferendus erit Anonym. *in not.ad tr.* Hartzl *de inquiſit.reor.concl.*4. *in art.n.*22.& inprimis allegati ibid. Dd.

41 18. Indicium eſt,ſiquidem diffamatus vel diffamata, † erectâ & apertâ fronte non aſpiciat inquiſitorem, Bodin. *d.loc.pag.*559. ibi: Weiln diß Geſind keinem redlich unter die Augen ſiehet / idq; fortè idcirco,quod ut idem refert, *d.pag.*551. ſagæ peculiares notas in palpebris ſoleant præ ſe ferre,quod
42 indicium cumprimis ſtringit, quoties † extra judicium ſaga veniam delicti petat,& ſub quæſtione nihil dehinc confiteri velit,Bodin.*d.c.*4. *lib.*4. Berlich. *d.p.4.concluſ.pract.4.num.* 152. qua in parte non vulgare facit indicium fama frequens & vehemens. *conſtit.criminal. Carol.V.art.* 44. Zanger. *de qq.cap.*2. *num.*201.

43 19. Magiæ vel ſortilegii indicium eſt † adulterii crimen, Cunr. Hartz *de reor.inquiſ.legit.inſtit.concluſ.1.num.6.* Barnab. Briſſon.*in lib.ſing ad l.Jul.de adult.* ibi: nec verò ullum tantum ſcelus,ullum tam magnum facinus eſt,ad quod ſuſcipiendum libido voluptatis, violatæque pudicitiæ audacia ne impellat. M. Catonem dixiſſe quoque fertur,Quintil. *lib.5.cap.* 10. nullam adulteram,non eandem veneficam eſſe, videlicet homo prudentiſſimus ſentiebat (ait Briſſon.*d.loc.in princ.*)nullum eſſe ſcelus,cujus non facilè ſuſpicio in eam caderet, quæ fide ruptâ ſacrique lecti genio contempto adulterum admittere auſa eſſet. Multæ ipſis etiam viſceribus vim adferre non dubitarunt,medicamentisque conceptos ex adulterio partus abigere, ne materna adulteria in lucem editi liberi diſſimilitudine formæ proderent. Notæ ſunt Candaulis, Herod.*lib.*1. Agamemnonis,Paterc.*lib.*1.Fabii Fabricani, Plutarch. *in parelel.* Romani Argyropoli Conſtantinop. Imperatoris ex adulterio natæ cædes, Baptiſt. Egnat. *in epitom.hiſt.* & quæ alia ex hoc veluti fonte ſcelerum rivuli, flagitia profluentia, repetitis ab ultimâ antiquitate exemplis recenſere hic poſſent.

20. Prout Magiæ facinus execrandum rarò aut nunquam ſcelera nefanda

Digitized by Google

ſanda quævis, ut umbra corpus, certiſſime ſubſequi, nemini obſcurum eſſe poteſt, adeò ut Magia indicium vel homicidii, adulterii, proditionis, idololatriæ hæreſeos, Sodomiæ præ ſe ferre regulariter ſoleat, de quibus ex parte aliisque Johan. Jacob. Speidel *in notab. jur. hiſt. polit. lit. H. n.* 34. *verb.* Hexen. *verſ. primò. & ſeqq* prout allegatur inter cæteros ab Anonymo *in not. ad tr. Cunradi* Hartz *de reor. inquiſ. concluſ.* 1. *num.* 5. *ad fin.* ac quidem in homicidii vel † infanticidii cauſa, ut ſiquidem infans dicatur periiſſe illius, qui ſortilegii arguitur reus, ſortilegus præſumatur etiam propria enecaſſe viſcera, Bodin. *de Damon. lib.* 4. *cap.* 4. *pag. mihi* 613. ibi: Auch wenn man eines Zauberers Kindt miſſet / da ſoll man nichts anders muthmaſſen / dann er habe es dem Teuffel geopffert / er thue dann das Widerſpiel klårlich dar / ꝛc. De Rhodiis ſcribitur, quòd hominem Saturno ſacrificarent, quam rem poſtea mitigare volens antiquitas mortis ſupplicio aliquem damnatum ad Saturnia uſque conſervabant, quem in ipſo feſtivo, vino gravatum immolabant, Euſeb. *de præparat. Evangel. cap* 7. *in princ.* hodie publicis illis lanienis antiquatis, nihilominus vident ſagæ, quò ſumant, quorſum depromant victimas Sathanæ gratas, clam & nefariè offerentes, Bodin. *d. loc.* In Laodicæa Syriæ ſingulis annis virgine litabatur, in Libiâ magi adoleſcentem ſacrificantes ſub ara ſepeliebant, Euſeb. *d. loc. c.* 8. Unde oraculum Apollinis, de quo idem *cap.* 4. circa medium: 44

Hac age, quæ nutu divorum ingreſſus amice es.
Hujus iter vitæ, mactanda eſt hoſtia cunctis
Multa deis, ſeu qui terram, ſeu qui mare vaſtum,
Aëra ſeu qui habitant, latum ſeu qui æthera, ſeu qui
Alta colunt cœli, ſeu qui infima regna barathri.
Quæ quibus obſervanda modis, ſint ſingula, dicam:
Tu memori conſcripta animo mea dicta teneto,
Terna quidem divis cœleſtibus hoſtia, & ipſa
Candida mactanda eſt terna & terreſtribus atq;
Aſtra eadem, gaudent porrò & capiuntur apertis
Terreſtres aris foveas cum numina contra
Expoſcant atro ambutas inferna cruore,
Nec placeat, niſi quæ terra mandetur humata
Hoſtia, mel vero Nymphæ atq; liquentia vina
Offerri lætantur, & ignem accendier aris,
Quæ circumvolitant terram ſibi numina quærunt,
Imponiq; atrum corpus, tum thura ſimulq;
Injicier ſalſas fruges & dulcia liba.
Hæc facito, verum quibus eſt data cura profundi,
His ipſo ſemper fer ſacra in littore, totum

Projiceq; in fluctus animal, cæleſtibus autem
Extremas reddas partes,atq; igne cremabis,&c.

45 Sic de † Manaſſe rege Iſraëlis ſcribitur, quod filios Moloch, id eſt, Diabolo conſecraverit,quem inter ſortilegos nobiliores refert Bodin. *d. loc,p.620.*

21. Indicium eſt,quoties negocio,neſcio,quo confićto,mulier ſuſpecta ſtabula ædeſve alicujus intraverit, cujus jumentum ilicò vel paulò poſt decedat, Bod *d.loc.pag.mihi 619.*ibi: Weitters iſt eine præſumption wenn ein
46 Vnholde (præſupponitur diffamari hominem) in eines andern Hauß oder Stall betretten vnd begriffen wird/ vnd gleich darauff jemands entweder plötzlich kranck wird oder ſtirbet/ ob auch ſchon bey der Vnholden kein Pulver oder Gifft gefunden wird/ noch man ſie das verzaubert hat hinwerffen geſchen/ Bart. *in l.fin in fin. de qq.* Salycet. *in l. fin. C. eod.* Par. de Put. *in tr. ſyndic.verbo viſo.per l.1. §. quid ergo. ff. ad SCtm ſyllan.* Bodin. *d. loc.* ubi adſerit: quod ſoleant ſagæ ad evertendos homines ſublinire fores, earumq; ſtylos. Handhaben/ Handgriffel/ certo quodam unguento, unde homines & beſtiæ moriātur,& tradit *cap ſeq lib. 4.in fine,* quòd niſi ilicò ſagæ de medio tollantur,quotieſcunque ſuboleatur de ſubverſis aut ſubvertendis hominibus vel jumentis malum naſcens magicum, vel homines vel pecora brevi ſint emoritura.

47 22. Indicium eſt invocatio mortuorum † nicromantia aliis dicta, quæ jam olim pio forte zelo ſanctis fuit attributa, Bodin. *de invocat.ſpirit. pag.263. & pag.* 103. So ſihet man nun/daß diß das gewiſſeſte Mercke iſt/ darauß man die Frommigkeit oder Gottloſigkeit erkennen kan/ ob einer vmb Außführung ſeines fürhabens vnnd geſchäfftes ſich zu den Geſchöpffen wendet/ zc. *& pag 93 de diſcrimine ſpirit.* ait: quòd ad orcum relegandus damnandus ſit,
48 qui † Pſalterium Davidis per certas paraphraſes de S. Maria fuerit interpretatus, non ſecus uti ille igni ſeculari concremandus, quicunq; Pſalmos vel dicta ſacra ad incantationem uſurpaverit, ibi: Der jenige ſo ſolcher läſterlicher Weiſe den Pſalter verſtellet/iſt viel weniger zuentſchuldigen/ als der alle Pſalmen von dem Meſſia auff ſeine Gebärerinne die heilige Jungfraw Mariam verwendet hat/ zc. *Hæc ille,* qui alibi Lutherum hæreſiarcham appellat, invo-
49 cationem ejuſmodi ſeriò quoque improbantem,*pag.*143.ubi ait † Lutherum vi aſtrorum factum fuiſſe hæreticum, rationem addens, ibi: Dieweil der ein Planeth jhm ein Königreich/ doch ohn ein Scepter/ angedeutet vnd zugemeſſen habe/ zc. quaſi ſcilicet regnum Chriſti de hoc mundo eſſet, neque id ſine ſceptro carnali gubernari poſſet, *Paul. ad Roman.* 8. unde Chryſoſtomus, quem refert Wolff. *cent.1.rer.memor.pag.mihi* 135. Propter duas potiſſimum cauſas perit mundus, aut propter magnitudinem peccati, aut altitudinem di-
50 gnitatis † occaſionem verò mortuorum invocationis quod attinet, eam plerique Gregorio adſcribunt,ſpectrum ingens oblationibus,pro mortuis & in honorem defunctorum factis,Africâ expellenti,ut refert Melanth. *in lib. de*

uſ.meſſ.

Digitized by Google

nſ.meſſ.contr. Cler. Colon. vel quod animæ balneatrices apparuiſſent noctu,offerentes officia lavatoribus aquam adportando,&c. pro quarum quiete & receſſu felici ad inferos,primæ inventæ fuêre oblationes pro mortuis, prout à Poëtis fabulatur de filiabus Danai, quas poſt fata aquam cribris hauſiſſe dicitur, narrat Melanthon. *d. loc.* Hinc omnibus ante pedes poſita eſt cuique
vetuſta arula,ait Petr.de Brutis, quam † altarium multitudinem ab Ethnicis 51
mutuatam dicit idem,addens ſumptuoſa fieri altaria,pauperes autem ſubinde negligi, Johan. Wolff. 1.*mem lect.pag.* 116. & idem *p.*1.*pag,* 97. Ut olim inter gentiles exiſtimabant, ſe ab aliis fieri ſalvos, licet propriæ ſalutis curam abjicerent, ſic hodie hoc aucupio quoque maxima divitiarum pars comparatur in Eccleſia, Theodor. *lib.2.de provid. Dei.* quanquam in Eccleſia Romana hodie plures mortuorum invocationes abominentur.

23. Indicium parit † quoties ſaga hominem vel pecus curare geſti- 52
ens,mediis vel medicamentis utitur inuſitatis, incongruis, & ſuſpectis,ut ſi cerebrum felis,quòd venenum præſentiſſimum eſt,adhibet,Bodin. *d.c.*4.*l.*4. *pag.*662. Si hyppomanem, & quæ alia rariora uſurpat. Idem *lib.*1.*c.*3.*pag.*107. ubi quid Hyppomanes ſit,explicat. Porrò ſi ſub curæ labore verba ignota &
obſcura obmurmurat, ſi characteres chartæ inſcriptos adhibet, zumaln † 53
in magia nichts gröſſere Krafft hat / dann die Figuren vnd characteres, Bodin. *lib.*1.*cap.*5. *pag.* 156. Si herbis, quæ ethiopida, Achimenida, Cataca dicitur,utuntur. Idem *pag.* 161.

24. Indicium eſt,cum ſaga (quæ & ſtryga & alrumna dicitur) † no- 54
vos nuptos feciſſe impotentes convincatur, quam inde ſolummodo, licet atrociora non patraverit, ultimo afficiendam ſupplicio eſſe ſtatuit Bodin. *d. lib.*4.*c.fin.pag.*666. *& ſeqq.* nec refert,quanquam rebus licitis, verbisq́; ſacratis ſe uti ſaltem adſerat, præſupponendum tamen eſt, ſagam retro pepigiſſe cum Diabolo,nec credendum,verba ἁπλῶς, quòd prætendunt, efficere, nedum quoque elementa verbis copulata,vel ſenſus crypticus in verbis latens,
ut proindè pernitiosè errent,qui † cabalam (ut vocant)per ſenſum myſticum 55
definiunt. Bodin *d.c.*5.*pag.*158. *& pag.*251. Aliâs dubium non eſt.daß je gröſſer die *impietet* zu ſeyn pfleget / je mehr ſie mit der Religion vnd Gottesfurcht vermantelt werde / Idem *d loc.pag.*272.

25. Indicium eſt,ſi quidam † magus vel venefica cum Cyngaris cir- 56
cumvagari,vel coiiſſe retrò dicatur. *d.l.*4.*c.fin. quâ de re lib.* 1. *h. t. in c. de peregrinat.ſuſpecta.* Georg. Adelbert. Burckard. *in appendic.ad tr Valent. Voltii ad l.Cornel de ſicar.num.*113. Alii huc transferunt chiromātiam, quam in genere interdicendam eſſe ſuadet Bodin. *d.loc.pag.*669. Peucer. *de Chyrom. in tract. de divinat.pag.*269. χειρομαντείαν inter divinationum ſpecies colloco, nimirum quatenus intra phyſicas verſatur metas, neque his egreſſis prolabitur in
impoſturas. Eas enim † ab omni divinationum genere procul ſeparo,& ex- 57

Digitized by Google

ploſas volo in univerſum. Idq; eas ob cauſas potiſſimum, quod characteres
in manibus ſingulorum plus minuſve, non ſpecie, quæ in omnibus eadem
eſt, ſed accidentibus diſcrepent, & ex omni aſſe varient, in tenellis infantum
manibus fere rugarum copia obſcurentur, præſertim quæ natura exiliores
ſunt, cerioq; durant tempore, & ætate ingraveſcente ſenſim attenuantur,
tandemq; à ſiccitate cute tenſa, & ceu compage membrorum laxata evane-
ſcunt velut extritæ & obliteratæ, denique vehementioribus morbis aut abo-
lentur, aut communiuntur, adeo ut ſenſum fugiant. *hæc Peucer.*
58 26. Nonnulli † ſolam ſuſpicionem ſine fama ſtringentem inter in-
dicia referunt, Franciſ. Ponzen. quem refert Berlich. *concl.*4 *p.*4. diſſentiente
communi Dd. opinione, declarat autem ſuam ſententiam ita, ut eam in ter-
minis formandæ inquiſitionis valere demum exiſtimet famâ quali quali con-
currente. Berlich. *d.loc.n.*21.*pag.*74. ubi quoque indicium parere ait, quoties
59 † faſcinatus in articulo mortis nominet ſagam vel veneficum. Menoch. *de
præſ. lib.*1. *q.*88. Franciſ. Brun. *de indic.p.*1.*q.*3.*num.*26. Clar.5.*ſent.* §.*fin. q.*20.
60 Blanc. *de indic. num.*369. † denunciationem Fiſcalis, alteriuſve officialis de
hoc flagitio referentis, quoque inter indicia transferens. Menoch. 1. *præſ q.*
88.*num.*21. Marſil.*in pract.crim.num.*22.*in princ.*Bart.*in l. divus. ff. de cuſtod. &
exhib.reor.*
61 27. Porrò inter indicia quidam ponunt, ut ſi quis in die Philippi Ja-
cobi picas nidis eximat, & antequam terram pedibus aliſve tangant, abrum-
pat capita, cruoremq; ſub ſtillicidio quodam in terram diſtillet, & terram ſe-
rat cannabe, quâ herba inde decerptâ, indeq; ſerto facto, quod die Nativitatis
Salvatoris imponat capiti, poſſit veneficas, quæ mulctrum capiti impoſitũ
geſtare videantur, cognoſcere & palam obſervare. vide Wier. *de præſtig. dæ-
mon. lib.* 6.*c.*7. conſimilem de bubulo refert experimentum, pedo ſuo ſaccu-
lum, cui aliquot nodos inviſerat, percutiente, atque ſic mirandum in modum
ſagas manifeſtante. Berlich. *d.loc.pag.mihi* 78. & refert author libri, qui dici-
tur myſterium iniquitatis, *conſiderat.* 86.*pag.*306. carnificem quendam Tre-
virenſem ex oculis ſagas & veneficas cognoviſſe.
28. Præterea indicium ſuggerunt minæ, *conſtit.crim.Car.V.artic.*44.
ibi: oder jemand zu bezaubern betrawet/ Gilhauſ.*in arb.jud.crim.c.*6.*q.*7.*ſect.*
2.*num.*103. Wier. *de præſtig.dæmon.*2.*c.*4. Godelm. *de mag. & venef.lib.*3. *c.* 8.
Menoch, *de præſ. lib.*1.*q.*89. Marſil *in pr. crim.* §. *diligenter. num.* 85. Fr. Brun.
de ind.p 1.*q.*3. Blanc. *de indic. num.*183. Clar. 5.*ſent.* §.*fin.q.*21.*num.*37. Bodin. *de
dæmon.*4. *c.*4. quæ ſcilicet cæde, quam reus minabatur, non ſubſecutâ, quoq;
delictum inferunt, nunquam impunitum relinquendum. Bodin. *d. loc. pag.
62 mihi* 654. Pœna † verò minitantis, utplurimum eſt ultimum ſupplicium.
receſſ. Imper. de anno 1555. §. Solches alles. & §. Wir ſetzen und ordnen / Gil-
hauſ. *in arb.crim.c.*2.*de diffidat.tit.*8. Petr. Heig. *quæſt.*32. Frider. Mindan. *de
proceſſ.*

Digitized by Google

proceſſ. extr.c. 25. ubi de ſcriptore literarum diffidatoriarum unâ agunt, ſtatuentes eundem gladio quoque feriendum, quam ſententiam Scabini Lipſenſes mitigant ac dicunt, virgis hunc eſſe cædendũ, & in perpetuum relegandũ. Conſult. conſt. Sax. *tom.1.p.4.q 5.* notatum autem hic eſto, quod diffidationes privato factæ, non pari atrocitate, quàm ſi in publicum ſonent, coërceantur. Weſenb. & Dd. *in §. item lex Julia. inſt. de public. jud.* privatæ minæ ſunt, ut cum quis ita dicat iracundus, Jch will es mit dir zu thun haben/ ich will mich an dir rechnen/ ich will es eyffern/ quæ verba, cum de vindicta judiciali adeoq́ue licitâ quoque ſubintelligi poſſint, minator carceribus tantiſper mancipari debet, donec ſufficientem præſtet cautionem, ſe non aliter, quam modo, jureve conceſſo minas executurum. *l. hac autẽ. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid.* Weſenbec. *d. loc.* Joach. à Beuſt. *in l. admonendi. 31. ff. de injur. num. 179.* uſque adeò, ut ſiquidem † mulieres verba ejuſmodi minatoria protuliſſent, 63
etiam incarcerandæ ſint, coganturq́; de non offendendo cavere. Dan. Moller. *lib.3. ſemeſt. cap. 29.* Etenim vero verius eſſe experientia docet fœminas vindictæ multo appetentiores eſſe, quam viros: juxta illud Juvenalis *ſatyr. 13.*

—— —— vindicta ——

Nemo magis gaudet, quam fœmina &c.

quam ſententiam refert Lucas de Penna *in l.1. C. de mul. lib. 10.* hinc mulier illa Apulejana apud Apulæum de aureo aſino *c.5.* indignanter increpans mulieri, quæ ultionem non ilicò ſumeret de ſorore. Tiraquell. *de ll. connub. l. 9. gloſſ. 1. p. 9. num. 200.* hinc Eraſmus *Chyliad. 4. cent. 1. cap. 28.* † Hebræorum 64
(inquit) ſententiæ negant, ullam iram atrociorem eſſe ira muliebri. Irritabile enim & vindex mulierum genus, partim ab rationis inopiam, partim ob animi humilitatem, præſertim cum od ſexus vicium ſenectus accedit, canis irritatus tantum oblatrat, interdum & mordet, at aniculæ præter linguæ venenum, interdum inſtructæ ſunt malis artibus veneficiis & incantamentis. *Hæc ille.* velut Tiraquell. *d. l. 9. num. 184. pag. mihi 255.* ait: præcipites in ferrum, in necem tam ſuam quam ſuorum mulieres. Unde Juvenalis *ſatyr. 6.*

—— —— Quoties facit ira nocentem
Hunc ſexum, & rabie, jecur, incendente feruntur
Præcipites, ut ſaxa jugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivoq́; latus pendente recedit.

Sed an † ad juratoriam cautionem admittendæ ſint mulieres in hoc caſu diſquiri ſolet? Matth Coler. *in deciſ. germ. deciſ. 232. p. 1.* affirmat; negat Moller. *in ſemeſt. 3. cap. 29.* diſtinguit autem Clar. *5. ſent. §. fin. q. 47. num. 5.* ut ſi nimis rixoſæ & vindictæ cupidiores ſint, nunquam ad juramenta hæc admittantur, ſed in exilia, donec cavent, mittantur. Farinac. *in pr. crim. p. 3. q. 107. num. 38.* Franciſc. Ripa *de damn. infect. in rubrica, num.* 11. Cardinal. Tuſch. *t. 1. pr. concl. concl. 169.* incipit timens offendi. *n. 13.* 65

 Prout

Digitized by Google

Prout idem quoque de viro, qui vel nolit nec poſſit idoneè cavere, jure conſtitutum apparet, Tuſcus *d. loc.* Farinac. *ibid.* ubi & illud attendendum
66 eſt, ut † quoties minæ ſcriptis tranſmiſſæ ſint actori, illæ pro diffidatione publicâ habeantur, modo verba ſcripturæ ſint evidentia, non obſcura nec ambigua, quæ in diverſum trahantur ſenſum. Joach. à Beuſt. *in d l.* 31. *num.* 1179. *pag. mihi* 527. ibi: Quia verò differentia conſtituenda inter Drauworten/ abſagen vnd vehden/ cum ille, qui tantum minatur (verbis) poſſit carcere detineri, donec cautionem præſtet, alter verò gladio puniatur, ideoq; inter Scabinos convenit, wann einer einem abſaget/oder jhm feindſchafft zuſchreibet/rc. nec refert licet minator cum conditione ſcribat, nempe dofern man ſich mit jhm nicht abfinden wolte/ quæ clauſula quoque pœnam mortis infert. Beuſt. *d. loc. allegans conſtit. Saxon. p.* 4. adde Matth. Berlich. *p.* 4 *concl. pract. concl.* 22. *de pœn. minit.*

67 29. Indicium eſt † confeſſio extrajudicialis, quæ hoc in loco delicti præſumptionem infert, *conſt. Car. V. art.* 32. Gœdd. *de venef. & mag. lib.* 3. *c.* 7. *num.* 21. *& c.* 10. *num.* 19. Clar. 5. *ſentent. §. fin. q.* 21. *num.* 31. Felin. *in c. olim. de reſcr. num.* 5 Gomez. 3. *reſolut. cap.* 13. *num.* 8. Dec. *in c. ſi clerici. de jud num.* 17. uti & confeſſio tœdio vitæ per melancholiam facta non delicti probationem, ſed ſolum indicium parit. Bodin. *d. lib.* 4. *c.* 13. Godelm. *l.* 3. *c.* 7. *num.* 10. idem de confeſſione, quæ ſenſum ambiguum admittit, receptum jure videtur. Godelman. *d. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 36. Cæpoll. *conſil.* 77. Idem de confeſſione illecebris à reo petitâ, ut cum judex ſpe gratiæ & dimiſſionis eò induxit hominem, ut confiteretur. Godelm. *d. loc. num* 24. Clar. 5. *ſent.* § *fin. q.* 55. *num.* 7. Sed an hæc gratia ſagæ promiſſa ſervari debeat? vide Cagnol. *in l.* 65. *ff. de R. J.* Clar. 5. *ſent. §. fin. q.* 55. *n.* 16. Cunrad. Hartʒ *de reor inquiſ. concl.* 10. *n.* 21. ibiq; Anonym. *in not.* negat Godelm. 3. *c.* 7. vide diſtinguentem Matth. Berlich. *d. p.* 4. *concl.* 4. *pag.* 90. quæ concluſio tamen jejuna eſt, nec ſatisfacit propoſito, quâ de re alibi, ſufficiat hic confeſſionem ejuſmodi indicium parere, quod ſi indicia agnata & conjuncta habet, non dubitatur, quin quæſtio non levis & modica (ſolâ illâ confeſſione ſtante, neque enim unum idemq; indicium, niſi unus teſtis de delicto per ſenſum viſus immediatè deponat) ſed regularis eaq; inſtituatur, ut reus veritatem nolens volens fari cogatur. *l.* 1. § 24 *ff. de qq.* Porrò licet taciturnitas in jure habeatur pro confeſſione, *l. is qui. ff. de R. J.* id tamẽ
68 in cauſa criminali quoque non procedit, ubi † taciturnitas non niſi indiciũ generare poteſt. Bodin. *d. lib.* 4. *c.* 3. *pag. mihi* 628. Anonymus *in not. intercal. ad tract.* Hartʒ *de reor. inquiſit. concluſ.* 4. *in art. num.* 14. ubi elegantiſſimè hoc illuſtrat. Malè exindè autem probat Berlich. *d. loc.* taciturnitatem plenam probationem inferre, quòd Bodinus non ſomniavit in loco citato.

Deniq; confeſſio nedum judicialis præjudicat reo, proceſſu retro malè formato. Bart. *in l.* 1. *ff. ad l. Jul. de adult.* Anonym. *ad d. tr.* Hartʒ *concluſ.* 6. *num.*

*num.*37. interea tamen non ambigitur, quin indicium faciat ingens, talis cõfeſſio, quæ an conjungi poſſit indiciis poſthac demum emergentibus ad inferendam quæſtionem? vide Damhoud. *c.9. in tract.crim.* Berlich. *d.p.*4. *concluſ.*4. *num.*44.

30. Indicium præbet magiæ damnabilis, quoties † ſaga nimium olet, idq; ideo, quod vulgò credatur, experientiâ dictitante, Dæmones ubicunque degant, fœtore inficere habitationes, ſagas nimium facere olere. Bodin. *lib.*2. *c.*3. Gallis inde fetilleres dictas: exiſtimat autem Bodinus, Sathanam attrahere fœtorem ex cadaveribus ſuſpenſorum, quorum corpora eum ſæpenumero induere dictitat, comprobatur hæc ſententia inde, quod obſeſſi ut plurimum quoque ſoleant olere hircum, atteſtante Hyppocrate, quem refert Bodin. *d.loc.* 69

31. Porrò indicium generare ſtatuit, nimiam reorum † cum miſſificantibus converſationem. Bodin. *lib.*4. *c.*5. *pag* 677. ratio eſt, quod magia ſine adjumento Euchariſtiæ hoſtiæq; conſecratæ vix poſſit expediri. Sæpenumero quoque in ſagarum gratiam ſolennes miſſæ celebrantur, annuli, claves, matriculæ, characteres, chartellæ, aqua luſtrali conſperguntur, oder es wird auch wol etwas anders dergleichen auff den Altar oder unter den Altartuch gelegt/ inmaſſen diß ſehr offt befunden worden/ ait Bodin. *d.loc.* 70

Nec dubium eſt, quin ipſi quoque parochi, ſacrilegii tanti complices, indiciis urgentioribus inde quoque premantur, adeò ut indiciis adminiculantibus exauctorari & quæſtioni ſubjugari jure poſſint. Equidem enim novum non eſt, miſſificantes ſæpiſſimè nobiliores extitiſſe magos, plurimaque pietatis ſpecie non intermiſiſſe flagitia beneficio magiæ.

Refert Joh. Wolff. 1. *lect. memorab.* † hiſtoriam illã immanem, de clericis hoſtiam conſecratam aſino comedendam præbentibus, unde obſeſſum caſtrum Sueſſæ regni Neapolitani liberatum fuit. Bodin. idem recenſet *lib.*2. *de Dæmon. c.fin.pag.*399. Sic Parochus in Soiſſon Galliæ, bufonem baptiſavit, eique hoſtiam conſecratam deglutiendam dedit, quâ magiâ multum nocuit inimicis ſuis. Idem Bodin *d.loc. pag.* 395. Et parochus quidam Leonis, Anno 548. quo inſidiaretur laicorum animabus, quibus cum litem fovebat forenſem, hoſtiam nunquam conſecravit, exiſtimans, populum inde ſalute æternâ iri privatum, qui tandem igni concrematus fuit, Bodin *lib.*4. *c.*5. *pag. mihi* 675. prout Luther. *in tract. de miſſa privatâ*, von der Winckelmeſſe atteſtatur, ſuo tempore, cum Romæ degiſſet, ingenuè falſos fuiſſe miſſificantes, omittere ſe conſecrationem ſacramentalem, dicentes: Sis panis, maneasque panis, &c. *in tom.*6. *Jenenſ. pag. mihi* 88. Quapropter Mediolanenſes, ne hujuſmodi vitium ſibi accerſatur, caviſſe, ne Romani clerici miſſam Mediolani celebrarent, prætendentes ſibi pro regula canoneq; eſſe inſtitutionem divi Ambroſii. Idem *in libello de cœna Domini contr. ſacrament. excuſ. Lipſiæ anno* 1562. *circa med.* 71

Digitized by Google

ca med. ibi: Alſo daß ich *anno* 1510. da ich dadurch zoge/ an keinem Ort könte Meſſe halten/ vnd die Prieſter vns ſagten/ nos ſumus Ambroſiani, non poteritis hic celebrare, &c.

Cumprimis vero lamentandum eſt, Sathanæ regnum eò excreviſſe, ut quoq; ſummi Eccleſiarum antiſtites magiâ infecti res execrandas diabolicas perfecerint. Quemadmodum Beanus, Nauclerus, Platina aliiq; hiſtorici non obſcurè tradunt, Pontificum quinque fuiſſe magos, alii numerant. 22. Bodinos duos ſaltem nominat, ut Sylveſtrum ſecundum & Benedictum nonum *lib. 3. cap. 2. pag.* 457. *& pag.* 507. Nicolaum V. in cauſa Magiæ diſpenſaſſe ſcribit, ut Epiſcopus quidam æger curationem Sathanæ, impune poſſet implorare, unde ſaga, reſtituto Epiſcopo, demum ipſa propter impreſſiones morboſque retro labẽtes morte immaturâ deceſſit. Alſo ſichet man hierauß/
72 ſaget Bodin. *d. pag.* 507. † daß der Sathan den Bapſt/ den Biſchoff vnnd die Zäuberinnen zu Todſchlägern gemacht/ rc. Refert Aug. Lerchem. Wolffio atteſtante 2. *lect. mem. pag.* 924. conſpiraſſe clericos cum Magis paſſim, ubinam lateret Lutherus in Pathmo exiſtens, at non potuiſſe reſciſcere id, ſubdens Sathanam non omnia poſſe prodere & manifeſtare, uti nec infantem Chriſtum in Ægypto latentem prodere potuit Herodi, &c.

73 32. Denique inter † indicia magiæ nonnulli referunt inceſtum, uti ſupra adulterium veneficio indicium ſuppeditare diximus, Bodin. *d. loc. pag.* 641. ibi: Daß die Blutſchande vnter Zauberern gemein ſey / rc. nec non latrocinium, cædes clandeſtina, quoniam experientia rerum magiſtra quoque
74 tradiderit, † Magos ſagaſuè ſanguinem humanum potare, vel carne infantum veſci ſolitas eſſe juxta illud Horatianum.

Neu pranſæ lamiæ vivum puerum extrahat alvo.

Et refert Bodin. *d. loc.* quod ſiquidem magi non valeant opportunas committere cædes, cadavera mortuorum recentia effodiant, & ad incantandum uſurpent, unde Lucan. *in poëmat. lib.* 6.

———— laqueos nodosq́ nocentes
Ore ſuo rupit, pendentia corpora carpſit,
Abraſit cruces, percuſſaq́ viſcera nymbis
Vulſit, & incoctas admiſſo ſole medullas.

Hinc Apulejus, cum de ferali officina Pamphiles Theſſalicæ mulieris, artis illius peritiſſimæ loqueretur *lib. 3. metamorph.* hic (*ait*) nares & digiti, illic carnoſi clavi pendentium. Plinius non magis *lib.* 28. *cap.* 1. Antheum, ſcribit, ex calvaria ſuſpendio interempti catapotia, adverſus canis rabidi morſus
75 facere, & *cap.* 4. ejuſdem libri † laqueum ſuſpenſi circundatum temporibus, ſedare dolorem capitis, hinc Tiraquell. mirum eſt (*refert*) quod de ſuperſtitionibus ſuſpendioſorum à bonis authoribus quoque ſcriptum traditur, nec non peritiſſimos artis magicæ multa ex carnibus oſſibusque ſuſpenſorum ad rem

Digitized by Google

ad rem magicam conficere ſolitos, eaque in artibus magicis exiſtimare medicatiſſima, *hæc ille: in tract. de pœn. cauſ.* 31. *num.* 8. narrat Bodin. *lib.* 4. *c.* 5. *p.* 643. piſtorem Pariſienſem cadavera ſuſpenſorum furatum, exinde aſſaturas, quas in tucetis venderet, confeciſſe, qui vivus igni concrematus fuerit.

33. Cabalam † quoque terminos ſuos egredientem non pauci inter 76
indicia referunt, quæ licet ars illuſtris ſit, adeoque in Phyſicam, hyperphyſicam & eam, quam ſephiroth vulgariter dicunt, quâ vel arcana Philoſophiæ in allegoriis latentia pandant, vel ſecreta Theologiæ figuris ſignisque modo ſpirituali impreſſa, literis, ſyllabis, punctis radicalibus, aliisq; notis abditis eruenda, vel per vocem ſephyroth, numeris, characteribus multa abſtruſa referant, manifeſtent, & in apricum deducant, diſtinguatur, cujus ſcientiæ
non inexpertum fuiſſe Judam Maccabæum, ſcribit Cornel. Agrippa, † qui 77
beneficio cabalæ, literis hiſce 4. incluſæ, quas ſignis militaribus inſcribi fecerat (ut מכבי) Lyſiam & Antiochum bello ſuperaſſet; Dubium tamen non eſt, quin experientiâ dictitante, prætextu Cabalæ magia execranda foveatur, quæ ſi partim apparet, nam ex ungue leonem cognoſcimus, indiciorum materia jam nata proculdubio videbitur, Bodin. *lib.* 2. *de dæmon. c.* 2. Confer tamen Cunrad. Hartʒ *de inquiſ. reor. concl.* 5. *nu.* 28. *& ſeq.* ibiq; Anonym. *in not.* Imperator Valens Cabalæ nimium inhærens cum ex magicis vanitatibus intellexiſſet poſt ſe regnaturum, cujus nomen à litera Θ inchoaret, omnes interfici juſſit, qui hanc literam ſuo nomine gerebant Theodoras, Theodocos, Theodolos, & quendam virum fortem ex Hiſpania Theodoſium, ut territi nomina ſua plures intervert erint, fertur autē eam diminutionem factam per Libavium ſophiſtam & Prochi diſcipulum Jamblichum hoc pacto; In pulvere 25. literæ diſtribuuntur, & unicuique ſingulum frumenti vel hordei granum apponitur, emittitur demum Gallus, enunciatisque inter hæc incantationibus quibuſdam, animadvertunt, à quibus literis grana gallus ſumpſerit, literisque illis compoſitis creditur quæſitæ rei indicium fieri. Id igitur cum illi feciſſent, viderunt Gallum literarum, θ. ε. ο δ. grana comediſſe. At viſa eſt deinceps dubia hæc demonſtratio, cum plura nomina ab iis literis ordiantur pluresque eſſent interfecti, quorum nomina haſce literas habent, juſſit Valens divinationis hujus authoris inquirere, cum autem iræ eſſet implacabilis, veritus Principis crudelitatē Jamblichus ſumpta veneni potione vitam exuit, Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 473. Ad hanc materiam plura vide apud Adam. Contzen *in piaz. univerſ. diſc.* 29. *per tot.*

34. Cæterum inter indicia non obſcura à quibuſdam numerari quo-
que ſolent vulgariter ſupernatationes ſagarum, † aquæ frigidæ injectarum, 78
quæ procul dubio reliquiæ ſunt probationis illius ſolennis deſcriptæ, *tot. tit. ext. de purgat. vulg.* & à nobis ſupra traditæ fuſiusque explicatæ *de ind. gener.* Cumprimis verò prodigioſa, nec in genere exploſa hæc probatio videtur eſſe

Digitized by Google

affinis purgationi illi, ubi manus indiciati vel diffamati immittebatur aquæ frigidæ, tranſmutatâ naturæ efficacia in contrarias prorſus actiones; etenim qui aquæ diris conſecratæ ſic imponebat dextram, modo præternaturali ipſa adurebatur, *ſupra d.l.de ind.d.loc.* Borcholt. *de feud. cap.* 8. Non multum abludens à purgatione per ferrum candens, quod probandi genus antiquiſſimum eſſe non obſcurè conſtat ex Sophocle *in Antigone pag. mihi* 193. ibi:

Eramus parati ignitum ferrum manu capere,
Et ire per ignem & jurare,
Quod non feciſſemus nec ſciremus quenquam,
Feciſſe de noſtro conſilio, &c.

Perindè apparet per ea, quæ Silius Ital. refert *lib.* 5. *bellor. punicor. pag. mihi* 167. ibi:

Cum pius arcitenens accenſis gaudet acervis,
Exta ter innocuos latè portare per ignes,
Sic in Apollinea ſemper veſtigia pruna,
Inviolata teras, &c.

Qui indicium hoc ſtringere, neque omninò rejiciendum eſſe contendunt, fundant ſuam opinionem inde, quod communiter accidat, ſagas, ſiquidem nocentes ſint, ſupernatare, ſin immerentes & inculpabiles, ſubmergi. Subſu-
79 munt. Atqui † argumentum à communiter accidentibus eſt probabile, *text. in c.1.ext. de cler. non reſident. argum. l.9. §.1. ff. de edendo. l.* 40. *ff. de ll.* Omne jus, ait Modeſtinus, aut conſenſus fecit, neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo, Eberhard. *in topic. à commun. accident.* ibi: ita præſumitur ſeſe habere veritas, uti communiter & frequenter accidit, cumprimis quod jura ſecundum varietates factorum contingentia ἐπὶ τὸ πλεῖςον non ἐκ τοῦ λόγου ſint accipienda. *l.3 ff. de ll. l.3. ff. ſi pars heredit.* petat. Et licet ratio viva & palpabilis dari nequeat, cur ſupernatent partim corpora gravia, partim ſubmergantur, inde ἁπλῶς haud inficiandum, ut ſi quod uſus rei longæque experientiæ exempla paſſim comprobarint, vel quorum cauſa nos lateat, id impoſſibile factum exiſtimari, cùm effectus cauſam arguat, ſive ea obſcura ſit homini, ſive conſpicua & aperta, Peucerus *de divinat. de ſortib. pag. mihi* 178. ut non immeritò dicatur,

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

80 Hinc † occultæ illæ qualitates & cauſæ, ſub quam cadunt Deus ipſe, vel angeli vel Dæmones. Paul. *d.loc.*

2. Adeò ut non pauci arbitrantur, ſupernatationem ejuſmodi nedum Dæmoni ex omni aſſe attribuendam, verum ſpiritibus bonis, qui ſuſtentant corpora, ne mergantur, quò ſcilicet occulta hæc facinora in apricum producantur, quæ dehinc Deus Ter Opt. Maximus diutius graſſari nolit. Scribon. *in abſoluto illo diſcurſu de hoc indicio.* Herman. Goehauſen *in deciſ.* 3. *q.* 1. *excuſ.*

Rinthel.

Rinthel. anno 619. addo huc, non parum lucis allatura exempla huic deciſioni, quæ recenſet Alex. ab Alexand. 5. *gen. dier. cap.* 10. Apud † Siculos crater 81
eſt, inquit, ad quem multiplici ſcaturigine ebullientem litigaturi jurant, & qui caſtè juravit, illæſus, qui verò fidem abjuraverit, morte pœnas dat, & crater origine cœcâ globos igneos emittit, quibus perjurus ſtatim proſternitur. Ventur. de Valent. *lib* 2. *c.* 6. *& lib. eod. cap.* 13. *num.* 40. ex Athenæo *lib.* 12. *c.* 4. Rex regionis (*ait*) quam thuris feracem vocant, uſurpabat, & judices litibus judicandis dabat, ſed ſi quis minus juſtè litem decidiſſe putabatur, feneſtra erat in altiſſimo loco, quæ ferreâ catenâ ligabatur, quàm qui injuſtè judicatum putabat, apprehendebat, & feneſtram trahebat, quâ re admonitus Rex cauſam ad ſe vocabat, & ſi viderentur judices minus juſtè judicâſſe, moriebantur, ſin minus, litigator, qui feneſtram moverat, *hæc ille. d. c.* 13. *lib.* 2. *num.* 41. Sic Palicorum urbs templum religione vetuſta horrendum habebat (uti refert Herman. Buſch. *in annot. ad Sil. Italic. pag.* 519.) in quo perjuri ſtatim obceſcebantur, unde Silius Ital *lib.* 12. ibi:

Et qui præſenti domitant perjura Palici
Pectora ſupplicio, Trojanaq; venit Aceſta.

Sanè ecquis rationem admirandæ iſtiuſmodi vindictæ vel potius probationis heterogeneæ & inuſitatæ recenſebit. Cur itaq; fidem omnem probæ illi pervulgatæ penitus detrahamus? ratio diverſitatis ſileſcit, neq; movet, quod hic reverâ non poſſit allegari miraculum divinum, cùm miracula utplurimū ſoleant antecedere vel ſubſequi ſingulares quædam promiſſiones, &c. Reſpondeo, hoc κατὰ τὶ quantā miracula merè divina attinet, verum ſolummodo eſſe, quæ † jam ſilent & ſiluerunt in Eccleſiâ à tempore aſcenſionis Chri- 82
ſti annos 1300. uti refert Chryſoſtom. & multi poſt illum *in lib. de vera relig. cap.* 25. Machiavell. *de repub.* & Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 811. ajunt circa annum 600. à nato Salvatore dogmata veteris Eccleſiæ cum miraculis novæ pugnare cœpiſſe. Nam ſpectrorum apparitiones & alias impoſturas Sathanæ miraculorum, veterem illam formam religionis prorſus evertiſſe. Unde Italorum ſententia hac de re: Ma intra tante variationi non fudi minore momento il variare della religione, per che combattendo la conſuetudine della antica fede con i miraculi della nova ſi genera vano tumulti & diſcordie graviſſime intra gli huomini. Et le pure la Chriſtiana religione fuiſſe ſtata unita, &c. Lyra *in Daniel. c.* 14. ibi: maxima deceptio fit populi ſimplicioris in Eccleſiâ per miracula ficta à ſacerdotibus & eorum adhærentibus propter lucrum temporale. & Melch. Caur. *lib.* 2. *loc. comm. c.* 6. Eccleſiam Chriſti, ait, incommodârunt ſacerdotes, quòd res divorum præclarè geſtas fictis miraculis commaculârunt, &c.

3. Quod ſi ita eſt, uti veriſſimum eſt, ecquid ſcrupuli ſubeſt, cur probæ huic † aquatili antiquiſſimæ & tot præjudiciis exemplisq; infallibilibus 83

Digitized by Google

inſtructæ non parem tribuamus fidem ? Cumprimis quod experientiâ dictitante rerum magiſtrâ, Deus triunus per elementum æquæ ſæpenumerò plura in rebus abſcondita manifeſtaverit. De fonte Paliſcorum in Siciliâ Ariſtoteles commemorat, ad quem juraturi ſi acceſſiſſent, eaq;, quæ jurejurando affirmare voluiſſent, inſcripta tabulis & obſignata in fontem dejeciſſent, fluitârint tabulæ, nec unquam ſubmerſæ fuerint, quando vera continerent, ſi falſa haberent dolóve malo ſtructa, mox ſubſidebant delatæ ad fundum, flammaq; exiliens perjurium correptum exurebat. Sic non procul ab Epidamno Laconum oppido, ſi quis in paludem, quę Junonis fovea dicebatur, placentas frumentaceas injiceret, ſigna dabat palus non indubitata. Cum enim acceptas merſasq; placentas palus retinuiſſet, proſpera, ſin innatantes non admiſiſſet, triſtia portendi experientia docuit. Peucer. *de divinat. in c. de Magiâ pag. mihi* 125. Pauſanias fontis cujuſdam meminit, qui fuit patris Achaicis ante Cereris templum. In eum, quando qui ex morbis de vitâ periclitabantur, ſpeculum tenui alligatum funiculo immittebant, ſeſeq; contemplebantur, ſi effigiem cadaveris conſpexiſſent, extinguebantur, ſi hominis vivi & valentis, reconvaleſcebant, hinc veterum hydromanticæ divinationes & indicia ex impreſſionibus aqueis, aquarumq; fluctibus & refluctibus, exundationibus, diminutionibus, tempeſtatibus, coloribus & imaginibus, quæ in aquis refulgebant, Peucer. *d. loc.* ubi dicit Varronem annotâſſe puerum quendam, in aquâ effigiem conſpexiſſe, quæ quinquaginta verſibus omnem Mithridatici belli eventum expreſſerit. Ecce cauſas aquarum elementis admirandum in modum attributas, quas nec homo ſagax indagare, rationesq; inde latentes referre reverâ poterit ? Ecquid itaque obſtaculi, attributa illi lotioni vel probæ aquaticæ, prorſus ſubtrahere nō aliam ob cauſam, quàm quia Philoſophus rationem exinde dare nequeat. De Ariſtotele commemoratur, quod cùm neſciret dare rationes maris adfluxus & receſſus, inde deſperabundus ſeſe in fluctus redeuntes maris præcipitaverit, dicens: Quoniam ego te capere non poſſum, tu me capias, &c. Procop. *lib.* 4. Bodin. *de demon. lib.* 1. *c.* 1. Joan. à Buchenbach. *in itiner. p.* 2. locum ubi hæc commiſſa ſint, ſibi demonſtratum in Græciâ commemorans, quanquam Scaliger *Exerc.* 51. *&* 52. impellente lunâ acceſſum & receſſum maris contingere ſcribat. Joan. Gœdd. *in l.* 96. *ff. de verb. ſign.* Ego in diſputat. meis Juſtinianeis Witebergæ habitis, reſpondente Auguſtino Preilio *diſp.* 5. *th.* 24.

4. Probationem legitimorum vel illegitimorum liberorum aquaticam, Celtis (populis Rhenanis) uſitatam paſſim ab hiſtoricis illuſtrioribus relatam meminerimus. vid. Herman. Neuwald. *in diſcurſu contra Scribon. de hac probâ aquaticâ per aquam frigidam.* adeò ut elemento aquarum efficaciā viniq; magnam & incredibilem ineſſe occultâ quâdam cauſarum operatiōne autumat Bodin. *de demon. l.* 2. *c.* 1. ibi: Die verborgene Krafft der Waſſer / 2c

vide

vide Nicet. Choniat. *lib.2.annal.pag.mihi* 160. Solin. *de fonte Dianæ.* & Joan. Wolff. *tom.2.lect.memor.pag.*418. ibi: Mirum eſt, ſi quæ mulier impudica aquam ejus vino immiſcuiſſet, fontis indicio, qui in unum corpus laticem cum mero coire non pateretur, vitam illico ſcelusq; ſine fuiſſe, ut quivis ſuſpectam adulterii uxorem in hoc fonte probaret: fontis alterius cujuſpiam meminit vim admirandam Sil. Italic. *lib.* 3. *bellor.punic.* ibi:

Stat phano vicina (novum & memorabile) lympha,
Quæ naſcente die, quæ deficiente tepeſcit,
Quæq; riget medium cum ſol accendit olympum,
Atq; eadem rurſus nocturnis fervet in undis.

Scribon. *in Phyſiolog. de mag. vel ſagar. nat. pag.* 121. aquam idcirco intra ſuum alveum recipere nolle ait, quod abjuratione execrandâ ſagæ renuncient fœderi baptiſmatis cum S. Trinitate contracto, & quoniam aquâ baptiſmati tam enormiter fuerint abuſæ, fieri ut arcano Dei conſilio, juſtoq; ejus judicio ſagarum delicta ulterius non graſſentur, nocentiâ projectarum in aquas, elementis atteſtantibus demum manifeſtatâ, qui exinde peculiarem quandam inter ſagas & aquas ſtatuit ἀντιπάθειαν, quam Melander *in tract. de ſagis pag.* 75. irridet, & ἰδιοκρασίαν à ſpecificâ corporis compoſiti propriè fluentem incongruam nec homogeneam appellitat, quod enim magnes ferrum attrahat, id conjunctâ attrahendi inquit proprietate contingere, ſecus ſi aquam magas rejicere nec admittere velle videamus: quid ſi idem hic diceremus parem ebulliendi proprietatem, quoad ſagas, aquis attribuendam?

5. Et licèt cæteris Scribonii argumentis ἁπλῶς ſubſcribere non poſſim, formam ſagarum per immutationem, quæ in ſenſus corporis non cadat, tacitam vel quod dicta craſſius naturalem corruptionem regenerationemq; præ ſe ferentem, fieri exiſtimantis. *in Epiſt. ad Lemgov. de probâ hâc aquat.* Diſſimulandum tamen non eſt, quocunque res definiatur reſpectu, impios Sathanæq; addictos homines ut plurimum † ſacras paginas nominare leves. 84
*Daniel.cap.*5. ubi idioma Germanicum ſic ſonat ad Balthaſarem, Man hat dich in einer Wage gewogen/ vnd zu leicht gefunden. Et à Pſalmiſtâ paleis, quæ vi ventorum hinc inde rapiuntur, impios comparari conſtat, *Pſalm.* 1. Sed utrum hæc levitas ad corpus, quod natura grave eſt, referri jure poſſit, maximè ambigitur, quin potius immutationem Phyſicamq; metamorphoſin illam Diabolo prorſus impoſſibilem eſſe credamus, non tam quod levitas quoque dicatur corpus in abſtracto, quod Sathanæ haud attribui poſſe apparet, quã quod mutatio hæc alterationem præ ſe ferat, ſeq; invicem ut cauſa & effectus arguant, alteratio enim augmentatio vel diminutio motus ſunt, generatio & corruptio mutationes, quæ non niſi morte hominis queant contingere, reſuſcitare autem corpus mortuum Sathanæ eſt impoſſibile (neque hic obſtat reproductio Samuelis *quâ de re ſup. hoc cap.*) multò magis autẽ novas creare,

mutare formas, aut enim forma totius compoſiti, ut loquuntur, mutatur
85 κατ' ὀυσίαν, i. e. eſſentiam, aut κατὰ ποιότητας juxta qualitates. Forma † corpo-
reitatis non mutatur, quia manente cauſâ effectus manet, mixtio elemento-
rum eſt cauſa formæ corporeitatis, quæ inde quaſi ſurculus demum efflore-
ſcit, at mixtio manet. Ergo & actio inde reſultans, mutabitur ergo hominis
forma ut homo vel per quam homo, id quod eſt, exiſtit, quo tamen eſſentiæ
reſpectu, non niſi corruptione & interitu interveniente, mutari poteſt, tan-
tum abeſt, ut ex alteratione accidentium vitiorum vel peccatorum, quibus ſa-
gæ à Deo deficiunt, inde corporis ac animæ mutationem phyſicam naſci ſta-
tuamus, quod abſonum & abſurdum apparet. Ecqua quæſo animæ & corpo-
ris in qualitatibus diſparatis affinitas, quæ cognatio, concomitantia? ſive
ὑπομένης qualitatem mutationis ratio.

6, Sed utut ſit, res eſt controverſiæ expers, rationem hic dari ſolidam
omninò non poſſe, interea verò manente hoc, mulierculas nonnullas aquæ
injectas ſupernatare, ac quidem deinceps ſontes reverâ repertas, ut hîc me-
ritò dicendum ſit, rem credimus veram, modum ignoramus, ſive arcano Dei
omnipotentis nutu aquæ elementis, quaſi digito nocentiam ſagarum demõ-
ſtrantis, ſive latente id contingat Sathanæ mille artificis fraude, vetularum
conſuetudinem amoresq; jam faſtidientis, ſive ut Nicol. Henning. *in adnot.*
de ſuperſt. mag. inquit, ne aquæ elemento pereat, quæ igni perire debeat,
86 ſoli illi, qui ſcit omnia, conſtat, & refert Bodin. *de dæmon. pag. mihi* 522. † no-
ctu ambulonem quendam à Sathanâ ad amnem profundum deductum aquã
ſupernataſſe, uſque dum ab inſequente domeſtico nominetenus ſit vocatus
87 ſomnoq; ſuſcitatus, quẽ tamen ſuffocatum aquâ refert. Sic non ita pridem †
fatuus miſer, noctu ruri obambulans, à Sathanâ ad devia, corpus ruſtici nu-
per defuncti præ ſe ferente, & tandem ad amnem profundum, quod lanum
accolæ appellitant, traductus eſt, illo ſuper aquam deambulante & advocan-
te hominem, ut ſequeretur, morio rem periculi plenam videns ejulavit, ſpe-
ctro indeſinenter reclamante, veni ſtulte, veni modo: fatuus indignanter re-
ſpondens ait: hem te ſtultum ipſummet: tu, ſiquidem talis non eſſes, non
natares hic in aquis: memorabile, mehercle, natationis fanaticæ ſuper aquã
frigidam à fatuo illudente profectum indicium. vide Godelman, *de venef. &*
mag. lib. 3. *c.* 5. Remig. *de dæmonol.* 3. *c.* 9. Zanger. *de qq. & tortur. c.* 2. Vult. *in §.*
item lex Cornelia. inſtit. de pub. judic. Borcholt. *de feud. c.* 7. *p.* 3. Beuſt. *de jurejur.*
num. 204. Wier. *de præſtig. dæmon. lib.* 6. *c.* 7. Bodin. *de dæmon.* 4. *lib.* 4. Dam-
houd. *in pract. crimin. c.* 43. Otto Meland. *in ſing. tr. de ſagis. pag.* 70. *& ſeqq.*
Camerar. 2. *med hiſtor.* 18. Martin. Delrio *in diſquiſit. mag. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4.
quæſt. 4. *ſect.* 4. Berlich. *in pr. qq. concl.* 4. *part.* 4. *num.* 178. Pacian. *de probat. lib.*
2. *c.* 2. Theodor. Reinkingk *in reſp. de proceſſ. contra ſag. null. inſtit. quæſt.* 3. *num.*
499. *& ſeqq.* ibiq; Wilhelm Antonii *in clauſt.* Cunrad Hartz *de reor. inquiſit.*
jurid.

Digitized by Google

jurid. inſtit. concluſ.6.num.23.& ſeqq. ibiq; Anonym. in not. Herman. Gœhauſ. *in deciſ.3.quæſt.*1. ſed ad indicia alia propero.

35. Indicium magiæ eſt, quoties † in ſagarum corporibus plagæ vul 88
nerave authore incerto reperiantur, Remig. *de dæmonolat.* 1. *cap.*13.*pag.*83.&
84.88.& *pag.*94.*pag.*111.*pag.*118.& *p.*127. refert *pag.*83. Cuninum Gugno-
tium Ancherii anno 1585.4. non.Jan.faſſum,eò quod † ad conventus indi- 89
ctos nunc tardius nunc infrequentius acceſſiſſet, non ſemel ſe à Diabolo va-
pulaſſe ad interitum. Nicolæam Moreliam tantas aliquoties ſuſtinuiſſe pla-
gas à Sathanâ, ut intercepto præ verberûm atrocitate ſpiritu pene exanima-
retur, neque id mirum videri confeſſum, ferreas enim (dixiſſe) illi eſſe ma-
nus, quibus ceu malleo, caput uniuſcujuſq; ſic contundat, ut attrectantibus
exoſſatum videri poſſit. Graviſſimas † quoq; luiſſe pœnas filiã dominici Raii, 90
quæ non impetratâ veniâ à Diabolo, ſanitati reſtituerat hominem, quem ve-
neno paulò ante offenderat. Nonnunquam in os etiam ſic unguibus involat,
ut id totum lacerum ac dilaneatum ſæpè relinquat, ait *p.*84. Sicuti Roſa Ger-
hardina commonſtratis veſtigiis judici fecit hoc manifeſtum: par idemq́ue
exemplum refert *lib.*1.*c.*12.*pag.*94. Belhoria ſaga dæmonis mandato maritum
occidere nolens, aqua intercute ſic afflicta eſt, ex cujus tumoribus cum ſex
menſes integros laboraſſet, non prius convaluit, quam ſextarias fœtidiſſimi
humoris duodeviginti per imos pedes facto vulnere ejeciſſet. Sic Bal. Bajo-
lus, cum mandatum Dæmonis de miſcendo cuidam veneno, quem fortè exo-
ſum habebat, neglexiſſet, tam duras in propriis ædibus pœnas dedit, ut mal-
let (quantum inquiebat) alios ſimiles cruciatus, ſi iterum eſſent ferendi, mor-
te præſenti depaſci, nec tulit etiam inultum alia quædam venefica, quod faci-
noris ſocias ab incœpto eſſet dehortata, cum fortè ad ſtagnum Wapenburg
conveniſſent, ac de more ejus aquas perdendis arborem fructibus exagita-
rent: id verò faciebat quod meminiſſet, ſe non ſemel earum pomis & duram
& longam famem toleraſſe: nam de hoc graviter objurgata, multis præterea
verberibus caſtigata, parum illud conſultum non multo poſt luit conſilium.
Joanna à Banno cùm teſtium autoritate obruta tormentorumq;, quæ offere-
bantur, metu permota judici omnes ſuas noxas maleficiaq́ue patefeciſſet, ac
præterea eo verbis prætereunte, Dæmonem, cui ſe ipſa addixerat, perpetuum
faceſſere juſſiſſet, non multò pòſt ſolam in carcere repertam, ſic is pugnis cal-
cibusq́ue conſcidit, ut illum ſibi jam poſtremum eſſe diem putaret, ſed com-
modum intervenientes cuſtodiæ impedimento fuerunt, ne ſuam ille imma-
nitatem ac ſævitiam longius exerceret. Certè illi totum tergum recentibus
verberum veſtigiis adhuc fœdum erat, cum hæc quæſtori denarraret. Porrò
alia † ob eandem agniti criminis cauſam tam duros magiſtello ſuo in carcere 91
dedit, ut ab eâ editi præ intolerabili plagarum dolore clamores caſtellani do-
meſticis longiſſimè etiam exaudirentur. Ecce ut inclementiſſima injuſtiſſi-
maq;

maq; ſemper eſt ſervitus apud Diabolum iis etiam, qui ſe totos ad arbitrium ejus comparaverunt. Porrò *idem lib.1.c.17.* ibi: Et quod miſerrimum eſt atque iniquiſſimum, excuſationem contra nemini afferre licet: Sed ſi quis laborem ætatis aut valetudinis occaſione detrectat ac defugit, huic præſto ſunt verbera, pugnis aut calcibus non aliter contunditur atque accipitur, quam quæ exoſſantur malteis ſalſamenta. Et idem *lib.1.c.10.in fine,* ibi: Ac cum his pene enecti ſunt omnes, qui interſunt: tamen priuſquam dimittantur, gratias Dæmoni ingentes ab illis agi oportet, quod eos videlicet beârit adeo feſtivis ac lepidis concionibus: ſi quis enim hoc facere aut negligit aut detrectat, præſtò illi ſunt verbera, ac adeò tam ſæva crudeliaque, ut ſæpe integrum biduum ex eorum dolore ei, qui ſentit, ſit decumbendum.

92 36. Indicium facit ſublevatio in ſomniis, & † abſentia ſagæ ſub mediam noctem, Remig. *lib.1. cap.* 14. ibi: ſuppoſitæ perſonæ, quæ abſentium uxorum, loco maritis occubarent, &c. hinc Ariſtomenes apud Apulejum *l.1.* à Meroe & Panthiâ lamiis inſignibus, una cum contubernale Socrate ſe appetitum fuiſſe circa tertiam vigiliam recenſet, & Plinius Jun. *lib. 7. cap.6. & lib. 7. epiſtol.* narrat, quomodo Athenodoro Philoſopho inſultaſſet idolum ſenis macie & ſqualore confecti, addens id factum per noctis ſilentium. Alex. ab Alexand. *lib.5.genit.dier.cap.*24. terribiles larvarum tumultus Romæ fuiſ-
93 ſe auditos, medio fere noctis ſilentio. Silentium † authores paſſim interpretantur intempeſtam noctem, id eſt, ut Cenſorin. *de dieb. nat. lib. 9.* ait, quæ mediam proximè antecedit, Plutarch. in Bruto eam profundam mediamque noctem appellat, Euſeb. Cæſar. *in confut. contr. Hierocl.* 4. noctem intempeſtam ait eſſe eam, quæ gallicinium proximè præcedat, convenientiorē nempe Dæmoni ad nefarios ſermones vel actus evocando, alii noctem intempeſtam, mediam vocant noctem, Macrob. *in Saturn.* 1. *cap.* 3. quod tempus tenebrarum Principi accommodatiſſimum eſſe ad res agendas cum hominibus, hinc Telephion Mileſ. apud Apulej. *lib.* 2. Lariſſæ cadaveri cuidam cuſtos adhibitus contra ſagarum inſidias, ex quibus unam muſtelæ ſpecie, ea noctis tempeſtate ſibi obſervatam fuiſſe dicit, Ecce (*inquit*) crepuſculum, & nox provecta, & nox altior, & deinde concubiæ, & jam nox intempeſta, &c. adeò ut hiſce temporibus ſagæ abſentia ſuſpecta, non leve & ſupervacaneum faciat indicium, Remig. *Dd. locis.*

94 37. Porrò indicium ſuggerit decumbentia † ſomnuſque profundus mulieris, dies aliquot durans. Idem Remig. *d.loc.pag.*118. *& pag.*145. ubi atteſtatur communi experientia & confeſſione unanimi ſagarum compertum eſſe, ut quæ conventibus Diabolicis interfuerint, ſæpe integrum biduum præ
95 † laſſitudine obdormiant vel decumbant, Remig. *lib.1.cap.*14. *d. pag.*145. ibi: Sathanæ ubique pernicioſa ſunt officia, ſolatia moleſta, damnoſa liberalitas, intempeſtiva ſtudia. Ergo ſi quando ſublevandi laboris occaſione ſuos per
aërem

Digitized by Google

aërem tranſmittit, longè graviore languore confectos relinquit, quam ſi incitatiſſimo curſu viam aſperam pedibus confeciſſent, & paulo pòſt Barbolina Rayel ſe ſæpe ex ea geſtatione in tantum exagitatam, dixit, ac defatigatam fuiſſe, ut domum reverſa perpetuum triduum decumbendum eſſet, priuſquam pedibus conſiſtere poſſet.

38. Indicium non vulgare ſuppeditat, quoties larvæ penes mulierem veneficii vel ſortilegii ſuſpectam fuerint paſſim inventæ, Remig. *lib.*1.*cap.*18. argumentis multis adſerens, ſagas † non niſi ob larvatas ad tripudia & conventus peragrare, quod ne cuiquam commentum videatur, Nicolea Morelia (*ait*) cum quæſtor illius tentandæ gratia diceret, meras eſſe nugas, quas de circumvagatione ſua referrent, ad ampliorem fidem indicavit, ſe ſuam illam larvam adhuc habere domi in arca reconditam, quam ipſa in uſum ejuſmodi adaptaſſet, cum primum una ad nefarios conventus properaret, quo videtur alluſiſſe procul dubio Virgil. 2. *Georg.* ibi: 96

Ora vel obductis cortice horrenda cavato.

Longobardi maſcas appellarunt larvas, unde Maſcaradæ, qui Hilariis perſoſonati circum compita currunt, Remig. *d. loc.* ibi: en & ſemper ſunt integumenta atq; involucra iis, qui agunt, quod ſciri timent, quibusq; & peccatorum conſcientiæ metus ſemper aliquis exoritur.

39. Indicium præbet, ſiquidem ſortilegii ſuſpecti † canes inſolitè geſticulantes, vel præſtantes, juxta ſe habuerint, eos unicè colentes magnique facientes, Bodin. *de dæmon. pag. mihi* 537. & Remig. *lib.* 1. *cap.*23. ubi atteſtatur, Andream quendam Italum, canem cœcum & ruffum ſecum ducentem, qui uniuſcujuſque arcana aperiret, ſtupendaq; alia ederet. Ruſticum quoque apud Vogeſos aluiſſe canem, quem pedibus advolutum, ſi quando cum popularibus diſcumberet, jacuiſſe refert, à quo demiſſa clam manu venenum accepit, quod cui vellet, inter epulandum, infunderet, ex eoque ſatis multos periiſſe, priuſquam illius fraudis in eum ulla transferretur ſuſpicio. 97

Cornelium † Agrippam Cacodæmonem nigri canis ſpecie cotidianum juxta ſe habuiſſe, atteſtatur idem *d. loc.* cui collare fuit loreum magicis per clavorum emblemata natis inſcriptum, qui canis (teſte Bodino) hero ſuo Agrippâ defuncto ſe in vicinũ amnem præcipitavit & evanuit. Idem refert *lib.* 3. *c.* 6. uti mulier Tholoſana cum Sathana ſub canis ſpecie rẽ habuerit, & ſubdit, Lutetiæ veneficam cani ſuccubuiſſe, *d. loc. p.* 537. Sic Coloniæ anno 1566. canem quendam fuiſſe in cœnobio, qui vulgò pro ſpiritu haberetur, tradit idem *d. loc.* ſolitus fuit hic canis geſtu inverecundo monialium tunicas ſublevare. In cœnobio Haſſiæ quodam quotquot monialium in eo fuerint, conſuetudinem Sathanæ per canem uſurparunt, unde omnes à Sathanâ obſeſſæ fuêre. Deſſen habe ich den Leſer deßhalben erinnern wollen/ damit er ſich für- 98

ſehe den willen der jungen Töchter/ welche zum Gelübde der Keuſchheit keine Neigung tragen/ nicht nach ſeinem Kopff vnd Fürſchlag zu nöhtigen. Johan. Fiſch. *in tranſlat* Bodin. *pag.*538. Sic cum pecuniæ indulgentiarum per Germaniã eſſent collectæ in magna copia per legatos Romanos, eæq; furtim ſurreptæ in Cronas & Freyburg oppidis Saxoniæ Electoralibus, in Cronas à filio ruſtici, in Freyburg à Paſtore, fures ambo fuère confeſſi, Diabolum ſe juviſſe ad patranda furta in forma hominis & canis. Wolff. *cent.* 1. *lect. memor.* 15.*pag.*921.

99 40. Indicium exoritur, quoties † magiæ pene convicti vel ſaltem delati ſocios omnino nominare velint, quæ res hanc rationem præbet, quoniã experientia dictitârit, ſortilegos inter ſe religioſiſſimè cavere, ne ſi quando in reatu ejus criminis eſſe contingeret judicium, in ſe invicem, vel exquiſitiſſimis tormentis adhibiti confiterentur, utq; ſemper eſſet præcipua ejus ſilentii fides. Quod & illis ſic in religionem vertitur, ut violati in eo jurisjurandi pœnas exiſtiment eſſe ſempiternas. Id adeò Martha Margeloria (ait Remig. 1.*cap.*17.) oſtendit, quæ cum poſt admiſſorum confeſſionem ſeſe vehementius cruciaret, ac rei ejus cauſam à judice rogaret, reſpondiţ ſe in magno motu eſſe, ne quia Dæmoni de ſe ſociisq; celandis promiſſum non ſervaret, vita defunctę luendum eſſet flammis æternis tale periculum. Hactenus Remig. *d.loc.*

100 41. Indicium parit† immundicies corporis nimia & obſcœna. Remig. *lib.*1.*de dæmon.c.*10. hinc Gregor. *in Matth.c.*12.*&* *Marc.* 1. Behemoth, pro animali impuro explicat, hinc Dæmon ſpiritus inmundus dicitur, *Luc.* 11. *Matth.*12. non tam quoad vicia ſtudia & actiones, ſed & ſecundum objecta exteriora, Sathanâ corpus cadaverq; ſordidum, fœtidum & immundum ſæpenumerò, quo apparet, aſſumente, proinde fit, ut miniſtri, non niſi hircum, magiſtellum ſuum oleant, imitentur, juxta illud ὅμοιον ὁμοίῳ ἐφίεται, hæcq; ob id præcipua cautio eſt (*ait Remig.*) ne mane ſolito aliorum hominum more manus lavent, quo nempe ea res faſcinationibus ſuis indubitato occurrat, uti ex adverſo experientia prodidit, ſæpenumero ab inſidiis veneficii fuiſſe tutos, quorum manus ſedulò lavarentur: hinc ſaga quædam Galliæ jam jam in ignem conjicienda ultimum cum marito prandens, multis eum audientibus

101 amice monebat, † ne numine inſalutato, illotisq; manibus domo pedem manè efferret, ſi ſe à veneficatum inſidiis tutum cuperet, atque ſecurum, hinc tritum diverbium: χέρσιν ἀνίπτοις, ne quis ſcilicet manibus illotis opus aliquot attingat, inchoet, auſpicetur. Eraſm. *Ch.* 1. *cent.*9. *ad d.*55. *ubi eleganter* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.*1.*num.*3.*in alterâ edit.* Sic Judæi ſacrificaturi, ante omnia manus abluebant, *Deut.* 21. Sic Telemachus apud Homerũ Palladi oblaturus victimas, marina aqua lavabat digitos, unde verſ. Virgil. *Æneid.*4. ibi:

Dic

Dic corpus properet, fluviali aſpergere lymphâ.

Etidem *Æneid.* 2.

Tu genitor cape ſacra manu patrioſq́; penates
Me bello, è tanto digreſſum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec in flumine vivo
Abluero &c.

14. Denique indicium generat † ſimulata & fucata pietas, Remig. *de dæmon.lib.*1.*c.*9.ibi: pleræq; omnes ejus criminis compertæ, quantum mihi ex earum confeſſionibus hactenus comprehendere licuit, ſic ficta diſſimulataq; pietate ſceleſtiſſimam vitam ſemper obtenderunt, neque enim juxta regulam tritam, πολλοὶ βουνέκται, παῦροι δὲ γῆς ἀροτῆρες, poteſt quippe fieri, ut ſit aliquis juſtus in conſpectu hominum, & non in conſpectu Dei ſecundum illud *Lucæ* 2. ibi erant autem juſti ambo in conſpectu Dei ambulantes in omnibus mandatis, &c. ſecus quod Phariſæo & telonario ſcribitur *Lucæ* 18. Qui enim juſtus videbatur, injuſtiſſimus erat & vice verſâ. Quapropter Origen. *in d. c.* 2. Beatus, qui in conſpectu Dei juſtus eſt atque laudabilis, homines enim quantumvis certum judicium habere videantur, tamen non poſſunt ad liquidum pronunciare. Sæpè enim evenit, ut † laudent eum, qui non eſt laudabilis, & ei detrahant, qui detractione minimè dignus erat. Solus Deus in laude & vituperatione juſtus eſt judex. *& in c.citius.in princ. de pœnit. diſt.* 2. dicitur, quod homo ſæpè multis occultè peccatis involvatur, qui in virtute magnus appareat, &c. Eraſm. *in Chyliad.*1.*cent.*7.*cap.*8. atteſtatur, compluribus mortalium adeſſe virtutis inſignia aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent. Et Plin. 3. *Epiſtol. ad Cornel. Hiſpull.* Vita hominum altos habet receſſus magnasq; latebras, ut idcirco vix cuiq;, niſi ſoli Deo poſſibile, juſtum ab injuſto, probum ab improbo, bonum ſanctumve à malo & prophano diſcernere. Cicero *Epiſt.*1.*ad Q. fratr.* quoque refert periculoſum judicare, probuſne ſit quiſquam an improbus. Multis enim (ait) ſimulationum involucris tegitur & quaſi velis quibuſdam obtenditur unius cujusq; natura, frons, oculi vultus perſæpe mentiuntur, oratio vero ſæpiſſimè. *hæc ille.* vide ſupra *p.*1.*cap.*54. Remig. *d.lib.*1.*cap.* 9. ubi ait: Quod † Sathan pietatem, religionem, ſanctitatem nuſquam non in ore ſuorum habeat. *pag.*67. adeò ut Sathan primum incautas invadens mulierculas, non alium apud eas ſermonem habere ſoleat de ſanctimonia, de pudore, religione ac ſacrorum ſtudio, hinc ſacra illa Dæmoniaca Ethnicorum, quæ Plutarch. *in lib. de cohib. iracund.* Nephalia & Meliſponda appellat, in quibus vinum attingere, aut luxui indulgere ſummum erat nefas, nec eſt, quod ſubmiremur: cum ſcriptum ſit, in angelum lucis quoque ſe transfigurare poſſe Sathanam, 2.*Corinth.*11. nemo quippe adeo ſecurus ſtolidusq; eſt, ut quem primo videret aſpectu cornua oſtendentem, ungulas præ ſe ferentem, non confeſtim fugeret. Et licet Diabolus

102
103
104

nihil tam exoſum habeat, quam cultus divinos, quia apertus Dei hoſtis eſt; præſtigiis tamen atque incantationibus ſuis non ceſſat intermiſcere votivas peregrinationes, anathemata, libationes, ſacra, luſtrationes, precationes ſolennes, expiationes, eleemoſynas, & id genus alia, quod religionis aliquod ſtudium præ ſe ferre videntur. Etenim convenit ſecundum Lucret. *lib.1.*

— — Pueris abſynthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Aſpirent mellis dulci, flavoq; liquore.

Sic Sathanæ pediſſequæ (ſagæ) non niſi probitatem, pietatem inſignem co-
105 ram mundo ſimulant, ſacra templaq; frequentant, S. Euchariſtia † ad damnationem graviorem utuntur, ad incantandum preces, jejunia, vota, ceremonias devotas, dicta ſcripturæ temerè & vafrè uſurpant, nempe ne videantur ſagæ, ne judicentur vetitis & ſuſpectis mediis remediiſve ſalutem hominum reſarcire, cædentes interea, ut cum Poëta loquar, jactatis vilia membra modis. Nunquam enim non gaudet Bellona cruentis, dicente Horat. *lib. 2. ſatyr. 3.* inde Ulpian. *in lib. 7. de off. proconſ.* hoc hominum genus bellonarios per bellè appellat, referente Remigio *d. l. 1. c. 9.*

106 43. Indicium eſt, ut quoties ſortilegii † ſuſpecta, ad minas, verbera, hominem, cui nocuerat, tacitè ſanârit, in confeſſo fere eſt omnibus, ait Remig. *lib. 3. c. 3.* quæ de hoc interrogantur, ſagis, quo plus metuuntur, eò audacius nocere, ac minis & injecto de carcere motu, apud ſe multum profici, ut faſcinationes ſuas repercutiant. Diſerta eſt atque expreſſa ad id Claudii Morelii oratio agnoſcentis, ſe nulla adeo re magis adactum, ut levaret, quas ſemel intulerat injurias, quam cum de comprehenſione, verberibus, ac vi aliquâ terror offerebatur, hæc ille. Quanquam Bodin. *de dæmon. lib. 4. cap. fin.*
107 minas, verbera ſerio diſſuadeat, exiſtimans, utplurimum † ſagas quoque teneri vi ſpecialis mandati nocere inimicis. Etenim experientia ſatis ſuperq; evictum adſerit, Sathanam quoſcunque conventus hoc ſermonis genere paſſim concludere ſolitum: Rechnet euch an ewren Feinden / oder jhr müſſet ſterben.

Porrò indicium potius eſt, quoties magiæ ſuſpecta vel vir ſuſpectus ho-
108 minem † tangat, isq; inde confeſtim incidat in morbum, vel ſiquidem ex propinatione alicujus potus vel cibi homo ægrotare cœperit, quod exemplis declarat Remig. *d. loc.*

Nonnulli quoque inter indicia ponunt nimiam ſuſpectæ perſonæ laudationem pecoris vel frugum, hinc Virgil. *Ecloga 7.* ibi:

Si ultra placitum laudârit baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Et refert Plin. 7. *c.1.* novum non eſſe reperiri, qui bene ominando atque impenſius laudando arbores, ſata, ipſosq; adeo homines effaſcinent ac prorſus perdant.

Digitized by Google

perdant. Gell. 9. *noct. att.* 4. Petr. Gregor. *in ſyntag. jur. univerſ. lib.* 34. *c.* 11. *n.* 14. *& ſeq. ubi & alia videas.* quæ cauſa, teſte Ariſtotele 20. *ſect. probl.* 34. fuit antiquitus atque etiamnum hodie, ut laudaturi aliquid, præfari ſoleant, ne verba laudato obeſſent, vel ut noſtrates præloquuntur, Gott ſegne es / ꝛc. Sic prudentiores patresfamilias nedum in conſpectum quorumvis deducunt tenellum pecus, exiſtimantes etiam ipſo aſpectu ſagas nocere pecori poſſe, juxta illud Virg.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos?

Utrumque nos fallax & ſuperſtitioſum credimus.

43. Inter indicia à quibuſdam etiam refertur † mendicitas juncta famâ, ut ſi mendicanti mulieri, quæ ſuſpecta habetur, eleemoſynæ, vel quævis 109
alia denegantur, Remig. *lib.* 2. *de dæmon. c.* 11. unde malum aliquod homini vel jumento mox adferatur. Sic cum Nancæi, Lotharingiæ ſagæ, mendicanti ante fores, non daretur panis, confeſtim illa patrisfamilias viri nobilioris filium forte domo egredientem præſens adhuc ſagâ obfaſcinavit, ut in planicie terræ pene pedem frangeret, puerum reconvaleſcentem paulo poſt per Diabolum è ſublimi ejecit per feneſtram. Remig. *d. loc. pag.* 279. ubi prolixè hoc exemplum deſcribit. Submirandum vero eſt, puerum tam ilicò, cum domo exiret, infortunio tactum, quod an ſolo conſpectu vel diris imprecationibus ſagæ evenerit, judicandum aliis relinquimus. Bodinus opinatur etiam aſpectu & collaudatione, qua de re modo diximus, incantationes fieri poſſe, narratq; in Africa & Italia reperiri familias aliquot, quæ † ſolo aſpectu vel lau- 110
datione homines potuerint interficere, unde diverbium Italicum natum affirmat: Di gratia nogli dia te mal d' ochio, id eſt, Deus cuſtodiat oculos tuos, Gott laß jhm kein Aug darumb ſchweren. Bodin. *lib.* 4. *cap. fin. pag. mihi* 293. eodem pertinet gentilium illa vox, *præfiſcine* vel *præfiſcini*: de quo Muret. *lib.* 9. *c.* 3. ait: Verùs erat opinio, periculum eſſe aliquod à faſcino, ubi quis impenſius aut laudaret ipſe ſe, aut præſens ab alio laudaretur: ex eâ opinione receptū erat, ut in laudando plerumq; adderent vocem, præfiſcinè aut præficiſcini, quâ invidiam & faſcinum à ſe amolirentur ac deprecarentur: in cujus locū hodie uſurpari videtur: *dicto abſit invidia*: vel, *ſine invidia dixerim*, Germani ajunt, Gott gebe daß ichs zur guten Stund rede. Matth. Martini *in lex Etymol. ad d. verb. præfiſcini. pag.* 1832.

Exſecrationibus diris faſcinationes repentinas contingere credibilius, quoniam illæ gentibus quoque fuêre uſitatæ & quidem haud ſine effectu & energia, qua de re Æſchines in oratione ἐπεύχεται (*inquit*) κατὰ Κτησιφῶντος μήτε γῶν καρποὺς φέρειν μήτε γυναῖκας τέκνα τίκτειν γονεῦσιν ἐοικότα ἀλλὰ τέρατα, &c. quæ † exſecrationum verba nunc quoque ſagis noſtris in buccam veniunt, ſi 111
quid fortè mendicantibus denegetur, ait Remig. *lib.* 2. *de dæmon. cap.* 9. vel ut idem Æſchines ait ibidem, γέγραπται γὰρ τοῦτο ἐν τῇ ἀρᾷ εἴ τις τάδε φησι παρα-

 βαίνοι

Digitized by Google

βαίνοι ἡ πόλις, ἡ ἰδιώτης, ἡ ἔθνος ἐναγὴς ἔσω τοῦ ἀποτόλμων ἔθνος καὶ τοῦ ἀτιμίου ἔθνος. Nam non modo res ſingulorum domeſticas, ſed & communes totamq; rempublicam diris imprecationibus peſſundant & evertunt. Illis boves, vaccas, porcos, oves, his liberos & omnem ſalutem, iſtis ſegetes vindemiam, ac ſæpe oppida & pagos integros, & habēt, qui pro arbitrio vota ſua exequatur, Dæmonem, ſi modo res, in quas conceptæ ſunt exſecrationes, Dei præſidio ſint deſtitutæ,
111 hanc Balaamus Iſraëlitis maledicere non poterat, quia Deus propriaq; aſina, adjuncto angelo, illi reſiſtebant, *num.* 12. Sacerdos Athenienſis populi juſſu execrari noluit Alcibiadam, dicens non imprecandi, ſed precandi cauſa, ſe
113 ſacerdotium iniviſſe Plutarch. *in probl.* 43. Et Onias † ſummus Judæorum ſacerdos, qui antehac precibus ſiccitatis tempore pluvias impetraverat, ad inſtantiam Judæorum Ariſtobulo maledicere noluit, ſciens populum jam à Deo deſertum, quapropter dilapidatus miſerè occubuit, Joſeph. *lib.* 14. *antiq. Juda. c.* 3.

114 Maſſilienſes † publicis & delicatioribus cibis, quendam egenum, quādo fatorum diris premerentur, alebant, quem poſtea verberis, veſtibusq; ſacris ornatum circumducebant per urbem cum execrationibus, precabanturq; ut in hominem mala omnia civitatis, quæ vel peſte aliove infortunio eis impenderent, inciderent, quibus peractis hominem in mare projiciebant, Quintil. Mandos. *in caſ. annalib. pag.* 57. quam rem, anniverſariam urbium expiationem vocat Budæus *in l.* 2. *ff. de pœn.* non audiendi ſunt, quicunque *Pſal.* 54. *&* 108. ad imprecationes diras præſtolare adſerunt, quibus vel magiſtratus iniquus vel privatus aliquis poſſit faſcinari, Remig. *d. lib.* 2. *cap.* 9. quem reſpectivè contritione, pœnitentia potius enecandum docent Theologi 1. *ad Timoth* 2. Parthen. *litig. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 6. ibi: Den Underthanen wird kein beſſer Mittel gelaſſen/wider die böſe Obrigkeit zuhandelen/ dann daß ſie dieſelbe zu todte beten/ non Pſalmis illis antedictis, ſed orationibus piis ad Deum,
115 D. Thomas *de regim. princ. cap.* 6. quod ſi contra † tyrannum (*inquit*) haberi auxilium humanum non poſſit, recurrendum ſit ad regem omnium, Deum, qui eſt adjutor in opportunitate tribulationis, in cujus manu cor regis eſt, ut tandem tyrannis defunctis flere poſſint quaſi noverca tumularetur, Warem. ab Erenberg. *de reg. ſubd. & oner. ſubd c.* 11. *num.* 46. Monſi. de la Noe *diſc.* 10. *op.* 3. Alias effatum politicum eſt, ut obſequio Principes malos faciamus bonos, & patientia frangamus malorum feritatem, Fr. Jun. *lib. de transl. imp. c.* 2. Alber. Gentil. *de vi civ. in reg. ſem. p. injuſt. diſp.* 3. *pag.* 107.

44. Petenda huc denique indicia, repetendique loci de indiciis ge-
116 neralibus, † phyſiognomiæ, patriæ, natalium, qua de re in terminis Cunrad. Hartz *in tract. de inquiſ reor. legit. inſt. concl.* 4. *num.* 17. ibiq; Anonym. *in not. intercal.* & videndum ſupra *c.* 22. *&* 23. *part.* 1. Bodin. *de Dæmon. lib.* 3. *c.* 5 *p.* 142. tradens, prælucentes & lœcopeos oculos, felum vel ſimiarum inſtar crudelitatem

Digitized by Google

litatem præ ſe ferre, cujuſmodi oculos Syllam Dictatorem, Catonem cenſorium habuiſſe conſtat, idem de oculis, guttis ſanguineis quaſi notatis & aſperſis, prædicatur. Qui naſum ſimum geſtant, præſumuntur iracundi & vindictæ cupidi, qui ſublimẽ, magnanimitatẽ, qui depreſſum habent naſum, humilitatem plerumq; referre exiſtimantur, adeò ut Jehovæ ipſi in ſacris relationes phyſiognomicæ attribuantur, ut *Exod.* 31. ubi Deus appellatur, [illegible] cujus ſacroſancta & veneranda facies naſum ſublimiorem, quaſi magnimitatem præ ſe ferat: de quo ſingularia quæq; videbis apud Dn. Sylveſtrum zum Arenthal amiciſſimum noſtrum *in iconiſm. Aquilæ Romanæ, collat. ult. verſ. amplius videre licet.* Patriæ ſagarum reſpectu, opinatur Bodin. *c.* 5. *lib.* 2. illas utplurimum præſumi nocentes, quas † ſeptentrionalis plaga terræ, Diabolo ſedu- 117
ctore. producat, juxta paraphraſin, Fiſch. ad Bodin. *pag.* 324. Daß vom Nord her alles Vnglück kommen ſolle / *Sapient. c.* 2. *Eſa. c.* 14. 41. 49. Hier. *c.* 34. 6. 13. 15. 23. 25. 46. 47. 50. 51. *Ezech.* 8. 48. *Daniel.* 11. *Zach.* 2. hinc illud Eſaiæ *dict. loc.* Jch will auff den Nortwindt ſteigen / vnd Gott gleich ſeyn / ꝛc. Cum primis, concurrentibus indiciis. Idem *lib.* 4. *cap.* 4. *pag.* 627. allegans Lamberdum Danæum, exiſtimantem raro vel nunquam † Sagas ſeptentrionales non ha- 118
bere notas corpori impreſſas, modo admirando, & refert nobilem Gallum fide dignum fuiſſe atteſtatum, ſagas ſigna, labris, ſuperciliis, dorſo certiſſimè expreſſa præ ſe ferre, ſicque comparata ea eſſe, ut quæ ſigno notata corporis pars reperiatur, † tactus atque ſenſus ſit omnino expers, Fiſch. *in verſ. Bodin.* 119
ibi: Daß ob man ſchon ein Nadel biß auffs Bein hinein ſteckete / ſie es doch nicht fühlen würden / welches zwar / ſo man es an einem oder einer ſpüret / ſchaffet es eine kräfftige Vermuhtung / ꝛc. Sed hactenus de indiciis ſortilegii, magiæ & veneficii, quorum criminum pœna eſt jure civili, capitalis, *l.* 5. §. *fin. C. de malef. & math.* §. *item lex Cornelia. inſt. de publ. jud. l.* 4. §. 1. *ff. famil. herciſ.* textus verò *l.* 3. §. 5. *& l.* 13. *ff. ad l. Cornel.* diſtinguit inter delinquentes, ut humiliores ſaltem † ultimo ſupplicio afficiantur, honeſtiores in inſulam relegen- 120
tur. Conſtitutione criminali Caroli V. *art.* 109. cui applaudit *l.* 3. *C. de malef. & math.* in genere magis dictitatur pœna ignis, Johan. Harprecht. *in tract. crimin.* §. *item lex Cornelia. de ſicar. inſt. de publ. jud.* Vult. *& Dd. paſſim. d. loc.* ubi tamen quoque hoc adhibetur diſcrimen, ut ſiquidem magiam ſaltem exercuêre rei, nemini verò nocuêre, extra ordinem pro arbitrio judicis, puniatur, *d. art.* 109. ibi: Wo aber jemand Zauberey gebrauchet / ꝛc. qua in parte ſubdiſtinguit practica, ut quando † ſaga vel magus pactum cum Sathana fe- 121
cerit, vel ſeſe cum Diabolo carnaliter miſcuerit, licet nemini per incantationem nocuerit, igni comburatur, Vult. *d. loc. Dd. in d. art.* 109. de quo ex profeſſo, Cunrad. Hartz *in tract. de inquiſit. reor. in cauſ. crim. inſtit. concl.* 1. *per tot.* Egoque ipſe *in cap. proximè anteced. de indic. veneſic. ad quod recurre.* cui accinunt jura Saxonica *lib.* 2. Landrecht *art.* 13. † qui jumentis nocuêre ſine ex- 122
preſſo

preſſo pacto Diabolico, fuſtigatione, junctâ relegatione coërcentur, *conſtit. Sax. tom. 2. p. 4. quaſt. 7.* niſi noxa hæc ſive damnum excedat quinq; ſolidos, quo caſu futum pœnâ eos teneri, capiteq; puniri ſancitur eadē *conſt. d. tom. 2. p. 4. q 7. n. 6.* ibi: Es were dann die Verbrechung vnd Schade mercklich/ꝛc. eadē conſtitutione cavetur, ut qui neq; pactum feciſſe, neque nocuiſſe cuiquam, ſed criſtallis aliisq; inſtrumentis uſum fuiſſe cōvincatur, fuſtigatione & rele-
123 gatione mulctetur. De his, qui † ligulas nodantes impediunt, ne vir cum muliere poſſit efficaciter coire, vel ne mulier concipere poſſit, præſtant, capitali quoq; pœna digni judicantur, Damh. *in pr. crim. c. 73. n. 2.* Bodin. *de Dæmon. lib. 4. cap. 5.* quanquam pro re natâ in nonnullis caſibus alia mitiori eos plecti receptum ſit, ut videre eſt ex Dd. & præjudiciis partim ſuopte marte obſervatis apud Anonymum *in not. ad Cunradi* Harts *tr. de inquiſit. reor. concl. 4. in art.*
124 *num. 23.* Porrò qui cum Diabolo colloquuntur, divinationes exercent & † reſponſa dant conſulentibus ſuper furtis aliisq; de cauſis, gladio feriuntur, *jure Saxon. Elect. p. 4. cap. 2.* neq; Bodini ſententiam amplecti poſſumus, ſtatuentis, ut ſiquidem parentes vi compellant liberos ad magiam addiſcendam, hi inde ſaltem pœna extraordinaria plecti debeant, *lib. 4. c. 5.*

125 Præterea qui ad † amorem ſibi conciliandum illicitum, veneremque fovendam arte magica ſive pacto Diabolo utuntur, pœnâ virgarum juncta deportatione feriantur, quale ſupplicium Scabinos Lipſenſes irrogaſſe amatoribus, atteſtatur Moller. *ad conſt. Saxon. p. 4. conſt. 2. n. 5. arg. l. 4. C. de malef. & mathem.* quod ſi tamē ad incantandos amores hoſtiæ ſacræ adhibitæ, dæmoneſq; ſubinde invocati fuerint, pœna hæc exaſperanda & ad mortem uſq; eſt extendenda, Damhoud. *in pr. crim. cap. 61.* Novimus adoleſcentulum hoſtiam conſecratam affigentem arbori, exiſtimantem, ſiquidem ſclopeta poſſet offendere hoſtiam, fore, ut quidquid dehinc jaculaturus eſſet, certiſſimè conſequeretur, qui quoniam intervenientibus hominibus ad effectum perducere non poterat, conatus exinde perpetuâ relegatione mulctatus fuit. Scimus inſuper ſtudioſum, quò gratiam puellæ ſibi compararet, fabri alicujus conſilio inſcripſiſſe cultello nonnulla verba exotica & peregrina, cui ſub manu culter evanuit.

126 Sed quid de hiſce, qui quidem nulla ſuſpicione hactenus laborarunt, † geſtiunt tamen curare maleficatos, incantatos homines vel jumenta ægrotantia? jus civile hoc hominum genus prorſus impunitum relinquit, *l. 4 §. 1. C. de malef. & math. ut Bart. & Dd.* jus Canonicum verò id ita plectendum diſponit ut clerici deponantur, Laici vel excommunicentur, vel pro circumſtantiis delicti, ut quia ſæpenumero hoc delictum repetiêre, fuſtigentur, vel ſi compertum eſt, eos invocaſſe Dæmonem ad depellendos morbos, ultimo ſupplicio afficiantur, *c. nec mirum. 14. §. ad hæc omnia. c. 26. q. 5. & c. admoneant. 15. c. 26. q. 7.* Damh. *in pr. crim. c. 65. n. 97.* Bodin. *lib. 4. c. 5.*

Pœna

Pœna eorum, † qui conſulunt ariolos, pœnitentiam agere publicè tenentur, nonnunquam quoque carcere vel pœnâ pecuniaria plecti debent, *c. tuarum tenore. 2. ext. de ſortil. c. admoneant. 15. c. 26. quæſt. 7.* Georg. Adelbert. Burchard. *in append. ad tract. Valent. Voltzii ad L. Cornel. de ſicar. num.* 112. Porrò, qui ad nocendum proximum magos arioloſve conſulunt, licet revera nondum nocuerint, propter affectum ſceleratum relegatione coërceri poſſunt, *l. 3. C. de malef. & math.* 127

Deniq; in nonnullis locis ſalubertimè receptum eſt, ut † rei veneficii vel ſagæ ultimo ſupplicio afficiendæ, ut eò magis in pœnitentiâ perſeverent, ac ne lenta mors ob magnos cruciatus eas in deſperationem præcipitet, non ſoleant vivæ exuri (ut alioquin in his, quæ anteſignanæ ſunt, & inter alias familiam ducere probantur, in exemplum hujuſmodi malitatis ſatius eſt obſervari) ſed antequam igne ſubjecto comburantur, priùs ſtrangulari vel decapitari conſpiciantur: Atq; hæc conſuetudo etiã probatur Anonymo noſtro *in not. intercal. ad tr.* Hartʒ *de inquiſ. reor. concluſ.* 1. *num.* 10. *ad fin.* Georg. Adelbert. Burchard. *in append. ad tr. Voltzii ad l. Cornel. de ſicar. n.* 109. *ad fin.* 128

CAPUT XXXIII.

DE INDICIIS PARRICIDII EIUSQUE ſpeciebus.

SUMMARIA.

1. *Parricidium quid?*
2. *Explicatur vox affinitatis.*
3. *An parricidii pœna liberos naturales quoq; teneat?*
4. *An pater patriæ hoſtis & bannitus poſſit à filio occidi licitè?*
5. *An mandatarii aſſaſinii teneantur parricidii pœna?*
6. *Quomodo explicandæ leges generaliter conceptæ, notabilis regula.*
7. *An ætas minor pœnæ mitigationem mereatur in hoc delicto?*
8. *Argumenta dubitandi reſolvuntur.*
9. *Regula de præjudiciis notabilis.*
10. *Quomodo minores puniendi ſint?*
11. *Explicatur l. 14. ff. ad SCtum Syll.*
12. *An conatus hic plectatur pœnâ ordinariâ?*
13. *De occiſore novercæ, vitrici & patris adoptivi, item patris hæretici.*
14. *An filius contra patrem poſſit allegare moderamen inculpatæ tutelæ?*
15. *Quid de parentibus, liberos occidentibus?*
16. *Quomodo pœna parricidii ſeſe habeat, deficiente amne in loco ſupplicii inferendi?*
17. *Frater ſororem occidens, qualiter puniatur.*
18. *Auxilium præbens matri infantem occidenti, qua pœna teneatur?*
19. *Mater avia adjuvans mulierem ad occidendum partum, pœna ordinaria tenetur.*
20. *Contradictiones Berlichii demonſtrantur.*
21. *Quando feris beſtiis objiciendi parricidæ?*
22. *Quomodo cædes partus in utero puniatur?*
23. *Ecquis partus dicatur animatus vel inanimatus.*

Digitized by Google

24. Partus inanimati corruptio vel abolitio qua? & de pœna hujus facinoris.

25. Abortionis poculum exhibens propter ſolum conatum puniendus eſt, quanquam partus non occidatur.

26. Qualiter percuſſor mulieris gravida plectatur?

27. Quomodo maritus hac in parte coërceatur?

28. Quid de eo, qui tumultum clamorẽ excitat, ut mulier abortum inde faciat?

29. Expoſitionis infantum quæ pœna?

30. Nota paraphraſen & myſticum quid de orphanis in jure ſacro?

31. Immanis admodum tyrannorum ſævitia indicium eſt liberationis mox ſecuturæ.

32. Exempla aliquot illuſtriora recenſentur de expoſititiis.

34. Quomodo occiſor uxoris puniatur.

35. De occiſore fratris ſubjicitur.

1 PArricidium † definitur homicidium in parentes liberoſve, aut qui loco
parentium liberorumq; continentur, commiſſum. Juſtin. *in §. 7. inſtit. de
pub. jud. l. 1. & t. t. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. unica. C. de his, qui parent. vel liber.*
2 *occid.* Juſtin. *in d. §. 7.* vocem † adfinitatis uſurpat, quâ pœnæ terminos concludat,
eam *d. l. unica*, pro affectione id eſt propinquiori exponit, ad removendam
nempe dubietatem, quæ ſic ex eodem §. 7. in verbis finalibus reſultare
poterat, *ait*, enim Juſtin. quod occiſor affinium vel cognatorum pœnâ
L. Corneliæ de ſicariis teneatur. Cæterùm quod aſcendentes in infinitum
attinet, qui quoniam omnes parentum loco ſunt, non dubium, quin cædes
in eos cõmiſſa reverâ parricidium, id eſt cædes parẽtum ſit, ſubindeq; ordinaria
pœna naſcatur, *l. 9. §. 1. ff. h. t.* Farin. *ſect. 5. de parricid. vol. 4. q. 120.* Menoch.
de arb. jud. caſ. 356. Clar. *5. ſentent. §. parricidium. num. 3.* neque diſtinguitur
3 hoc in loco † naturalis pater, ſive legitimus à filio occidatur, cum filius naturalis
tantum, juxta ſanguinis vinculum indiſſolubile revera filius ſit, eandemque
patri naturali teneatur exhibere reverentiam, quam legitimus debet patri
legitimo. *l. 6 ff. de in jus voc.* Alexand. *in l. 2. ff. de in jus voc.* Menoch. *2. arb.
jud. qq. 4. caſ. 356.* Clar. *5. ſent. in § homicidium. num. 2. & ſeqq.* quod theorema
non pauci quoque ad ſpurios, quorum pater vulgò præſumitur, extendunt,
Daniel. Moller. *in comm. ad conſtit. Saxon. p. 4. conſtit. 3. num. 20.* Farinac. *tit.
14. q. 120. ſect. 5. vol. 4.* nec non ad inceſtuoſos & adulterinos. Moller. *d. loc.*
4 Utrum † pater bannitus & hoſtis patriæ poſſit à filio occidi, quæſtio Sabbathina
eſt, & quotidiana: text. clarus eſt *in l. 35. ff. de relig. & ſumpt. fun. juncta lege
19. §. 7. ff. de capt. & poſtlim. rev. l. 13. § fin. ff. de re milit.* Controverſia verò
eſt, ſiquidem non venerit pater ad evertendam patriam, oppugnandam civitatem,
depopulandos agros, vineas. Tiraquell. *de pœn. cauſ. 20.* Menoch. *1.
arb. jud. q. 90.* Roland. à Valle *conſil. 45. vol. 1.* Clar. *5. ſent. §. homicidium. n. 59.*
Bart. *in l. 11. ff. de relig. & ſumpt. funer. & in l. 38. §. 9. ff. ad l. Jul. de adult.* Jaſon *in l.
10. ff. de J. & J. num. 49.* Salyc. *in d. l. unica. C. de his qui par. vel lib. occid. &c.*
Valent. Voltz. *in comment. ad l. Cornel. de ſicar. cap. 7. nu. 31. & ſeq.* & ibi Georg.
Adelb. Burchard *in not. margin. lit. o. p.*
5 Porrò tenentur † parricidii, non tam conjuncti affectione uti loquitur

d. l. u-

d.l.unica, ſed & extranei, delicti hujus immanioris conſcii, hoc tamen moderamine & reſpectu, ut filius parricidii mandator, parricidii pœnâ ordinaria, mandatarius ſolâ legis Corneliæ de ſicariis pœnâ, Bart. *in l.6.ff.ad l.Pomp. de Parricid.* & verſâ vice mandatarius filius Parricidii, mandator l. Corneliæ teneatur. Bart. *d.l.6.* Jacob. Schultes *in addit. ad part. 1. deciſ. Matth. Coleri 157. num.2.3.* ubi pronunciando ita reſcripſiſſe Scabinos Lipſenſ. ad Judicem in Haderßleben meminit. Neque movet *l.1.ff.eod.* ibi: cujuſve dolo malo id factum erit, &c. quæ verba ad ſubjectam materiam, ut ſiquidem conjunctus juverit ope vel conſilio filium ad patrem occidendum, is utiq; teneatur, omninò debeat reſtringi, non tam quod extenſio in odioſis plerumq; reprobetur, *c.odia.de R.J.in 6.* quam quod interpretatio omnium ll. penes authores juris ſic accipienda ſit, ut quoties lex generaliter ſcripta eſt, nec quicquam adjicit, 6
quod ad hanc vel illam perſonam, rem, vel ſpeciem, ſcriptum referri intelligamus, toties putetur ea pertinere ad illas perſonas vel res, quæ verbis comprehendantur. Donell. *14.comment.29.* At quæ perſonæ propriè parricidii teneantur, exprimit *d.l.1.* Ergo extra verba legis nihil addendum eſt textui præſertim in cauſa adeo exorbitanti, pœnâ extendendâ deſperationis plenâ. Weſenbec. *in d.§.7.* nimis itaque acerbæ crudeleſq; ſunt concluſiones Berlichii *p 4. concluſ.6.num.38.39.40.41.43.44.* puniendi quidem omnino, quicunque filio adſtitêre, mandato, ope, conſilio, veneni vel armorum ſuppeditatione, ſed modo, ut diximus, præfato, non ultra. Bart. *d.loc.* hinc *in l. 2. ff. ad l. Pomp. de parricid.* Scævola non obſcure ait, ſcilicet quod nedum frater ejus, qui parricidium commiſit, non ignorans hominem interfectum iri, neque id indicans teneatur ordinaria pœnâ, quanquam Terbius legatus Germanus de † impubere ſumpſerit ſupplicium, qui ad pedes domini cubuerat, cum 7
occideretur, nec poſtea cædem prodiderat. *l. 14. ff. ad SCtm. Syllan.* Deinde crudele admodum eſt, quod ſcribit idem Berlich. *d. loc. num. 26.* parricidam minorem, pœnâ ordinaria parricidii plectendum indiſtinctè, *arg.d.l. 14. conſtit. crim. Car. V.* von jungen Dieben. Neque momenti quicquam parit, quod ſcribit Bodin. *de dæmon. lib. 4.c.5.* minorem † veneficii vel magiæ reum ultimo ſupplicio eſſe afficiendum, refertq; præjudicium, uti contra minorem 8
11. annis, qui puellam lapide adeò petierat, ut inde moreretur, Parlamentum Pariſienſe pœnam câpitalem dictitârit. Et ita etiam in ſimili caſu reſpondiſſe illuſtre Collegium JCtorum Tübingenſe colligitur ex Chriſtoph. Beſoldo *part. 2. conſ. 90. per tot.* Reſp. non quid fiat, ſed quod fieri debeat, conſiderandum [a] neque enim † exemplis judicandum, hinc illud: præjudicia, 9
quorum decidendi rationes nos latent, infirmiora eſſe, quam ut inde validum peti poſſit jure argumentum; quippe quæ ſæpe ex leviculâ circumſtantiâ quoad juris diſpoſitionem mutari et apta ſint, ut ex multimodis Dd. autoritatibus evincit Dn. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ. 58. n. 2.*

ſubjiciens, quod ut Chamæleon Africus ſubinde colorem mutet: ita facta circumſtantiarum intuitu aliter atque aliter ſe habere poſſint, ut de iis æqualiter ſtatuendum non ſit. Deinde non quid Romæ, ſed quid ibi fieri debebat, attendendum, Arr. Felſ. *de re ... nm. pag. mihi* 89. 2. Reſp. Bodinum exiſtimare, minorem veneficum vel ſortilegum ultimo ſupplicio afficiendum quidem eſſe, at non addere, qua pœnâ, an igni concremandi ſint ejuſmodi minores nec ne? in eo ſileſcit. Sanior ſententia & tolerabilior Joan. Papon. *de arreſtis lib.* 22. *tit.* 4. ibi: *avoet jette* (intellige filium quempiam) *au viſage, un chaliel plein d' hui le, tout la mer fut ſi deplaiſant que elle en fut malade longemant, &c.* & addit, quod mater inde diem ſuum obierit, ob quod facinus
10 † filius minor ad triremes, confiſcatis ejuſdem bonis, ad ſexennium condemnatus fuit. Papon. *d. loc.* neque adverſatur *d. l.* 14. *ff. ad SCtm Syllan.* illa enim
11 non tam de impubere à puberi ætate non multum abſente, ut ipſe textus ſe explicat, quam de ſervo proditore loquitur, de quibus tanquam à diverſis male infertur. *l.* 32. *ff. ad l. Aquil. l. fin. ff. de cal. l. neq; natalis. C. de probat.* Nec nos fugit, ipſam quoque delicti hujus machinationem ſive conatum ordi-
12 nariam Legis Pompejæ pœnam incurrere, *d. l.* 1. *ff. h. t. in fine.* † quod ut ut ſit, neque exinde ſequitur, extraneos vel minores ordinariâ hujus legis pœnâ teneri, in tantum ut non pauci ex noſtris dubitent, veneritne aliquando in obſervantiam diſpoſitio *d. l.* 1. juxta modo dicta, nihil hic moventes, utrum conatus in criminibus exceptis præcisè mereantur pœnas ordinarias. Farinac. *in pr. volum.* 4. *tit.* 14. *q.* 120. *ſect.* 5. *num.* 152. Weſenbec. *in d. l.* 7. *inſt. de pub. jud.* Atqui diſtinguunt inter actus remotos & propinquos delicto. Covar. *in lect. clem. furioſus.* 2. *tit. de homicid. in princ. num.* 11. Menoch. 2. *arb. jud. qu. cent.* 4. *caſ.* 360. Cardin. Thuſcus *tom.* 6. *concl. pract.* 90. *num.* 22. videntur quoque ad ridendi materiam ſuaves, ut loquitur Donell. 1. *com.* 1. qui verba finalia *d. l.* 1. ad conatus veneficii ſolummodo reſtringint, neque ea de conatibus aliis audiri velint. Thuſc. *d. tom.* 6. *concl.* 90. non verò jejunum admodum apparet,
13 pœnam hanc dominari contra † occiſorem novercæ, non ſecus ac ſi quis necaverit vitricum, licet Harpr. *in tr. crim. §. alia deinde lex. inſt. de pub jud. num.* 27. diſſentire videtur. probatur autem adſertio iſthæc *l.* 3. *ff. h. t.* Menoch. 2. *arb. jud. qu cent.* 4. *caſ.* 356. Farinac. *in pr. crim. volum.* 4. *tit.* 14. *quæſt.* 120. *ſect.* 5. *num.* 111. Burchard. Berlich. *in tract. eleganti de jure novercar. art.* 3. *ſect.* 7. *num.* 967. *& ſeqq.* De adoptivo patre nihil hac in re conſtitutum apparet. Menoch. *d. caſ.* 356. *num.* 26. Sic qui imprudenter patrem occidit, pœnâ l. Pompejæ non tenetur. Farinac. *d. tit.* 14. *q.* 120 *ſect.* 5. *num.* 182. *vol.* 4. Menoch. 2. *de arb. qq. cent.* 4. *caſ.* 356. Decian. *in tr. crim. lib.* 9. *c.* 15. *n.* 1. *& n.* 35. ubi exiſtimant, filium à patre exhæredatum patrem occidentem non teneri ordinariâ hac pœna. Menoch. *d. loc.* Bart. *in l.* 5. *ff h. t.* Jaſon *in l.* 5. *ff. de J. & J. num.* 28. Farinac. *d. vol.* 4. *tit.* 14. *q.* 120. *ſect.* 5. *num.* 169. de filio, patrem hæreticum occidente, idem tradit Me-

dit Menoch. *d. caſ. 356. num. 34.* Farin. *d. loc.* additq; † filium contra parentem 14
allegare poſſe moderamen inculpatæ tutelæ. Cæpoll. *conſil. crim. 5. num. 26.*
gloſſ. in l. 35. ff. de relig. & ſumpt. fun. Felin. *in c. dilecti. ext de except. num. 7.*

Cæterum † de parentibus liberos occidentibus, par idemq; jus eſto, *d.* 15
§. 7. Inſt. de p. j. l. 5. l. 1. h. t. l. unica. C. de his, qui par. aut lib. occider. Farin. *d. vol.*
4. tit. 14. q. 120. ſect. 5. num. 106. Damhoud. *in pr. crim. cap. 87. num. 1.* Hoſt. Pa-
norm. *in ſumm. ext. de his, qui lib. occid.* tametſi JCti Witebergenſes aliquan-
do in hoc diſcreparunt, pœnam gladii parentibus dictitantes, ut refert Ber-
lich. *in concl. pr. concl. 6. p. 4. num. 68.* ſententiam priorem retinens, atq; hanc
concluſionem multis ampliationibus, limitationibus & notabilibus illu-
ſtrans, quò hic remitto dominum lectorem.

Pœna parricidii ſatis luculenter deſcribitur *in d. §. 7. inſt. de publ. jud. l. 9.*
ff. de parricid. l. unic. C. de his, qui par. vel lib. occid. Ratio immanioris ſupplicii
eſt, quia parricidium crimen inexpiabile eſt, quo terra carere voluit, ait Cle-
mens Alexandrin. *lib. 3. Pædag.* & conſtat, ſicuti aqua & igni quorundam cri-
minum expiationes, ita aſperſione terræ & cineris delictorum purgationes
eſſe factas, Johan. de Pineda *in Job. tom. 2. cap. 42. in fine.* At pœnam illam ab-
olitam, nec uſu frequentem eſſe referunt Dd. infiniti à Berlich. paſſim citati.
d. loc. num. 5. pag. 160. In Saxonia ſuperiori pœnam ejuſmodi reis irrogatam
fuiſſe, ipſimet atteſtamur, ubi loco ſimiæ, felis, ſerpentis vivi, ſerpens qui-
dam pictus in linteo vel chartâ, culeo una cum cæteris animalibus, fuit in-
truſus: in Saxonia inferiori remotis beſtiis ſolos reos ſacco incluſos & ſuffo-
catos aquâ, meminimus, Jacob. Schultes *in deciſ. Coler. deciſ. 157. n. 4.* ſtatuit &
firmat duplici præjudicio, ut ſiquidem pro conditione regionis, † nec aqua 16
profluens nec beſtiæ illæ juxta *d. §. 7.* haberi queant, reus forcipibus ignitis
tortus & aduſtus, rota tundatur. *Hæc ille.* De † fratre ſororem occidente hoc 17
ſancit *conſtit. Elector. Saxon. 3. p. 4.* ut facinoroſus trabi alligatus ad locum ſup-
plicii trahatur & gladio feriatur; Atq; ita Scabinos Lipſenſes ad conſultatio-
nem Godeſchalci ab Haugwitz pronunciâſſe Anno 1549. refert Schultes *d.*
loc. num 5.

Sed tantum de parricidio in genere, cujus ſpecies eſt infanticidium,
partus nati vel nondum nati cædes, affine ſibi infantum expoſitionis deli-
ctum faciens.

Partus nati cædes eſt exindeque tenetur mater, ſive pater, partus
vel infantes ſuos ſcelerato auſu occidentes, *conſt. crimin. Carol. V. artic. 131.*
approbare non poſſumus hic concluſionem Berlichii. *d. p. 4. concl. 7. num. 18.*
exiſtimantis † auxiliatorem mulieris, homicidæ, ἁπλῶς teneri infanticidii 18
pœna atrociſſimâ, *argum. l. 6. ff. ad l. Pomp. de parricid.* movemur cauſis mo-
do ad explicationem, *l. 1. ff. eod.* allatis, ratione utrobique eâdem pariq; mili-
tante, adeò ut conſcios delicti propinquos occiſi, non extraneos. quoad in-

fanticidii ordinariam pœnam infligendam, adſeramus, ſicque accipiendam
eſſe, *d.l.6.ff.eod.* omninò arbitremur. vide Eberhard, *in topic.in loc.à rat.leg.
largâ,&c. pag.mihi* 440.ibi: Ut ſcilicet pœnæ locum non habeant in caſibus
evidenter non expreſſis: quare ſtricta ſit interpretatio, ne tam latè ſumantur
verba, quam ſumi poſſit verborum ſignificatio, præſertim quando ſubeſt re-
ſtringendi æquitas, *c.ſi compromiſſ.erius.§.reſtringitur.de elect.in 6.* rectè autem
19 infert, quod ſuadens & † adjuvans avia partus, ordinariâ plectenda ſit pœnâ
20 infanticidii. *num.*19. Contradicit † idem Berlich. ſibi *concl. 6.* ubi minorem
parricidii teneri affirmat, *concluſ.7.n.22.* negat, contradictio craſſa & intolera-
bilis eſt.

Pœnam infanticidii decernit *d.conſtit.crimin.Carol.V.art.*131.ubi textus
diſponit, ut reus reave defodiantur viventes, & peracuto ſtipite transfigan-
tur, vel vivæ in aquam, forcipibus prius aduſtæ, conjiciantur, ut deſperatio-
nis evitetur periculum; Weſenb. *in parat.ff.h.t.* atque hoc tum cumprimis
tenendum, ſiquidem non plures ſed unum partum reus occiderit, *d.loc.artic.*
131. ibi: Wo aber ſolches vbel offt beſchehe / alias diſponitur ibidem, ut judex
hoc in paſſu poſſit alternative procedere, vel defoſſione ſub terram, vel in
21 aquam projectione, ubi † amnis vicinus non eſt, vel fons commodus, in quo
ſubmergatur reus, placuit, lupis, leonibus aliisq; feris beſtiis damnari obji-
ciantur, *l.9.ff.ad L.pomp.de parricid.* Damhoud. *in pr. crimin.c.87.n.2.* Salyc.
in l.un. C.de his, qui par.vel fil. accid. Farin. *in pr.crim. volum.4 tit.de homicidio.*
14.*quæſt.* 120.*ſect.1.num.*7. in Saxonia deficiente fluvio rotis imponi, forcipi-
bus prius aduſtas & membratim diſtentas, refert Scultes. *in deciſ.Coler.deciſ.*
58. *& deciſ.*157. quam conſuetudinem confirmavit *Conſt. Auguſti Electoris p.
conſt.3.§.1.in fine.* ibi: Würde aber die gelegenheit deß Waſſers. *conſtit.eadem.
p.4.conſtit.3.§.* Vnd woferne / habetur, ut quoties mulier plures, quam infan-
tem unum occiderit præter ordinariam pœnam, tot aduſtiones forcipibus,
quot infantes occiderit, ſuſtineat. Bald. *in c.1. §.naturales.tit.ſi de feudo fuer.
contr.int.dom. & agn.Vaſalli. num.*12. teſtatur ſuo ſeculo monialem, quæ in-
fantem occiderit, igni fuiſſe concrematam, Carrer. *in pract.crim. §. homici-
dium.num.*134.

22 Porrò nondum † nati partus cædes eſt abortus, facto hominis partui
illatus, *gloſſ.in l. 4.ff. de ext. crim. c. conſuluiſti. ubi Dd. c. 2. quæſt.5.* neq; enim
lex Cornelia diſtinguit, propriisne manibus aliquis occidat, an cauſam mor-
tis præbeat, *l.3.l.15.ff. ad l. Cornel. de ſicar.* nam qui ſpem animantis occidit,
reus mortis quoque dicitur *l. 2.ff.de mort.infer.l.4. ff. de lib. exhib.* nec refert,
quod partus nondum natus, homo propriè dici haud mereatur, *l.9.§.fin.ff.ad
l.Falcid.l.14.C.de fideic.hered.* lex Cornelia autem eum, qui hominem occide-
rit, ſaltem puniat, *l.1.ff.ad l.Cornel.* Ergo.

Reſp. Regulam hic ſuccedere, quâ vulgò dicitur, cingendum haberi

pro cincto, naſcendum pro nato, quoties de commodo ejus quæritur, qui in utero eſt, inquit Paulus *in l. 7. ff. de ſtat. hom.* Perinde ac ſi in rebus humanis eſſet, cuſtoditur, quoties de commodis ipſius partus quæritur, in tantum, ut non pauci ſtatuerint, ſubvertentes partuum ordinariis legum pœnis teneri, ſive partus animatus fuerit nec ne? Vide Harprecht. *in §.5. inſt. de p.j. num.*46. Cujac.19. *obſerv.* 9. tametſi communis JCtorum Schola diſtinctionem ejuſmodi obnixè teneat, neque ab ea in judiciis recedendum tradat, *text. c. ſicut literarum.* 20. *ext. de homicid.* ubi inter abortum vivificatum, & nondum viventem luculentur diſtinguitur, *junct. l. 8. C. ad l. Cornel. de ſicar. & art.*133. *in conſt. crimin. Car. V.* quam ſententiam quoque præ priori illâ amplectitur Georg. Adelbert. Burchard. *in appendic. ad tract. Valent. Voltzii ad l. Cornel. de ſicar. num.*110. *& ſeq.* Sed qui partus propriè dicatur animatus nec ne? variè diſcrepant interpretes. Aliqui arbitrantur, † partum animatum fieri diebus 40. 23
Blanc. *in indic. pag. mihi* 211. alii diebus 35. alii 120. alii 300. Damhoud. *in pract. crimin. c.* 7. Caſſan. *in conſuet. Burgund. in rub. des infans.* §. 4. Greg. Tholoſ. *in ſyntag. c.* 15. *num.* 18. nonnulli ajunt, fœmellam diebus 40. maſculum 80. vivificari, Farin. *volum.* 4. *de pœnâ abort. fac.* 14. *q.* 122. *num.* 139. alii folium vertunt, & dicunt maſculum diebus 40. fœmellam 80. dierũ intervallis demum animam ſpiritumq; vitalem ducere. Claud Battand. *in prax. crim. reg.* 85. Hyppocrates dies 30. maſculis 40. fœmellis tribuit. Theſſaur. *in dec. pedem. deciſ.*12. alii fœmellis 90. maſculis 40. adſcribunt, Menoch. 2. *arb. jud qq. cent.* 4. *caſ.* 357. alii rurſus, fœmellis dies 60. maribus 40. adſcribunt, Bald. *in l. 4. ff. de extr. crimin.* Angel. de Aretin. *in tract. malef. verb. & ex intervallo. n.*10. alii deniq; ſtatuunt, fœtum animatum eſſe poſt dimidium uterum gerentium tempus. *conſt. Sax. Elect. p. 4. conſt.* 4. §. 1. ibi: Vnd ſolches noch vnter der helffte nach der Empfengnuß / *etc.* Melius faceſcunt, qui cauſam hanc adeo ancipitem dubiamque relinquunt arbitrio judicis prævio conſilio Phyſicorum ſaniori decidendam, Harprecht. *in d. tr. crim. in §. 5. de p. jud. n.* 56. Burchard. *in append. ad d. tr. Voltzii n.*102. *ad fin.*

Denique pœna partus † inanimati, corrupti, & per artes medicas ſolu- 24
ti & abacti, eſt relegatio, fuſtigatio, & virgarum cæſio, pro qualitate facti & perſonarum differentia. Mulier autem acceptâ pecuniâ, fœtum ipſa per medicamenta noxia corrumpens, capitali ſupplicio plectenda eſt, nempe propter deteſtabilem pecuniæ receptę turpitudinem, quam aſſaſinii ſpeciem appellant, *Dd. in l. 39. ff. de pœn. in l. divus. 4. ff. de extraord. cognit.* Damhoud. *in pr. crimin. c.* 74. *num.*13. Præterea, quæ ſumpſit abortionis poculum, præter ſpem & exſpectationem tamen nihilominus partum vivum & integrũ edit, ob conatum ejuſmodi perverſum, remq; mali & triſtiſſimi exempli, pœnam extraordinariam quoq; ſubibit. *l. 38. §. 5. ubi Dd. ff. de pœn.*

Imò licet fœtus nondum conceptus eſſet, tenetur tamen † abortionis 25
poculum

poculum præbens vel uſurpans, nempe propter conatum remq; exempli
peſſimi, *Dd. in l. 38. ff. de pœn.* Farin. *volum. 4. de pœn. abort. fac. 14. q. 122. n. 98.*
ubi ait, quod pœna arbitrariâ reus plecti debeat, quam quoque decernunt
aliqui medicis imperitioribus, medicinam gravidis exhibentibus, unde par-
tus ſuffocetur, abigatur, Daniel. Moller. *ad conſt. Saxon. p. 4. d. conſt. 4. num. 6.*
26 magis eſt, ſiquidem † mulier gravida durioribus plagis excipiatur, unde ab-
ortiret, quo in caſu percuſſor pœna extraordinaria pro judicis arbitrio coër-
cebitur, Covat. *in clem. furioſus. 1. tit. de homicid. p. 2. §. 3.* Theſſaur. *d. deciſ. Pe-
dem. deciſ. 12.* Menoch. *2. arb. jud. qq. cent. 4. quæſt. 357.* Farinac. *d. vol. 4. tit. 14.*
27 *q. 122.* quam concluſionem non pauri quoque ad † maritos nimis ſeverè &
duriter tractantes, pulſantes fœminas gravidas extendunt, qui non minus, ut
extranei pœna extraordinaria relegationis vel fuſtigationis plectantur, Berl.
d. part. 4. concl. pract. concluſ. 8. num. 50. ubi una quærit, deciditq; thema, ut ſi
28 quis † clamorem, rixam vel tumultum temerè moverit, unde mu[illegible]erri-
ta abortum faciat, partuq;, per quem (puta viduam mulierem [illegible]ere, here-
ditatem amplam lucrari poterat, privetur. *d. concl. 8. num. 56. 57. & ſeq.* ubi di-
cit teneri reum ad damna & intereſſe ejuſmodi, *argum. §. illud ex verbis. 10.
inſt. ad l. Aquil. l. 21. §. fin. l. 37. §. 1. l. 5. 1. §. 2. ff. eod.* prout jure receptum videmus,
quod occiſor, qui allegavit defenſionem neceſſariam, vel cædem caſualem,
obligetur heredib. occiſi præter mulctam aliamve pœnam extraordinariam,
etiam ad æſtimationem damni, intereſſe & lucri ceſſantis, Berlich. *d. loc. pag.
254. allegans Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 9. n. 61.*

29 Affinem huic delicto † expoſitionem infantum eſſe, ſupra diximus,
quæ nonnunquam in ipſum parricidiũ, decretâ in expoſitores parricidii pœ-
nâ ordinariâ, incidit. Jacob. Sultet. *in deciſ. Coler. deciſ. 158.* Quæ jure civili
pro arbitrio judicantis infligitur, *l. 2. ubi gloſſ. Cod. de exp. infant. l. 1. §. 4. ff. de
lib. agnoſcend.* Jul. Clar. *in pr. crimin. q. 83. Col. d. deciſ. 158. adde Novell. de in-
fant. expoſ. 153. gloſſ. in l. 2. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Menoch. *2. arb. jud. qq. cent. 4.
caſ. 396.* & refert Clar. *d. loc.* decreto ſenatus Paloſinam puellam nobilem,
quæ ad evitandam infamiam expoſuerat partum, abſolutam fuiſſe. Expoſito
autem infante in loco ab hominum cõſpectu, ut vel inediâ pereat, vel à beſtiis
conſumatur, expoſitor ultimo ſupplicio ex L. Cornelia affici debet, *l. 4. ubi*
Bart. *de agnoſ. & alend. lib.* Harprecht. *in tr. crim. §. item. l. Cornelia de p. j.* quo
caſu conatus, licet eventus non ſequatur, coërcetur. Gilhauſ. *in arb. jud. crim.
c. 2. tit. 15. num. 1.* Weſenbec. *in parat. ff. ad l. Cornel. de ſicar. num. 14.* exiſtimat
relegatione vel fuſtigatione ſaltem conatus plectendos, quæ ſententia ut mi-
tior & humanior obſervari debet. Coler. *d. deciſ. 58.* Dan. Moller. *2. ſemeſtr.
4. c. 45.* denique partu projecto in fata concedente, pœnam mortis expoſitor
ſuſtinere debet. *conſtit. crim. Car. V. art. 132.* ibi: Stürbe aber das Kind von
ſolchem hinlegen/ ſo ſoll man die Mutter nach Gefährlichkeit deß gefährlichen
hin-

hinſegens/an Leib vnd Leben ſtraffen/ & ſanè quod crimen hoc deteſtabile à ſenſu humano eò remotius eſſe debebat, quantò feris beſtiis id inuſitatum eſſe conſpicimus. Dd. *in §.* 1.*inſt. de I. N. G. & C.* Lactant. 6. *inſt. c.* 20. Tertull. *apolog.* 1. *&* 9. *Dd. in l.* 19. *C. de Sac. Eccleſ.* Laudanda hac in parte reſpublica Argentinenſis expoſititios paternè ſuſcipiens, eouſque educans, donec adoleverint, adultos ad honeſta opificia vel officia pro cujusq; genio vel ingenio addiſcenda, ſubeunda, promoveant. Etenim quis non miſereatur, miſeri ejuſmodi partus? Quis ſcelus paternum unquam imputabit innocenti? hinc illud: Findel-Kinder/ arme Kinder. Paginæ ſacræ & perpetua experientiæ argumenta evincunt, † Jehovam omnis bonitatis & miſericordiæ 30
fontem, nunquam obliviſci ſuorum, *c.* 1. *de pœn. diſt.* 3. ſed mirando ſæpenumero & modo expoſititios & ab omni humanâ ope excluſos conſervare, *Exod.* 2. ubi Moſes ſcirpeæ fiſcellæ incluſus conſervatur, quam hiſtoriam Eccleſiæ typum appellitat inſignem Victotin. Strigel. *d. loc. pag.* 8. juxta illud Plutarchi *in vita Theſei, de ſtatu Athenarum futuro:*

Ἀσκὸς βαϐλίζει δύναι δὲ τοὶ ὐ θέμις ἐςὶ. Id eſt:

Ipſe manebis uter, ſed non fas mergier unquam.

Strigel. *d. loc. & cap.* 22. ubi orphanos & Eccleſiam, quoad Dei altiſſimi præſidium, æquiparat, atque hanc, per vocem Hebraicam Alemanniam appellitat, elegans hodierno ſeculo paraphraſis, nihilq; afflictæ, exulanti, & miſeræ Germaniæ, bellis undiq; pene oppreſſæ convenientius, cui ſolatium eſto (ex eodem Strigelio *in c.* 6 *Exodi pag.* 25. relatum dicente) ut tempeſtatum certa quædam ſigna animadverti poſſunt, ita † immanis tyrannorum ſævitia in ſub- 31
ditos, certiſſimum ſignum atque indicium eſt mutationis mox, quod Deus faxit, ſubſecuturæ, qua de re ad punctum huberrimè Dn. Sylveſter zum Aren-thal *in iconiſm. Aquilæ Romanæ, collat.* 10. *ſect.* 3. Sed ad expoſititios redeamus. De Habide Curatum Rege, infante expoſito ſcribit Juſtin. *lib.* 42. Gorgoni *(ait)* cum † ex filiæ ſtupro nepos hic proveniſſet, pudore flagitii variis gene 32
ribus parvulum extingui volebat, ſed per omnes caſus fortuna quadam obſervatus, ad poſtremum, ad regnum tot periculorum miſeratione pervenit. Primum omnium, cum exponi juſſiſſet, inventus eſt vario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum domum, tramite anguſto, quo armenta commeantur, projici jubet, crudelis prorſus, qui conculcare nepotem, quam ſimplici morte interficere maluit, ubi quoque cum inviolatus eſſet, canibus jejunis, & multorum dierum abſtinentia cruciatis, mox & ſubjici ſuibus mandavit. Itaque cum non ſolum parcerent animalia, ſed & quorundam uberibus aleretur expoſitus, ad ultimum in Oceanum abjici juſſit, tum planè manifeſto quodam numine inter furentes & reciprocantes undas, velut nave non fluctu veheretur, leni ſalo in littore exponitur, nec multo poſt cerva adfuit, quæ uber. offerret parvulo. Inde denique converſatione nutricis, eximia puero

Digitized by Google

velocitas fuit, interq; cervorum greges diu montes ſaltusq; haud inferior velocitate peragravit. Ad poſtremum laqueo captus regi dono datus eſt, à quo lineamentorum ſimilitudine, aliisq; circumſtantiis nepos agnitus admiratione omnium regni ſucceſſor deſtinatur. Simile exemplum de Romulo & Remo refert Liv. *d.1.c.1.* Par nec abſimile de Joanne Chryſoſtomo *ex legendis patr.* Luth. *tom.4. in fine:* Idem de Juda Iſcariote, Airer. *in proceſſ. pag.* 611.
33 quem adhuc vivere, monachumq; agere ſcribit Brendan. *Canon.* 38. à Wolfio *6. lect. memor. pag.* 163. relatus, Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntag. art. mirab. tom.* 4. forte Judæ phantaſma, dicente ſcripturâ, quod Judas medius diſruptus viſcera ejecerit. Idem & nec impar exemplum Camerar. *2. med hiſtor. c.* de Agathocle, filio figuli, à quo fuit expoſitus, factoq; dehinc Siciliæ Rege, de quo communes Auſonii verſus:

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agatoclea Regem
Atq; abacum, ſæpè onerâſſe luto.
Ferculo gemmatis componeret aurea vaſis,
Et miſceret opus pauperiemq; ſimul.
Quærenti cauſam: reſpondit rex ego qui ſum,
Paupere de figulo qui genitore ſatus?
Fortunam reverenter habe, quicunq; repentè
Fortis ab exili progrediêre loco.

Cæterùm affinis eſt parricidio, cædes conjugum, ut ſi vir uxorem occi-
34 derit & contra: adeò ut † non pauci ſtatuant interfectorem ordinariâ parricidi, pœna plectendum, *l. 9. §. 1. ubi Dd. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. fin. C. ad l. Cornel. de ſicar.* Boër. *deciſ.* 262. Farinac. *vol.* 4 *tit.* 14. *q.* 120. *num.* 129. *num.* 130. Menoch. *2. ard. jud. qq. caſ.* 356. quanquam quidem hic diſtinguant inter ſexum interfectorem, ut ſiquidem vir interficiat uxorem, ordinariâ illa parricidii pœnâ teneatur, uxor l. Corneliæ ſupplicio. Hoſtienſ. *in ſumma ext. de his qui filios occider.* Damhoud. *in pr. crim. cap.* 87. *num.* 1. Azo *in ſumma, C. de his qui par. occid.* Decian. *in tr. crim. lib.* 9. *c.* 11. addunt rationem ejuſmodi, quod vir occidens uxorem, gravius delinquat, interficiendo nempe carnem propriam, & quaſi ſemeripſum. Farin. *d. loc.* Menoch. *d. loc. conſult. Saxon. tom.* 1. *p.* 4. *q.* 76. contrarium planè ſtatuit, diſponens, ut hoc in caſu mulier virum interficiens ordinaria legis Pompejæ pœna, maritus ſaltem gladio vel rotâ plectatur. Novella autem conſtitut. Auguſti *p.* 4. indiſtinctè ordinariam parricidii pœnam conjugi utriq; dictitat, quod ſupplicium quoque in cauſa mandati parricidii contra mandatorem ſtringit. Jacob. Schult, *add. ad Coler. deciſ.* 57. Boër. *deciſ.* 262. item quoties maritus juvit occiſorem uxoris ope vel conſilio, Boër. *d. loc.* vel contra: aut ſi uxor ſciverit necem inſtare viro, eam non indicârit marito, Boër. *d. loc.* Bart. *in l. 6. ff. ad l. Pomp. de parricid.* non vice verſa, Bart. *d. loc.* adeò, ut quanquam effectus ſecutus non ſit, mulier propter conatum

Digitized by Google

natum occidendi legis Corneliæ pœnâ regulariter teneatur. Weſenbec. *ad ad tit. ff. ad L. Pomp. de parricid.* Daniel. Moller. *ad conſtit. Saxon. p.4. conſt.3. num.26.*

Denique parricidio affinis eſt † cædes fratrum, conſanguineorum & affinium, cujus authores ordinariâ parricidii pœnâ quoque teneri, nonnulli tradunt, Damhoud. *in pr. crim. c.87.* Jul. Clar. 5. *ſent. §. parricidium. num.4.* obtinuit autem communis Dd. calculo, ne ordinaria pœnâ ſed quadam mitiori plectantur, ut ignitis forcipibus diſtrahuntur artus reorum, crati vindemiæ impoſiti trahantur ad locum ſupplicii, decollentur, capitaq; rotæ vel palo imponantur. Weſenbec. *in §.6. inſt. de p. j.* Joan. Harpr. *in tr. crim. d. §.6. num.27.* Farin. *vol.4. tit.14. q.120 ſect.5.* atque hæc pœna adeo ſtringit, ut perpetuò duret, nec ullâ temporis præſcriptione tollatur. *l. fin. ff. ad l. Pomp. de parricid. l.13. ff. ad SCtm Syllan.* 35

CAPUT XXXIV.

DE INDICIIS PARRICIDII, INFANTICIDII & abacti partus.

SUMMARIA.

1. *Lites forenſes ad quodvis machinandum homines ſeducunt.*
2. *Iehova ut aliis calamitatibus, ita homines caſtigat jurgiis forenſibus.*
3. *Indicia ſeſe invicem arguunt perpetuo nexu & copula.*
4. *Declaratur hoc illuſtribus exemplis.*
5. *Hirundines parricidam produnt.*
6. *Conſcientia ſuperat omne teſtimonium.*
7. *Magni facinoris reus, vix ſomnum capiet.*
8. *Quæ infanticidii indicia.*
9. *An lac in mammillis, deflorationem arguat?*
10. *Quid ſi mulier fatetur ſe enixam, ac periiſſe ilico partum?*
11. *Quando minori ætate fœmina nonnihil indulgendum?*
12. *Indicia contra aviam partus occiſi referuntur.*
13. *Quid de gravida ventrem pugnis prementem, verberantem?*
14. *Compreſſa graviditatem celans ſuſpecta eſt occiſi partus.*
15. *Si alleget ſtuprata in latrinam decidiſſe infantem?*
16. *Limitatio univerſalis ad excludendam ſimplicitatem allegatam.*
17. *Abortionis remedia ſumpta vel ſumenda indicium pariunt.*
18. *Malus ſemel præſumitur dehinc malus.*
19. *Plus eſt inſidiari partui nondum nato per mala pharmaca, quam minari mortem homini vivo.*
20. *Ficta omnia quaſi floſculi citò decidunt.*
21. *Indicia à ſe invicem catenatim dependent.*
22. *In materiâ indiciorum cuncta ſunt rimanda.*
23. *De patre partus, pragnantem verberante, unde abortus ſequatur.*
24. *Indicia expoſitionis infantum quæ?*
25. *Quid ſi mulier exponat partum monſtroſum?*
26. *Thelogi monſtroſis non tribuunt reſurrectionem.*

27. *An occiſor partus monſtroſi teneatur l. Cornelia de ſicariis.*

28. *De bipartito & monſtroſo partu Scotiæ admirando.*

PArricidii in ſpecie ſic dicti indicia, partim ex indiciis generalibus petenda, ut minæ, inimicitia capitalis, quæ cum ſemel inter perſonas ſanguine con-
1 junctas, egerunt radices, ſolent in immēſum creſcere citius, jurgia anteacta, † liteſq; forenſes calidiores ad machinandum quodvis, homines nonnunquam ſeducentes, hinc illud, qui in litibus verſantur, omnia mala norunt. Bodin. *in*
2 *method. hiſt. c.* 4. *pag.* 50. vel ut Vent. de Valent. ait *in part. litig.* Deus † cum ſuos tentat vel punire decrevit, non minus litibus ac diſſidiis, quam morbis, bellis, ac reliquis calamitatibus permittit implicari, *lib.* 2. *c.* 1. nominatio à mandatario inſectore parentum vel liberorum facta, præparatio, inventio, armorum, viſus & deambulatio in loco, quo quis periit, junctis indiciis urgentioribus, qua de re in locis de indiciis generalibus paſſim, quò remitto lectores. Partim indicia hæc aliunde generaliter haurienda. Quandoquidem
3 indiciorum hæc materia ita comparata ſit, ut † indicium unum, aliud, delictum unum, alterum delictum arguat, ſeq; invicem mutuo afficiant, & conglutinentur quaſi indicia perpetuo nexu & copula. Barnab. Briſſon. *in tr. ſolen. de adult. in princ.* ibi: nec verò ullum tantum ſcelus, ullum tam magnum facinus, ad quod ſuſcipiendum libido voluptatis, violatæq; pudicitiæ audacia
4 non impellat, &c. vel ut Remig. *in tr. de dæmon. lib.* 2. *c.* 1. ait: hunc † dæmon inſidiis, captionibuſque ſuis fructum ponit longè maximum atq; uberrimū, eumq; præterea, quod fœneratores improbi facere ſolent, ſemper acceſſione aliqua novæ impietatis cumulat atque adauget, errorem errore trahens, & ſemel flagitiis pollutos in ea magis magiſq; ingurgitans. Beat. Hieron. *in lib.* 2. *comm. in Zachar.* & Remig. *d. loc.* ibi: huic rei argumento eſt ea, in qua nunc verſamur, hiſtoria, nam primum ad infandam libidinem, peſtiferoſq; amores illectum ſcelerato unici filii patricidio obſtringit, tum propter tanti facinoris conſcientiam, ultimâ ferè deſperatione affectum ad impios cultus, qui nequitiarum omnium eſt cumulus, &c. & idem *lib.* 1. *c.* 13. Sic ut à delicto adulterii, ſodomiæ, ſortilegio, veneficio, ad parricidium, & vice verſâ in hac juris parte liceat probabiliter argumentari.

Inter indicia hæc generalia quoque non poſtremum meretur locum, ut ſiquidem captus vel ad judicem ductus, ſemetipſum quaſi damnans dicat: actum de me jam eſt, aliaq; nocentiæ ſigna, per geſtus moreſve edat, juxta illud:

Intima per mores cognoſcimus exteriores.

5 Refert ex Plutarcho Bodin. *de dæmon. lib.* 4. *c.* 4. *pag. mihi* 616. uti † parricida pullos hirundinum, nidis devaſtatis, enecaverit, & quæſitus, cur ita pullos innocentes pedibus conculcaret, reſpondit, ſat ſuperq; aviculas decantaſſe, ſibiq;

Digitized by Google

ſibiq; exprobraſſe ſcelus parricidii, qui inde captus ilico parricidium confeſſus eſt. Quapropter profunda hominis triſtitia, mœror & auguſtia, hic non immeritò transfertur, raro aut nunquam enim abeſſe poteſt, quin tanti ſceleris rei, † conſcientia premente, occultus ſentiant carnifices, qui magis lan- 6
cinant torquentq; vitalia, quam cruces, verbera, quam tormenta: quam ob cauſam Poëtæ finxerunt, Oreſtem matre interfectâ furiis agitatum, à quibus ſtimulo perenni rodatur. vide Gregor. Tholoſan. *in ſyntag. art. mirab. c. 10. in prolegom pag.* 138. hinc verſ. Satyr.

Pœna etenim vehemens & multo ſævior illis,
Quas & ceditius gravis invenit & Rhadamantus,
Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſtem.

Hinc filius quiſpiam parricidii ſuſpectus, cum † in lecto non ita pridem ſo- 7
mnum mollem capere decumbens reperiretur, exiſtimarunt judices inſontem illum fore, cum tanti flagitii reum tam dulci ſomno frui, credere fas non ſit, Gregor. Tholoſ. Bodin. *d. loc.* Valer. Max. *lib. 8. cap. 1.* ibi: Somnus innoxiæ ſecuritatis certiſſimns index miſeris opem tulit, judicatum eſt enim, rerum naturam non recipere, ut occiſo patre, ſupra vulnera & cruorem ejus quietem capere potuerint. *Hac ille.* Vide penes eundem *lib. 5. cap. 9.* perquam notabilem locum, adde Johan. de Pined. *cap. 20. in Job. verſ.* 11. ibi: interiora impii oſſa propter peccata atrociora nō dormient securè, neq; ſinentur quieſcere, juxta illud Jobi: Oſſa ejus implebuntur viciis adoleſcentiæ ejus, &c. Notatum autem hic eſto, quæ indicia cum generalia tum ſpecialia, in cauſa homicidii in genere ſtringunt, huc deniq; repetenda, revocanda eſſe, quo remitto lectorem. Hinc vulgò dici ſolet: Quod genus de ſpeciebus ſuis prædicetur vel affirmetur, Eberh. *in top. in loc. à gen. ad ſpec. num.* 3. Depropero itaque ad infanticidii indicia, aliasq; parricidii ſpecies ſubalternas. Illius indicia ſunt.

1. Cum † mulier ſolito majorem portârit uterum, & deinde ſolito de- 8
creſcere eundem, faciei viriumque corporis imbecillitate ſubſecutâ, viſa fuerit, & obſtetrices vel matronæ peritæ, inſpecto mulieris corpore, atteſtentur juratò, illam non modo virginem non eſſe, ſed quoque peperiſſe, *conſt. crimin. Carol. V. artic.* 35. Nec verò inde ſolum, quòd uterus intumeſcat, & decreſcat dehinc, arguatur gravidam mulierem fuiſſe, cum tumor ejuſmodi aliunde poterat exiſtere, Maſcard. *de probat. concl.* 1147. *volum.* 3. Requiritur itaque ad fundandum hoc indicium, virginitatis clauſtra non modo perrupta, ſed revera mulierem enixam eſſe, quæ duo copulativè hic concurrere debent, cum alias experientia ſæpenumero dictitârit, quam lubrica fallaxque virginitatis corruptæ probatio ſit, Menoch. *6. præſ.* 989. uti cumprimis compertum eſt, nedum ob menſtrua remittentia, † lacque in mammillis inventum, 9
deflorationem præcisè arguendam, Galen. *in aphoriſ. cap.* 93. Menoch. 1. *præſ.*

 q. 3. qua

q.3. qui de re ſupra de indiciis adulterii, *adde conſtit. crimin. Car. V. art. 36.* ibi: Demnach aber eẞliche Leibartzen ſagen / ꝛc.

2. Indicium naſci autem non pauci ſtatuêre, ſiquidem infans ab hac luce ſubtractus in platea, flumine, vel cloaca, fonte vel ponte reperiatur, & mulier quædã diffamata in vicinia lac in mammillis habeat, ipſa vero ſe peperiſſe neget, *d. conſtit. art. 36.* ibi: Item / wo aber das Kindlein / ſo kürtzlich getödtet worden / daß der Mutter die Milch in den Brüſten noch nicht vergangen / die mag an jhren Brüſten gemolcken werden / vnd da rechte vollkommene Milch funden wird / die hat deſſelben ein ſtarcke Vermuhtung peinlicher Frage halber wider ſich. Nachdem aber etliche Leibärtze ſagen / daß auß etlichen natürlichen Vrſachen etwann eine / die kein Kindt getragen / Milch in Brüſten haben möge / darumb ſo ſich ein Dirne in dieſem Fall alſo entſchuldiget / ſoll deßhalben durch die Hebammen oder ſonſten weiter Erfahrung geſchehen / ꝛc.

10 3. Indicium eſt, quoties † mulier fatetur infantem quidem ſe enixam eſſe, obſtetrice nullâ adhibitâ, at exanimem & defunctum, vel ſi ex utero partum decidiſſe affirmet, atque hinc eum objiſſe, præſertim ſi ante diſſimulavit virginitatem, *d. conſtit. artic. 30.* Bart. *in l. 15. ff. de donat.* Jaſ. *in l. 21. nu. 4. Cod. de tranſact.*

4. Porrò ſi ad vituperium evitandum celaſſe ſe partum ſolummodo
dictitet, eum vero ſubinde deceſſiſſe, Bod. *de dæmon lib. 4. cap. 5.* Berlich. *p. 4.
concl. pract. concl. 7. num. 20. & num. 21.* ubi ſtatuit hanc mulierem pœna parricidii ordinaria plectendam eſſe, mitigandam verò, ſiquidem mortuum edide-
11 rit partum, eum abſconderit, ne manifeſtaretur facinus, Theſſaur. *deciſ. 13.* †
minori mulieri hoc in paſſu nonnihil parcendum, quæ matris conſilio infantem necaverit, Farin. *vol. 4. q. 122. n. 156.*

12 5. Atq; hæc matris † nominatio contra eandem hactenus militat, modo de corpore infantis occiſi plenariè conſtet, nec, quod non ratò accidit, infans à ſuibus ſit devoratus, quibus objectus erat, vide Scult. *in addit. ad deciſ. Coler. deciſ. 58.* indiciis vero contra matrem ſtringentibus adhuc aliis, non eſt dubium, quin nominatio hæc maximè operetur, faciatque indicium ad torturam.

13 6. Si mulier ante partum viſa fuerit † pugnis vel verberibus afficere, comprimere ventrem, quæ ſi allegat poſtea partum ſe enixam mortuum, non creditur, ſed ſufficiens hinc oritur indicium quæſtioni. vide Theſſaur. *deciſ. 13.* Berlich. *d. concl. 7. num. 29.* ibi: mulier, quæ infantem mortuum ſe peperiſſe dicit, hoc ſufficienter probare debet, ſi verò hoc probare non poteſt, & in ſua aſſertione perſeveret, torturæ ſubjiciatur, *hæc ille. & concl. 8. n. 29.*

14 7. Indicium præſtò eſt, quando † mulier graviditatem ſuam continuò celaverit, peperitque remotis mulieribus, adſerens fœtum ſub partu periiſſe, quem nequaquam occidere ſed ſtudioſè educare, ſiquidem ſupervive-

re eum

Digitized by Google

re eum contigiſſet, voluerit, ratio hujus indicii eſt, quod omne clam geſtum
dolum fovere præſumatur, *l. 27. ff. de dol. malo.* clam autem facere dicitur, qui
ſe opus facturum non denunciat amicis, quibus erat etiam abſentibus de-
nunciandum, *l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam.* Tiraqueil. *de pœn. cauſ.* 22.
num. 71.

8. Idem de muliere adſerente, cum † ventrem exoneraſſet decidiſſe 15
partum in latrinam, ſtatuendum, ut quoque eam et quæſtioni ſubdatur, cum-
primis ſi gravida conticuerit & celaverit tumorem ventris, ſeque à viro com-
preſſam pro virgine geſſerit, repetitâ clandeſtinitatis doloſæ ratione modo
adducta, hinc illud: Qui malè operatur, lucem fugit, *c. conſuluit. de off. & poteſt.*
jud. deleg. & c. porrò. de ſent. excomm. c. quoniam. de Simon. adeò ut clam geſtum
quoque ſimplicitatem & ignorantiam excludat, conſtituatque agentem in
dolo & fraude, *l. fin. ff. de rit. nupt. gloſſ. in l. 1. C. de interd. matr.* ubi Baldus atte-
ſtatur haberi hinc † limitationem legum univerſalem, quæ dicunt ſexum, 16
ſimplicitatem vel ruſticitatem excuſari, præclarè Tiraquell. *in d. tr. de pœn.*
cauſ. 11. *n.* 11. *& ſeqq.*

9. Indicium præbet, ſiquidem probetur, † mulierem retro & ante 17
partum ſumpſiſſe, vel ſumere voluiſſe abortionis remedia, *arg. Novell. Elect.*
Auguſt. p. 4. conſt. 4. cum malus tempore præterito, præſumatur talis in fu-
turum & de præſenti, *c. mandata & c. ſcribam. ext. de præſumpt.* Sic † qui an- 18
tehac fuit calumniatus, præſumitur in futurum calumniari velle, *l. ſi cui. §. iiſ-*
dem. ff. de accuſ. qui olim fuit perjurus, erit & de futuro perjurus, *c. literis. de*
præſumpt. Menoch. *de præſ.* 1. *quæſt.* 24 *n.* 22. *& ſeqq.* Eberhard. *in top. in loco à*
temp. ad tempus, atq; hinc eſt, ut ſiquidem quis alteri fuerit minatus mortem,
& is poſtea reperiatur occiſus incerto authore cædis, præſumatur illum, qui
minatus erat, homicidium patraſſe, Spec. *de præſ in verbo, ſed pone.* Panorm.
in d. c. ſcribam. & c. literas. de præſ. Subſume: Atqui † plus eſt inſidiari partui 19
nondum nato per mala pharmaca, quam minari. Ergò. Pertinent huc trita
juris brocardica, eum, qui bonus retro fuerit, nunc quoque præſumi bonum
& viceverſâ, rationemque vitæ anteactæ conſiderandam eſſe, id eſt, æſtimanda
metiendaque facta dictave hominum, *l. fin. in fin. ff. de O. & A. l. 3. §. 12.* ibi:
inſpecto vitæ ejus antecedentis actu, *ff. de re milit. & Cicer. 2. off.* † ficta omnia 20
tanquam floſculi decidunt, res de facili ad ſuam naturam revertitur, *l. 27. §. 2.*
ff. de pact. Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 51. *num.* 3. *&* 18. Equidem enim naturam mu-
tare difficile, & mixta naſcentium elementa convertere, Seneca. *de ira. c.* 18.
Remig. *de dæmon. lib.* 2. *cap.* 9. Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. cent.* 16. ubi
abortionem procurare, ait, venarum quarundam inciſionem, luridas potio-
nes, & lotiones pedum exquiſitas, &c.

10. Et quanquam hæc aliaque ejus generis indicia ad crimen partus
in utero occiſi propriè pertinere videantur, ut hinc quoque indiciorum affi-
nitas,

Digitized by Google

21 nitas, quæ † à ſe invicem catenatim dependent, colligere licet, non dubium tamen eſt, quin & rei præſenti quoque rectè fuerint accommodatæ, nō tam, quod ſaltem pœnæ infligendę reſpectu hæc delicta diſtinguantur, cumprimis
22 ſi de animato partu occiſo quæratur, quam quod † in materia indiciorum cuncta ſint rimanda, inquirenda expiſcanda, atque præſumptiones undiquaque depromendæ, idque ſanâ & optimâ ratione, nempe ne delicta maneant impunita, hinc vulgò à Dd. traditum extat, quòd in cauſis indiciorum omninò ſtringat axioma pervulgare:

Et quæ non proſunt, ſingula multa juvant.

Cunrad. Hartz *in tract. reor. inquiſ. concluſ. 5. n.* 21. ibiq; Anonym. *in not. interc.* indicia vero partus occiſi adduntur ſuperioribus, ut ſiquidem mulier ſuſpecta, pharmaca purgantia partubusq; nociva emerit, penes ſe habuerit, fortè ab aliis emta & allata mulieri.

Porrò ſi onus ponderoſum idque utero impoſitum, eive lateri ventris, quo uterum gerat, portarit, ſi ſola nimium ſe movere, ſaltare, ſubſilire, viſa ſit: item ſi uterum comprimat, manibus plagiſque corpus offendat, verberet, tundat. Theſſaur. *deciſ. pedem.* 13. Berlich. *d. p.* 4. *concl.* 206. *n* 28.

23 11. Deniq; ſi vir † (Pater) partus mulierem temerè & atrociter pulſet, & malè tractet, Berlich. *d. p.* 4. *concl.* 8. *num.* 52. ubi adſerit, quòd hoc in paſſu ad conjecturas recurrendum ſit, ad qualitatem facti percuſſionis, cauſæ, perſonarum aliarumq; circumſtantiarum, Covarr. *in clem. furioſus.* 1. *tit. de homicid. p.* 2. §. 3. *num.* 1. latè Farinac. *volum.* 4. *tit.* 14. *quæſt.* 122. Daniel. Moller. *ad conſtit. Saxon. p.* 4. *conſt.* 4. arbitratur, percutientem in dubio indiſtinctè quæſtioni ſubdendum eſſe, ſive neget ſive affirmet, qua mēte gravidam mulierem percuſſerit, Berlich. *d. loc.* adeò ut marito quoq; mulierem prægnantem atrociter tractare inhibeatur, qui ſi eo uſq; in coſtam ſævir, ut abortum faciat, pœnâ fuſtigationis, cum perpetuâ relegatione plectatur, Berlich. *d. loc. num.* 5c. quæ pœna quoque eos tenet, qui dolo malo clamorem vel tumultum excitant, unde mulier perterrita paucos poſt dies dolorem ſentiat, faciatque abortum, juncta actione civili, ad damna & intereſſe tendente, ut ſi quis viduam prægnantem terreat, aliterque abortui cauſam det, ſic ut ipſa, partu deficiente, perdat hereditatem, aliave lucra hereditaria, §. 10. *inſt. ad l. Aquil l* 21. §. *fin. l.* 22. §. 1. *ff. eod.* non ſecus ac homicida, qui etiam defenſionem neceſſariam allegavit, præter pœnam extraordinariam heredibus ad æſtimationem damnorum intereſſe & lucri ceſſantis tenetur, Coler. *de proceſſ. exec. p.* 1. *c.* 9. *num.* 61.

24 12. Cæterum † expoſitionis infantum indicia ſunt, doloſa graviditatis celatio, pharmacorum adverſus generationem uſurpatio, attentatio uteri ſubvertendi, ſi infans in nemore, platea, vico, via regia, agro, horto, reperiatur, & mulier quædam diffamata in vicinia, lac in mamillis habeat. *arg. conſtit. crimin.*

Digitized by Google

crimin.art.36. Item ſi mulier paulo ante in loco, ubi infans exponitur, deambulare viſa fuit, depromenda quoque hic indicia ſunt ex horoſcopia & delineamentis infantis expoſiti & matris ſuſpectæ, Juſtin. *lib.* 44.

13. Sed quid † ſi mulier partum occidat vel exponat monſtroſum? 25
Diſtinguunt vulgò Dd. cum JCto Paulo *in l.* 14. *ff. de ſtat. hom.* non ſunt liberi (*ait JCtus*) qui contra formam humani generis converſo more procreantur: veluti, ſi mulier monſtroſum aliquid aut prodigioſum enixa ſit; partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliavit, aliquatenus videtur effectus: & ideò inter liberos connumerabitur, adeò ut ſiquidem partus prorſus ſit monſtroſus, cui † Theologi nec reſurrectionem, animamq; immor- 26
talem tribuunt, Johan. Gœd. *in l.* 136. *ff. de V. S.* nihil hic de indiciis quærendum, niſi facinus, quod de opprimendo vel oppreſſo & occiſo partu allegatur, ſit enorme, & mali exempli. Cùm enim ea mulier extra ordinem plectitur, quæ malis medicamentis ejecit molem, id eſt, carnem informem, ſine ſemine virili genitam in utero, *Novell. Elect. Auguſt. Saxon. p. 4. conſtit. 4. §. fin.* ibi: Oder das abgetriebene kein Kindt geweſen / ꝛc. quanto magis ea punienda, ſub inquiſitionem vocanda, quæ extra cubile honeſtatis partum monſtroſum eumque vivum enecavit, *argum. d. conſtit.* 4.

Porrò † partum non omni ex parte prodigioſum quòd attinet, du- 27
bium non eſt, quin de eo met jura ſingula, quæ de partu integro recepta ſtatuimus, prædicari debeant, quò cumprimis pertinet † partus ejus generis 28
monſtri, quòd deſcribit Buchan. *lib.* 13. *de reb. Scot.* inferiori corporis parte ſpecie maris, nec quicquam à communi formæ hominis diſcrepans, umbilicum vero ſupra trunco corporis & reliquis omnibus membris geminis & ad uſum & ſpeciem diſcretis, quem bipartitum hominem Rex diligenter & educandum & erudiendum curavit, & maximè in muſicis, in quibus mirabiliter profecit. Quin & varias linguas edidicit, & variis voluntatibus (*ait author*) duo corpora ſecum diſcordia diſcutiebant, ac interdum litigabant, interdum veluti in commune conſultabant. Illud etiam in eo mirabile fuit, quòd cum inferne crura lumbiq; offenderentur, utrumque corpus communiter dolorem ſentiret, cum vero ſupernè pungeretur aut alioquin lœderetur, ad alterum corpus ſaltem doloris ſenſus perveniebat, quod diſcrimen quoque in morte fuit magis perſpicuum, nam cum alterum corpus complures ante alterum menſes exſtinctum eſſet, quod ſuperſtes fuit, dimidio ſui computreſcente paulatim contabuit,

Hæc ille.

Google

CAPUT XXXV.

DE FALSO, EIUSQUE SPECIEBUS.

SUMMARIA.

1. Falſum quid & quibus modis committatur?

2. Falſum in nomine qualiter committatur?

3. Nemo judæorum docere poteſt, ex qua tribu natus ſit.

4. Cur Herodes magnus annales Iudæorũ combuſſerit?

5. Nullum falſum ſine dolo committitur.

6. Falſum in verbis quomodo committatur?

7. Quam grande peccatum, falſum teſtimonium.

8. An teſti juramentum poſſit remitti?

9. Teſtis latebras quærens, ne teſtificetur, puniatur?

10. An teſti præmium debeatur pro officio ſuo?

11. Pars teſtem corrumpens quoq; falſi tenetur.

12. An judex delegatus poſſit punire teſtem falſum?

13. Commiſſarius mandatis pœnalibus cõpellere teſtem poteſt, ut compareat?

14. Actiones pœnales ſe invicem non conſumunt.

15. Quomodo clericus vel ſervus ob falſum puniantur?

16. De pœna talionis memorabilia.

17. Lingua falſorum teſtium perforanda.

18. Falſum teſtimonium Deum ultorem habet.

19. Quæ pœna eorum, qui urphedas violant?

20. Quæ cauſæ criminales ad Cameram per appellationem devolvantur?

21. Quæ ſine appellatione eo ſpectent?

22. Quando citatio omitti poſſit?

23. Quomodo procedendum in cauſis abſolutoriis ad effectum agendi?

24. Si de fraudis Vrphedæ inter partes & judicẽ lis oritur, qualiter ſe Camera intromittat?

25. Procurator falſus quâ pœna plectatur?

26. Numellæ quid?

27. Quomodo advocatus prævaricator coërceatur?

28. Satius eſt rem non attingere, quam malè tractando perdere.

29. An leviſſima culpa unquam jure civili coërceatur?

30. Quomodo falſum in ſcriptis committatur.

31. Pœna falſi quænam?

32. Effringens vel reſignans literas principum qualiter puniatur?

33. Quâ pœnâ clerici falſis bullis utentes puniantur?

34. Hiſtoria de Marcello fratre.

35. Scribens, celans vel corrumpens teſtamenta, inſtrumenta quomodo puniatur?

36. Quâ pœnâ teneatur literas privatorum aperiens?

37. Quam variè Notarius puniatur falſus.

38. Pœnam mortis de jure civili Canones vertunt in perpetuos carceres.

39. Qualiter ſtatuta intelligenda ſint, pœna mortis mentionem facientia?

40. Quomodo advocati ſibi lucrari poſſint bonam veſtem?

41. In odioſis protocollum non ſupplet inſtrumentum.

42. Protocollo producto in cauſa mutui, promotoriales non mandata ſine clauſula decernuntur.

43. Protocollum ſolenne quid?

44. Creatio notariorum olim inſinuabatur præfecto urbis.

45. Comites Palatini ſæpè indignos notarios creant.

46. Falſum in ſignis quomodo cõmittatur?

47. Sculptores falſorum ſigillorum, pœna falſi tenentur.

48. *Quæ*

48. Qua pœna mendici teneantur falſis diplomatibus utentes, morboſq; fingentes.

49. An ſpurii nobilium uſurpare poſſint inſignia familia?

50. De pœnâ falſificantis terminos.

51. Falſum in menſura quid?

52. Pœna hujus falſi qua?

53. Quomodo in mercibus falſum committatur?

54. Quomodo falſum in mercibus liquidis, vino, mulſo, &c. patretur?

55. De fructibus pendentibus non vendendis ac tabernis pannariorum.

56. De falſo in animalibus venditis.

57. Quid ſi res duobus vendatur?

58. De gratiâ Principis duobus facta?

59. De ſponſo duabus fidem conjugalem promittente.

60. Quomodo in moneta falſum committatur?

61. Hiſtoria de Henrico Pulcro, Rege Galliæ.

62. Pœna falſificantis in cauſa monetaria.

63. An unquam liceat Principi mutare leges moneta in perniciem ſubditorum?

64. Quamnam præſtare teneatur cautionẽ Princeps mutans monetam?

65. Minorennitas non excuſat ab hoc falſo, quâ pœnâ ordinaria teneatur minor.

66. Domus, ubi falſa moneta cuditur, confiſcanda eſt.

67. Status imperii, regali moneta cudendæ abutentes, eo privabuntur.

68. Quâ pœna teneantur raſores, circumciſores moneta?

QUinta publicorum judiciorum ſpecies eſt lex Cornelia de falſis. Defi-
nitur † falſitas ab Azone & Hoſtienſe, mutatio veritatis, doloſè facta, 1
cum injuriâ vel jacturâ alterius. Nonnulli verba poſteriora (jacturâ alterius)
omittunt, *in c. ne falſariorum. ext. de crim. falſ.* & falſum committi adſerunt 1.
in nomine, 2. verbis, 3. ſcriptis, 4. ſignis, 5. aut re ipſa, ut loquuntur.

In † nomine falſum patrari dicitur, quoties doloſè quis ad alterius da- 2
mnum, nomen, cognomen mutat, vel titulum aut dignitatem dolo malo u-
ſurpat. *l. 13. ubi Dd. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Ut cum vir plebejus, Ducem, Comi-
tem, nobilem ſe eſſe profitetur, uti in Camera contra Judæum, qui ſe falsò
appellaverat, einen Regierer gemeines Jüdiſchen Volckes/ mandata ſine clau-
ſula, ne turbas motuſve in R. imperio excitaret, decreta, eumq; Fiſcali Ca-
meræ in 2. marcas auri puri damnatum fuiſſe refert Gylman. *in ſymphor. præſ.
Cam. vol. 2. pag.* 180. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ. 19. num.* 52.
ibiq; elegantes Dd. Cujuſmodi Judæus quoque in Italia nuper degit, qui Ju-
dæorum Dux dici voluit, adſerens ſe ex tribu Judæ veriſſimè natum, cum ta-
men certò certius ſit, † neminem Judæorum hodie proſapiam ſuam liquidò 3
demonſtrare poſſe, quod proculdubio inde evenit, quoniam Herodes (quẽ
magnum appellant) Judaicam originem familiæ ſuæ affectans, † omnes Ju- 4
dæorum annales & genealogias in archivis, ab Abrahami ſeculo uſque, ſedulo
aſſervatas, igni combuſſit, ne inſpectis & computatis genealogiis quid ſuper-
eſſet, quo ipſe & poſteri ejus notari poſſint alieni ſanguinis, refert Philip. Ca-
mer. *in med. hiſt. 2. cap.* Et quia, ut diximus, † falſitas omnis dolũ præſupponit, 5
conſequens eſt, ut ſiquidem haud doloſè alienam dignitatem, honores, no-
men quis pro tempore aſſumat, isq; dolum liquidò purgare poſſit, falſi cri-

Vu 2 men

Digitized by Google

men ejusq; pœnam evitet. *l.unic.ubi Dd. C.de mutat.nom.vide ſupr.lib.1.de indic. quæ ex mutat.non deſcendunt.*

6 Porrò † in verbis falſitas committitur, quoties teſtis in judicio falſum perhibet teſtimonium, quo actor reuſve, famâ, honore, jure, quod ſibi debe-
7 rur, ſpoliatur. Qui teſtis † noxius conſtituitur [1.] Deo, quia ſcriptum eſt, ne falſum teſtimonium dicas contra proximum tuum. *c.1.de crim.falſ.* [2.] Judici, cujus aures offendit, totumq; judicium, in quo Dei præſentia viget, ut ait text. *l.13.C.de jud.* illudit & perniciosè ſeducit. Ruin. *conſil.6.vol.5.* Vant. *de null.ex def.juriſd.* [3.] parti, quam falſis teſtimoniis inſigniter lædit & offendit. *d.c.1.* Falſum autem adſerere teſtem vario modo dicitur. [1.] falſum dicit, mendacium apertum proferendo. *l.1.ff.h.t.* quanquam Dec. *in c.licet cauſam.de prob. num.22.* diſtinguat inter cauſam principalem, ejusq; acceſſoria, ita ut illo, ordinariâ, hoc caſu, extraordinariâ pœnâ plectatur, Ægid.Boſſ. *in pract.crim. tit. de perjur.* nec refert, jurato teſtis, ſive ſine juramento depoſuerit, quoniam
8 ſecundum nonnullos, juramentum † teſti poſſit remitti. Covarr. *2.var.reſ.13.* Didac. Cantar. *in qq.crim.c.8.num.43.* reclamante communi Dd. ſcholâ. [1.] Quod jus publicum pactis privatorum mutari nequeat. *l.38.ff.de pact.* Sed receptio teſtium jurata eſt juris publici. Bart. *in l.1.ff.de teſt.* hinc eſt, quod vulgò quoque dicatur, non credi injurato teſti, licet authoritate magnâ præpolleat. Farinac. latiſſimè in ſolenni & abſoluto ſuo tractatu de teſtibus paſſim, ubi vide tamen aliquot inſignes & notabiles limitationes. [2.] Quodcunque præſtat occaſionem ſcandalis & injuſtitiæ, non temerè eſt admittendum, *l.15.ff. de con.inſt.ordin.Camer.p.1.tit.23.* Atqui relinquere teſti juramentum, eſt aperire feneſtram falſitati, mendaciis, & fraudibus. *l.3.ff.de teſtib.* Ergo.

3. Jus alterius remittere nemo poteſt, nedum etiam ſocius in re communi, *arg.l.120.l.54.ff.de R.J.* ſed qui remittit teſti, ne juret, diſponit ſuper eo, & illud ſibi ſoli ſumit, quod aliis quoque jure competebat. Etenim, ut dictum eſt, teſtis non parti producenti ſolummodo, ſed & Deo judiciq; jurat. Ergò. Atque hanc ſententiam quoque non obſcurè firmant, quæ tradit Wilhelm Antonii *de reſcript. morat.concluſ.30.num.42.48.*

2. Teſtis falſum deponit, veritatem tacendo, *c.1. de crim.falſ.* neque enim ſic teſtis vult prodeſſe ait *c.11.q.3.l.29. ff.h.t.l.8.C. de Epiſc. & Cler.* alias
9 † teſtis ſubterfugiens, ne veritatem dicat, ſtellionatus ſe adſtringit. Boſſ. *in d. tit.de falſ.* refert autem teſtis fideliter & diligenter ſuper omnibus cauſæ meritis circumſtantiisq; examinetur, *c.cum dilecti. ext. de accuſat.*

3. Pecuniam recipiendo, ut teſtimonium diceret vel non? *l.1.ff.h.t.vide diſtinguentes Dd.* Boſſ. *d.loc.num.143.* Didac.Cantar. *qq. crim. cap. 8. num. 45.*
10 Licitum tamen † teſti eſt, poſt depoſitionem nonnihil recipere, modo ne conventio de pecunia numeranda ante teſtimonium facta fuerit. Hyp. de Marſil.

Marſil. *in l.1.ff.ad l. Cornel.de falſ num.*8. denique ipſa † pars producens, quæ 11
teſtem corrumpit, falſi quoque tenetur. *l 1.ff.eod.*

4. Porrò ſi teſtis extra judicium nonnihil jurato affirmârit, niſi jura-
mentum fuerit levioris notæ, quale incogitanter proferre ſolent idiotæ, mi-
litesque circumforanei, juraſſe perinde habentes, ac ſi cum æluro quodam
jocati fuiſſent, ſchweren ins Gelach hinein / daß die Balcken krachen / ut ſcri-
pſit Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 30. *n.* 58. juxta illud Lucani:

Nulla fides, pietasq; viris, qui caſtra ſequuntur.

quod in judicio revocaverit, Bart. *in l.27.ff.eod.n.*4.

De delegato judice quæritur, † an poſſit punire teſtem falſo jurantem? 12
Affirm. Specul. *in tit. de teſt.* §. 1. *verſ.* 44 Bart. *in c. præterea. de off. deleg.* Raph.
Fulgoſ. *in l.* 1. §. *fin. ff. de off. ej. cui mand. eſt juriſdiſd.* Quia, *ajunt*, delegatus
modicam habet coërcitionem, *c. ex literis. de off. deleg. d. l.* 1. §. *fin.* ſcilicet, qui
teſtem comparere nolentem coërcere poſſit, eumq; mulctare, *argum. c. præ-
terea. ext. de teſtib.* & refert Gylman. *in ſymph. tom. 2. præjud. Camer. p. mihi* 339.
uti † Commiſſarius teſtem contumacem mãdatis pœnalibus compeſcuerit, 13
quam coërcitionem Camera approbârit, Ludovic. à Peguera *deciſ. Cathal.*
79. *num.* 3. ubi cum hâc ſententiâ in effectu tranſire videtur. Quidam hic di-
ſtinguunt inter delegatum principis, & ordinarii, ita ut ille punire queat con-
tumaces teſtesque falſos, hic non utique. Bald. *in l.* 14. *C. de teſtib.* Didac. Can-
ter. *in qq. crimin. c.* 8. *num.* 48. Abbas *in c. 1. de crim. falſi.* ubi quoq; & hoc quæ-
runt, an Princeps vel ordinarius adhuc punire poſſit teſtem contumacem vel
falſum, quem antea commiſſarius mulctaverat? Quod affirmare videtur ex
Boſſio, qui ita communiter teneri à Dd. refert *in pract. crimin. tit. de falſ. n.* 104.
& Clar. *in pract. quæſt.* 38. *verſ. ſed quæro.* Peguera *d. deciſ.* 79. *n.* 2. At enim rectiùs
negatur: ne aliquis ob unum idemque delictum bis puniatur, quòd incivile
eſt, Salycet. *in d. l.* 14. *C. de teſt. l.* 22. *Cod. de pœn.* unde Chryſoſt. *apud Stobæ. ſer-
mon.* 144. hoc judicanti perſpiciendum eſt (*ait*) ne pœnæ delictis graviores
ſint, ſed in juſtitiâ appareat clementia: Quanquam in aliis juris civilis parti-
bus, † actiones præſertim pœnales, alia aliam non conſumant, §. *fin. ubi In-* 14
terpp. inſt. ſi quad. paup. fecis dicat.

Cæterum pœna falſi jurantis † Clerici eſt, pœnitentia triennalis 15
falſi teſtis ejuſdem in cauſa criminali degradatio ſtatus, & ſupplicium jure ci-
vili contra laicos conſtitutum, *c. preſbyteri.* 25. *quæſt.* 6. Pœna falſi communis
eſt deportatio, bonorumque confiſcatio, *l.* 1. §. 13. *ff. h. t.* junctâ infamiâ, *c.* 6. *q.* 1.
Servi falſum committentes ultimo ſupplicio afficiuntur, *d. l.* 1. §. 13. Quia verò
falſi pœna falſarii puniuntur teſtes, *l.* 21. *ff. eod* non dubium eſt, quin pœnæ
antedictæ contra falſarios teſtes omninò ſtringant. In cauſa criminali ſpe-
cialiter obtinet, ut teſtes plectãtur eadem, quâ reus teſtimoniis falſis convi-
ctus, puniendus vel punitus erat pœnâ, *l.* 1. §. 1. *ff. ad l. Cornel. de ſicar.* quod jus

Digitized by Google

16 veteris † talionis legem adhuc redolet, quam ad unguem, etiam dictitante
Scripturâ ſacrâ obſervavit antiquitas indiſtinctè, *Carolus* 4. nobilem nomine
Zacharam, qui parochum ſuum utroque privaverat oculo, viciſſim excœcari
mandavit, Dubrav. *in hiſtor. Boem. lib.* 22. quam talionis pœnam quoque con-
firmavit *Carol. V. conſt. crimin. artic.* 107. ibi: Wo aber einer / durch einen fal-
ſchen Eyd / jemand zur Straffe ſchwüre / derſelbige ſoll mit der Pön / die er
fälſchlich auff einen andern ſchweret / geſtraffet werden. Item: Wer ſolch falſch
ſchweren mit wiſſen / fürſetzlich vnnd argliſtig dazu anreitzet / der leidet gleiche
Pön / Vigel. *de falſ. cap.* 10 *reg.* 11. *de pub. jud.* Gilh. *in arb. jud. crim. cap.* 2. *lib.* 4.
Nonnunquam etiam duobus digitis, quibus erectis falſo juravit, teſtis ampu-
tatur, *d. conſtit. crimin. art.* 107. Menoch. 2. *de arb. jud. caſ.* 192. 319. Sichard. *in
l. 2. C. de jur.* Hyppol. de Marſil. *in tract. crim.* §. *ſuper. n.* 160. D. Amanell. ait,
17 † linguam falſorum teſtium perforandam eſſe, *in tr. de clariſſ. aqu ſing.* 34. *al-
legans gloſſam in l. omninò. C. de delator. lib.* 10. Joan. Boëm. *in tit. de Africa c.* 5.
teſtatur, quod perjuri capite plectantur apud Ægyptos, tanquam qui duplici
18 teneantur crimine, ut qui † pietatem in Deos violent, & fidem inter homi-
nes tollant, maximum humanæ ſocietatis vinculum, Gylm. *tom.* 2. *ſymph. in
decif. Camer. pag.* 255. & refert Johan. Wolff. *cent.* 13. *p.* 1. *rer. memor.* quod in-
venta fuerit in Hatſtadt manus integra in modum jurantis, alio corpore pu-
trefacto, & cum eam ſecundario ſepelire voluiſſent, guttæ ſanguinis emana-
rint, & propterea ſecundario eam ſepelire noluerint. *Hæc ille.*

Cæterùm pœna illa *ex conſt. crimin. art.* 108. & 176. quoq; adverſus hos,
19 † qui urphedas violant, ſtringit, Schurff. *conſil.* 87. *cent.* 3. *Menoch.* 2. *arb. jud.
caſ.* 335. modò ne abſolutionem impetraverint ab Epiſcopo, *c. fœneratores. de
elect. c. contingat. de perjur. c. fin. de for. compet.* Wilhelm. Antonii *in tract. de
reſcript. morat. concluſ.* 30. *num.* 36. vel hodie in Camerâ, *part.* 2. *ord. Cam. tit.* 24.
idque ex jure communi, *l. fin. ff. ad munic l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Anton, *d concl.*
30. *num.* 37. *ubi Dd. turmatim citantur.* Qua in re adverſarius, contra quem
abſolutio petitur, citari ſolet, ad videndum relaxari actorem à juramento, ubi
20 caſus vivus depingitur competentiæ † Cameralis, in cauſis criminalibus, cu-
juſmodi præjudicia multo plura paſſim occurrunt obſervatione digna. Sic
quoque promotoriales in cauſa criminali decernuntur ſub pœna banni, Gil-
man. *in ſymph. tom.* 2. *in præjud. Camer. pag.* 185. & 188. in cauſa nullitatis rerum
criminalium. Gilman. *d. loc. pag.* 196 & 103. Cunrad. Harß *in tract. de reor. in-
quiſ. jur. inſtit. concluſ.* 12 *num.* 13. ibiq; Anonym. *in not.* Sic cum quis ſeipſum
occiderit, ubi agitur de confiſcatione bonorum interemti, vide Gylman. *d.
loc. pag.* 305. in puncto reſtitutionis cadaveris, cauſa pignorationis coram Ca-
21 mera ventilatâ, Idem *d loc. pag.* 158. Sic cum † propter merum imperium li-
tigioſum capitur maleficus, Camera nonnunquam ſe intromittit, Gilman.
d. loc. aliquando etiam mandata ſine clauſula decreta fuiſſe in cauſa veneficii,
ne mu-

ne mulier capta ſine indiciis ſufficientibus torqueretur, conſtat, *pag.* 193. Item ne ordinarius magiſtratus expelleret, relegaret civem ſubditum. In cauſa Hallenſium denique contra Comitem de Hohenloë decreta fuiſſe mandata in cauſa criminali, idem atteſtatur, *d. tom. 2. in præjud. & deciſ. cam. pag. mihi* 193. Aliàs vero verius eſt, quòd cauſæ criminales capitales, vulgò, peinliche Sachen/ſo Leibſtraff auff ſich tragen / ad Cameram non ſolùm per viam appellationis ſed & ſimplicis querelæ neutiquam pertineant, prout Cunrad. Hartz deduxiſſe videtur *in tract. de reor. inquiſ. concluſ.* 12. *ibiq; in not. Anonym.* & inprimis ampliter & ex profeſſo eminentiſſimus quondam JCtus & Præceptor noſter Dn. Gothofredus Antonii *in orat. hâc de re peculiari eò loci ſubjectâ. num.* 19. *per tot.*

Sed quinam proceſſus in terminis hiſce abſolutoriis ad effectum agendi requiratur? diſceptari ſolet, nonnulli libellum producunt & conteſtationem litis urgent, ſed malè. Idem Gylman. *in deciſ. Cam. ſymph. vol.* 2. *pag.* 269. exiſtimans, quod ubi de injuſtitiâ notoriè conſtet, nedū citatio ad videndum ſit neceſſaria, quæ tamen, cauſâ principali ipsâque juramenti materiâ jam in controverſiam deductâ, omitti ſalvo proceſſu nequit, ætiologia juris eſt, ut ſicut omitti poteſt † citatio, quotieſcunque evidenter conſtat citando non 22
competere defenſionem, Marian. Socin. *de citat. art.* 7. *n.* 35. Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 10. *num.* 19. ita citatio ex omni aſſe requiritur, quandocunque de exceptione rei relevanti adhuc dubitatur, quæ brocardica non niſi in cauſis ſummariis & executivis locum ſibi vendicare juris eſt indubitati, *Dd. in l. 6. ff. de fid. libert. l.* 13. §. 3. *ubi Bart. ff. de uſufr.* adeò ut ſæpenumero † actor relaxationem à juramento prorſus omittere, & in cauſa fractæ 23
pacis, ubi captivus non niſi juratò, de non vindicanda injuria, dimiſſus eſt, in Camerâ rectâ agere jure poſſit, Gail. 1. *obſerv.* 22. nonnunquam etiam in cauſa civili captivus mandata ſine clauſula rectè petere & impetrare poteſt, omiſsâ illa abſolutione, dirigens ſupplicationem auff die vier Fälle / *part.* 2. *ord. tit.* 23. ubi reſpectu ſupplicantis requiritur, is ut ſtatus ſit imperii, quoniam privati raro aut nunquam auff die vier Fälle / agere valeant, latè ego hoc deduxi in diſputatione mea prima inaugurali, quam habui Heidelbergæ, in anno 1617. præſidente *Dn. Reinhardo Bachovio* JCto incomparabili, amico meo colendiſſimo, de mandatis ſine clauſula, alteram in Academia Julia quę eſt Helmſtadii, anno 1628. reſpondente Erneſto Godekenio Hildesheimenſi, de indiciis delictorum, ubi gradus Doctorales ſuſcepi, quos reformata Heidelberga mihi conferre non potuit.

Porrò ſi de juramenti † formula, quoad ſecuritatem vel urphedam dubitatur, exindeque inter magiſtratum captivumque exoritur diſſenſio, Camera 24
quoq; implorari poteſt, unde recepta hæc paſſim reſponſa & reſcripta Cameræ: Daß auff einen allgewöhnlichen Vrpheid der Gefangener ſeiner hafft erlaſſen

laſſen werde/ Gylman. d. loc. in præjud. Camer. pag. 296. ubi addit notabile hoc,
ut, ut ſiquidem magiſtratus ſtare contendat juri, nec in frontiſpicio appareat
jus ſupplicantis, is remitti debeat ad forum Eccleſiæ, ut ibidem abſolvatur à
juramento. Paul. de Caſtro conſil. 259. vol. 2.

25 De † procuratore falſo, qui dolo malo cauſas principalium negligit,
prodit, conſtitutum jure apparet, ut damna & expenſas partibus refundere
cogatur, argum. l. 1. ff. de prævar. Menoch. 2. arb. qq. 323. qui pro delicti gravi-
tate nonnunquam exhiberi numellis publicè debet: Numella, auctore Fe-
26 ſto, † vinculi genus eſt, quo canes venatici ſolent alligari, quâ voce etiam
Varro de canibus loquens utitur, 2. de re ruſt. Cujac. 9. obſerv. 22. vel etiam vir-
27 gis cædi & in exilium mitti, conſtit. crimin. Carol. V. art. 115. Advocatus † præ-
varicationis reus extra ordinem punitur, l. 1. §. 2. ff. de prævar. Gilhauſ. in arb.
crim. c. 2. tit. 31. Sed an Cliens reſtitui poſſit in integrum hoc caſu? Ita com-
muniter adſeritur, quoties procurator ſolvendo non eſt, gloſſ. in l. 12. ff. de furt.
& in c. 2. ext. de in int. reſt. Bald. in auth. hodie. C. de appell. ſolvendo exiſtente
ad damna & intereſſe, uti modo ſtatuimus, tenetur, l. 12. §. 1. l. 8. §. 4. ff. manda-
ti. l. 28. l. 42. ff. de procur. imò quoque ob culpam leviſſimam, l. 13. ubi Donell. C.
mandat. idque ex tacitâ induſtriæ adſertione, §. 2. inſt. de obl. quæ ex quaſ. &c.
28 cum † ſatius fuiſſet, rem non attingere, quam malè tractando perdere, Do-
nell. in l. 8. C. mandat. quam ſententiam in Camera receptam eſſe refert Gil-
man. in ſymph. volum 2. præjud. Camer. pag. 284. errant autem, qui procurato-
29 rem propterea † culpa leviſſima non teneri ajunt, cum leviſſimæ culpæ nul-
libi fiat in jure mentio, quæ aſſertio convincitur l. 44. ff ad l. Aquil.

30 Deinde † in ſcriptis vel literis fit falſum, cum quis falſificat bullas apo-
ſtolicas, diplomata, reſcripta, privilegia, mandata Principum, teſtamenta, in-
ſtrumenta, l. 2. 4. 6. ff. ad l. Cornel. de falſ. vel cum Notarius falſum ſcribit. c. ad
falſariorum. de crimin. falſ. ubi tria veniunt conſideranda in perſonis falſario-
rum. 1. ipſe falſificans, 2. utens falſis ſcriptis publicis, 3. adſervans ſolum-
modo literas falſas.

De primo ſtatuit d. c. ad falſariorum. quod clericus falſificans bullas
Apoſtolicas, actualiter degradetur, tradaturq; foro ſeculari ad luendam pœ-
nam falſi, Ludov. à Peguerâ deciſ. 81. num. 9. quæ hoc caſu eſt impreſſio chara-
cteris in faciem & in exilium miſſio, c. audientiam. ext. de crimin. falſi. Laico-
rum pœna eſt excommunicatio, d. c. ad falſar. bonorumque publicatio. l. 1. §.
31 fin. ff. h. t. quæ † pœna homines liberos ſolummodo obligat, ſervorum pœna
mors eſt & ultimum ſupplicium, d. l. 1. §. fin. neque hîc diſtinguitur inter acto-
res, ſive ſuperiorem recognoſcant ſive non? Quanquam quoad clericos pœ-
nam hanc falſi quodammodo mitigatam appareat, c. clerico. c. Epiſcopo. di-
ſtinct. in laicis non mutatam paſſim tradunt in d. l. 1. §. fin. hinc Scabini Lipſen-
32 ſes ei, qui † reſignatis & apertis literis Electoralibus ad Equitem auratum N.
ſcriptis,

ſcriptis, contenta earum legerat, dictitarunt fuſtigationis pœnam, & venditionem bonorum, junctâ commigratione de territorio, Matth. Coler. *in deciſ. Germ. deciſ.* 179.

De ſecundo caſu jure conſtitutum apparet, quod † clericus literis Apo- 33
ſtolicis vel Cæſareis falſis utens, deponatur ab officio, & pro delicti gravitate carceribus perpetuis coërceatur. Canoniſtæ *in d. c. ad falſar.* De † Marello fra- 34
tre minorita falſas indulgentiarum bullas circumferente ſcribit Crantz. quē refert Wolff. *cent.* 15. *p.* 1. *lect. memor.* Quod ab Archiepiſcopo Colonienſi ad perpetuos carceres fuerit damnatus, qui non ita pridem ob crimen idem Venetiis incarceratus, cuſtodiâ elapſus erat, ſimulando ad mortem ſe ægrotare, ſcribens receptum, quod potione formari juſſit in Apothecâ. Quâ acceptâ rogavit ad ſe dimitti fratrem ordinis minorem, ut coram Deo ſincerā faceret moriturus conſcientiam, adventantem ad ſe in carcerem, fratrem blandè invitat, ut de ſuo potu guſtare non detrectet, ſimplex frater nihil doli ſubolens, potat, nec diu poſt in ſomnum ſolvitur graviſſimum. Marcellus detractâ illi veſte monachali, ipſe induitur, & clamans carcere extrahi poſcit, jam impleto circa carceratum officio, extrahitur falſarius ille cum cucullo alieno, & pro fratre abire ſinitur, *Hæc ille.* Laicorum pœna excommunicatio eſt, *d. c. ad falſariorum. ext. de crim. falſi.*

De caſu tertio idem jure ſtatuitur, modonè facti ignorantia probabilis allegari poſſit. *Dd. in d. c. ad falſar.* Præterea de eo, † qui teſtamenta, inſtru- 35
menta delevit, corrupit, interlevit, reſignavit, quiq; falſum ſcripſit, ſciens prudens ſubſcripſit, amovit, celavit, ordinariâ falſi pœna tenetur, *l.* 2. 6. *ff. eod.* Cujac. *in tr. ad African. in d. l.* 6. *ff. h. tit.* Falſificans † ſcripturam privatam pu- 36
nitur arbitrio judicis, prout ac qui aperit literas privatas perinde plectitur. Bart. *in l.* 1. *ff. eod.* Jul. Clar. *lib.* 2. *ſent. recept. in* §. *falſum num.* 25. Paul. IV. Papa literas Regis Hiſpaniæ reſignans, atque legatos regios carceri includens, ab Albano, bellis impetitus, graves inde luit cum totâ Italia calamitates. Pet. de Suav. *in hiſt. Concil. Trident. lib.* 5. *pag.* 470. *& ſeqq.*

Pœna † notarii falſum committentis, relegatio eſt, omniumq; bonorū 37
confiſcatio, *d. l. fin.* officii amiſſio, Barr. *in l.* 12. *C. de ſuſcep. præpoſ. &c.* & infamia, *l.* 21. *ff. de his, qui not. infam.* nonnulli diſtinguunt. *gloſſa in l. fin. C. de ſuſp. tut.* Barr. *conſil.* 174. *vol.* 1. *num.* 7. Didac. Cantera *in qq. crim. c.* 4. *num.* 16. Dec. *in c.* 2. *de judic.* falſi gravitas ſæpenumero pœnam hanc auget, qui enim Notarius inſtrumentum immunitatis falſum ſcribit, igni cremandus. *l.* 1. *C. de imm. non conced.* qui ſimulatæ venditionis inſtrumentum facit, manu amputandus. *c.* 1. §. *ſcriba. de feud. prohib. alien. per Frid.* 2. *feudor. ubi* Schenck baro. Pet. de Raven. Hottoman. Roman. *in ſing. ſing.* 38. qui falſa reſcripta Principis, bullas Apoſtolicas ſcribit, decollandus eſt. Canoniſtæ *in d. c. ad falſarior.* ubi regula hæc obſervatione digna notanda: Quod quoties † jure civili infligatur 38

Xx pœna

Digitized by Google

pœna mortis, de jure Canonico ea ut plurimum mitigetur vertaturq; in per-
petuos carceres vel deportationem, ita in caſu converſo, quando jus Cano-
nicum pœnam non mortis ſed levioris ſupplicii decernat, ea plerunq; in foro
ſeculari mutetur in pœnam mortis. vide Didac. Cant. *in qq. crim. c. 4. num. 16.*
Salycet. *in l. 1. C. de ſepulch. violat.* adeo ut licet notarius vigore *d. c. ad falſar.*
pœnâ mortis non puniatur, plectatur tamen hac pœna de jure civili, juxta ca-
nonem prædictum. Didac. Cantar. *d. loc.* Aliâs notanda hic eſt Jaſonis decla-
ratio *in l. tranſigere. num. 9. C. de tranſact. & in l. divortio. num. 6. ff. ſolut. matrim.*
39 ubi tradit: quod quando lex vel † ſtatutum mentionem faciat pœnæ capitalis,
ea non de morte vel ultimo ſupplicio, ſed de pœna non mortis, utpote de-
portatione, quæ quoque capitis pœna dicitur, propter maximam ſcilicet ca-
pitis diminutionem, *§. 1. & 2. inſt. de cap. min.* ſit intelligenda. Subdit Jaſon, in
utroque loco ſe hac doctrinâ Bononiæ quendam monetariũ falſitatis reum,
liberaſſe de pœna mortis. Felin *in c. ex literis. num. 22. ext. de conſtit.* idem atte-
40 ſtatur refertq; Joan. de Imola *num. 3. de publ jud. in inſtit.* quod hac cautela †
advocati ſibi poſſint lucrari unam bonam veſtem. Joachim. à Beuſt. *in lectur.*
l. admonendi. ff. de jurejur. n. 1179. *pag. mihi* 526.
41 De † protocollo falſificato, an Notarius id falſificans perinde ac ſi in-
ſtrumentum publicum corruperit, teneatur? diſquiri ſolet: communiter au-
tem id negatur, quia in pœnalibus & odioſis protocollum non ſupplet inſtru-
mentum. *c. odia. de R. J. in 6.* & nihil frequentius evenit uſu, quam protocolla
tranſmutari tranſcribi, modò ſalva maneat & incorrupta veritas, nec caſus de-
tur, ubi perdito inſtrumento, ad protocollum eſſet recurrendum, quod ſic
42 demum falſificaretur. Aliâs producto † protocollo ſolent decerni promo-
toriales de ſolvendo in cauſa mutui, & dehinc cauſa paulatim auditâ, manda-
ta ſine clauſula, quæ regulariter ſuper inſtrumento & chirographo mutui de-
bent pronunciari. *deput. Spirenſ. de anno 600. §. ob* auch / *&c.* Gilman. *in ſupp.*
vol. 3. p. 3. ſup. 1. & tom. 2. in deciſ. Camer. pag. 55. & 64. Coler. *de proceſſ. exec.*
part. 1. c. 3. num. 212. Quint. Mandoſ. *de monitor. q.* 71. adeò quod Andr. Gail.
2. obſ. 25. & de arreſt. c. 7. Italiæ & Domus Auſtriacæ judicia, quoad celerem cau-
ſatum executivarum expeditionem, celebret, meritò etiam de ſtylo Curiæ
Brunſvicenſis Guelphicæ prædicandum ſit vigore conſt. Ducalis *de anno 617.*
quæ ſedulò & ſeriò prædicatur. Sed ad protocollum redeo, ubi ſubticendum
43 non eſt, ut ſiquidem id † ſolenne ſit, id eſt, quod continet diem & conſulem,
circumſtantias loci, temporis, perſonarum, quantitatis, parum vel nihil di-
ſtare in effectu debeat ab ipſo inſtrumento publico. *conſtit. Max. de anno 512.*
Colon. in tit. von Notarien. Menoch. *de arb. qq. caſ.* 137. Frid. Mindan. *de man-*
dat. lib. 2. c. 69. Cujac. *in Novella* 44. Joan. Andr. *ad ſpec. in §. videndum. de inſtr.*
edit. Cujac. *in l. 15. C. de decur.* teſtatur, quòd uti certum JCtorum corpus ſub
primicerio extiterit, ita quoque collegii placitis, tabelliones quinque ſaltem

admiſſos

admiſſos fuiſſe, non niſi homines fidei integræ & ſcribendi legendiq; peritiſ-
ſimos, nec non juriſperitos, imò † inſinuatam tabellionum quorumcunque 44
creationem præfecto urbi, creatoribus jurantibus, ſe non ambitione, gra-
tia ulla, ſed ſolà virtutis conſcientia ad tabellionis novi electionem addu-
ctos, quæ juris priſci veſtigia ſequebatur quondam Camera ſine ratione gra-
vi, ubi ex 50. ſupplicantibus pro matriculà vix 10. admittebantur. Peſſimè
conſulentibus illis, reipublicæ non raro † Comitibus Palatinis ad officium 45
Notariatus ſine omni delectu ſive examine. ut memini, cujuſcunque generis
ſycophantas indoctosq; idiotas admittere, hinc Platina *in Jul. 1. in verſ. Ger-
manica.* ibi: Aber heutiges tages ſeynd jhrer ſo viel (Notarii) ſo vngelehrt vnd
toll/ daß ſie eigene Namen kümmerlich mögen in Lateiniſcher Sprache auff-
zeichnen/ ich geſchweige anderer Leute Händel beſchreiben/ jhrer Sitten halben
will ich hie nichts einführen/ dieweil jhr etzliche auß der Zahl der Hurenwirth
vnd Tellerlecker in dieſe Würdigkeit kommen ſeynd. *hæc Platina pag. mihi 35.*
Porrò in † ſignis committitur falſum, [1] cum quis ſigillo falſo utitur, [2] 46
cum limites juriſdictionales territorii, agrorumve terminos malitiosè & do-
losè mutat, tranſponit, vel ſubducit.

De [1] agit *l. 2. l. 6. l. 27. ff. h. t.* qua in re falſi perinde tenētur † ſculptores 47
ſigillorum, quam ipſi utentes ſigillis falſis vel alienis, *l. 30. ff. eod.* Coler. *in dec.
Germ. deciſ 179.* in Saxonia uſitatum eſſe, ait, ut qui falſum ſigillum dolosè u-
ſurpârit, fuſtigetur, auribuſve amputetur, & forma ſigilli falſi in manu aut
fronte ejus inuratur. *deciſ. Lipſ. 34. vol. 2.* Quam pœnam Witebergenſes quo-
que ſolent pronunciare contra † mendicos, falſis ſigillis & diplomatibus, qui- 48
bus oſtiatim diſcurrunt, ſimulantes morbos, incendia, aliosq; caſus infelices
deciſ. Lipſ. 670. vol. 2. Sed an hæc pœna quoque obliget † ſpurios vel natu- 49
rales nobilium, uſurpantes inſignia & ſigilla familiæ? Ita affirmant Dd. *in l.
19. ff. de ſtat. hom.* Ad hos enim nomen, arma & inſignia familię de jure non
ſpectare certo certius eſt, *arg. l. jus familiarū. l. jus ſepulchri. C. de relig. & ſumpt.
fun.* Theod. Reinkingk *de retract. conſang. quæſt. 2. num. 257.* hinc Ulpian. *in
l. 24. ff. de ſtat. hom.* lex naturæ eſt, (*inquit*) ut qui naſcitur ſine legitimo matri-
monio, matrem ſequatur. Dicendum itaque foret: Ergone maternæ familiæ
inſignia impunè uſurpabunt? res in idem recidit, remanente confuſione fa-
miliarum, quæ facilè concedi non debet, Bald. de Ubald. *in tr. de ſucceſſ. ab in-
teſtato p. 1. c. 11.* ubi ait: quod in Francia & Britannia illegitimi filii quidem
portent arma patrum, ſed ita, ut ſuperaddita ſit inſigniis inſignis quædam
barra per tranſverſum, quæ incipiat à ſiniſtris, tranſducta ad partem dextram.
Ego *in exerc. meis Juſtinian. diſp. 13. th. 13. Witebergæ habitis.*

Notatum hic eſto, inter ſpecialia hujus criminis exiſtere, quòd licet
condemnatus, qui ducitur ad ſupplicium, ſi illi Cardinalis obvius fiat, liberari
debeat, per tradita eorum, quos allegat Anonymus *in not. ad Hartz tract. de in-*

quiſit.reor.concluſ. 6. num. 1. non tamen liberetur falſarius, atteſtante ex Menoch. Ludov. à Peguera *deciſ.* 80.*num.*2. Nullum enim aliud crimen extare in orbe, quod objectius deprimat hominis ſtatum & famam, & quod aliis criminibus ſceleratius ſit, quam hoc falſi crimen. Hippolyt. de Marſil. *in rubr. ff. ad l.Cornel.de falſ.num.*12. Deinde quod hodiernis moribus falſi pœna arbitraria ſit, atque diverſimodè pro delicti gravitate vel levitate, prout publicæ diſciplinæ vigor admittit, infligatur. Menoch. 2.*arb.jud.qq.caſ.*315. Jacob. Aleman. *in palæſtr.conſult.*2.*rat.dec.*9.*pag.*66.*in pr. conſtit. crim. Car. V. art.* 112. ibi: Welche ſolche Siegel/ Brieffe/ Inſtrumenta/ Vhrbar/ Rente/ Zinßbücher oder Regiſter machen/ die ſollen an Leib vnd Leben/ nach dem die Fälſchung viel oder wenig/ boßhafftig vnd ſchädlich geſchihet/ nach Raht der Verſtändigen geſtraffet werden.

50 De [2] agit *l.*3.*ff. de term. mot.* pœna autem moventis & † falſificantis terminos *ex l. Agraria*, cujus author Cajus Caligula perhibetur, 50. aureorũ pro terminis ſingulis loco motis, quæ in ſervis ultimum ſupplicium eſt. Porrò qui libros, finium quæſtiones, decidentes obſcurant, falſificant, aut qui finium facies convertunt, ex arbore arbuſtum, ex ſylva novale facientes, pro perſonarum factorumve diſcrepantia, gravius vel remiſſius puniuntur, quæ coërcitio ad mortem uſque extendi poteſt, vigore *conſt. Car. V. art.* 124. nec verò pœna termini moti tenet hos, qui quidem evellunt terminos, at non mutandi fines ergo, quos furto conveniendos eſſe dicit Damhoud. *in pr. crim. c.*127. quoniam voluntas & propoſitum maleficia diſtinguant, *l.* 53. *ff. de furt.* cumulantur utræq; actiones & furti & termini moti, quotieſcunque limites, vel quodcunque vice eorum ſive lignum, arbor, lapis fuerit, contrectantur, & furti & finium mutandorum, *gloſſ. in d. l.* 3. *ff. de term. mot.* Damhoud. *d.loc.* Clar. *in pr.crim.q.*43. Menoch. 2.*de arb.jud.qq.caſ.*393. Landrecht 2.*art.*28. Prudentiores, quò periculum tranſmutationis evitent, carbones ſubſternere ſolent limitibus, nempe qui terra reconditi nunquam putreſcere vel interire creduntur. Auguſtin. *de civ. Dei lib.*21.*c.* 4.

Denique re ipſa falſum committitur, [1] in menſura, [2] mercibus, [3] moneta.

51 1. In † menſura, ulnis, ſtateris falſum committitur cum vinocopola, textor, mercator, inſtrumentis falſis menſuralibus utitur, *l.pen.ff.h.t.l.*27.*ff.de pæn l.*6.§.*fin.ff.de extr. crim Proverb.* 11. legitur, quod judicia domini ſint, ſi quis falſis ponderibus, ſtateris, proximum lædat, olim quæſtio hæc ad Ædiles Curales pertinebant, ſeriò & ſedulò hujuſmodi flagitia coërcentes, exoptandum quoque eſſet hodie, magiſtratus hac in re oculariores fieri, nec tam laxas cauponis pharmacopolis, mercatoribus, habenas in vendendis taxandiſq; pro arbitrio mercibus, & uſurpandis ſæpenumero falſis menſuris,

ſine

ſine fronte & metu legum, calliditatibus furta infinita committendis, concedere. Damhoud. *in pr.crim.c.123.n.5.*

Pœna † falſi hujus eſt relegatio & bonorum publicatio, *l.1.§ fin.ff h. t. l.* 52
30.*ff.eod.jure Saxon.* eſt fuſtigatio & virgarum cæſio. Landrecht 2.*art*.13. Matth.
Coler, *in deciſ.*179. Joan. Boëm. *lib.1 de morib. African.c.5.* refert, quod Ægyptii eum, qui pondus, menſuram, ſigna mutet, ambabus amputent manibus, ut quæ corporis pars peccaſſet, eadem quoque plectatur, luatq; per univerſam vitam pœnas triſtiores. Gylman. *in ſymph.tom.2.præjud.Camer pag.* 229. *Conſtitutio criminalis Caroli V. art.*113. hoc falſi genus coërcet relegatione, virgarum cæſione, & nonnunquam ultimo ſupplicio, pro delicti atrocitate, ibi: Vnd es möchte ſolcher Falſch als offt gröſslich vnd boſshafftig geſchehen/ daſs der Thäter zum Todte geſtraffet würde.

2. In † mercibus falſum committitur, cum venditor 1. rem falſam 53
vendit, quæ vicium fovet. 2. vel rem eandem duobus vendit, Boſſ. *in pr.crim. de falſ.num.* 112. *&* 115. Damhoud. *in prax.crim. cap.* 123. Didac. Canter. *in qq. crim c.8.num.27.*

Circa 1, diſtinguitur, aut vicinũ illud eſt in mercibus aut in animalibus. Merx aut eſt pannus, ſericum, toxicum, lana, filamenta ſerica, zinziber, piper, aromata, balſama, & cætera materia liquida: de panno vicioſo venum expoſito vel vendito agit *ord. polit. Rudolphi ſecundi, de anno* 577. *tit.*21. ibi: Demnach ſetzen ordnen vnnd wollen wir/ daſs hinfurtern im H. Römiſchen Reich Teutſcher Nation/ kein Tuch mit der Elen im auſsſchneiden verkaufft werden ſoll/ etc. *&* § *ſequenti* gleichfals/ ubi de iis diſponit ordinatio, qui tinctura maligna pannos corrumpunt, atque emtorem inde malitioſè lædunt, quibus vigore *d. conſtit.* indicitur mulctatio ſive publicatio omnium bonorum, adde *reform. polit. Carol. de anno* 548. *receſſ. Imper. Aug. de anno* 500. ibi: Nach dem viel Klagen/ etc. de ſericâ aliâve materiâ non corrumpendâ agunt perinde allegati receſſus: de corio, lanâ, extra imperium non tranſvehendâ agit *reform. polit. de anno* 548. §. Dieweil auch befunden/ etc. de zinzibere, ne colore tinctus vendatur, ſed in colore ſuo nativo relinquatur, diſponit *reform. polit. de anno* 577. *tit.* 29. *& reform. polit. de anno* 530. §. Von Verkauffung deſs Ingwers. De pipere, aromate aliiſque ſpeciebus & unguentis non corrumpendis, non miſcendis, confundendis, diluendis cavit *ord. polit. Francof. de*
anno 577. *d.* §. 24. Porrò corrumpentes † vina, eiſdemq; calcem vel aliam 54
ſpeciem nocivam admiſcentes, coërcentur *reform. polit. de anno* 548. *in tit.* Von Schiff vnd Fuhrleuten/ *conſtit. Max. de anno* 512. ne vini vaſa ſemel tincta ſulphure, denuo adurantur, agitur ibidem: Daſs der Boden ins Faſs geſchlagen/ vnd der Wein gar verſchüttet werde/ etc. ubi quoq; aurigas, vectores, qui vinum deguſtant, refundentes aquam in vaſa, honore, bonis, vita, pro delicti qualitate, mulctandos eſſe dicitur: Similia de vinicoctoribus & falſa-

toribus lectu non indigna require apud Wilhelm. Antonii *in tr. de reſcript.*
55 *morat. concluſ.* 68.*num.*73 Et *reform. Polit. Carol. V. de anno* 548. ne † fructus pendentes vendantur, diſponitur, idq; ad compeſcendam fœneratorum malitiam, &c. ne tabernæ pannariorum, mercatorum, amplis & obſcuris ſtruantur tectis, quò mercium vitia contegantur, prohibetur *ord polit. de anno* 577. *tit.*21.§.*fin. Zaſ. in* §. *item.inſtit. de act.* ubi dicit: quod mercatores ſoleant ſibi conſtituere vel comparare ſervitutem luminum, falſo adſerentes, ut ſiquidem ſol affulgeat merces, inde corrumpantur fiantque deteriores, quæ ex nobis reaſſumit pluribus adductis ſimilibus Wilhelm. Antonii *in tr. de reſcript. morat. concluſ.*24.*num.* 5. *& ſeqq. in ſecunda edit.* De monopoliis non exercendis ſub pœnâ confiſcationis omnium bonorum agit *ord. polit. de anno* 577.*tit.*18. *reform. Pol. Carol. V. de anno* 548.§. Von Monopolien.

56 Porrò quod † falſum in animalibus attinet, viciſſim diſtinguitur, aut vitium erat manifeſtum contractus tempore, ut quia venditur equus claudus cœcus, monoculus, & in nullo tenetur venditor; aut latens & occultum vitium, & diſtinguitur denuò, aut vitium hoc eſt minus, aut magnum & periculoſum: minus vitium manifeſtare hactenus non tenetur, modò propter vitium vendat tanti minoris, & certum ſit, quòd ſi vitii meminiſſet, adhuc emtorem fuiſſe empturum, & alibi traditur, quod actione tanti minoris non reſcindatur contractus, ſed ſupplcatur tantum in eo, quod res minoris conſtabat.

Si vitium eſt magnum & periculoſum, ut quia equus eſt calcitroſus nimium, indomitus & ferox, qui fræno non poſſit regi, ducique ad currum, aratrum, manifeſtare debebat venditor vitium equi, vide Tiraq. *in ſolenni tr. de jud in reb. exig. pag.*81.

Denique ſi vitium erat latens ſicq; comparatum, ut ſi ſciviſſet emptor falſitatem, rem omninò noluiſſet emere, quòd ſi ſubticuerit vēditor vitium, actione redhibitoria conveniri poteſt, quâ contractus nullus declaratur, cogiturque venditor recipere rem, & precium reſtituere emtori, *l.* 21. *&* 23. *& t. t. ff. de ædilit. edict.* De quâ re plenè & diſtinctè Johan. Wilhelm. Röveſtrunck *in meditat ædilit paſſim per tot.*

57 Poſtremò 2. qui † rem duobus vendit, falſum committit, tradens po-
58 ſteriori rem, quam venum habuit, unde priori ad intereſſe tenetur, per juris ætiologiam, qua placuit, quod in obligationibus faciendi, intereſſe ſuccedat loco facti, Bart. *in l.* 4. *C. de tranſact.* Schurff. *conſil.*4.*cent.*2. *in princ. gloſſ. in l.* 72. *ff. de V. O.* re autem neutri hactenus traditâ, potior cauſa eſt prioris emtoris *l.*26.*ff. locati.* Schurff. *conſil.* 5.*cent.* 2. nec diſtinguitur, jurata fuerit emtio venditio nec ne? Idem *d. loc.* Röveſtrunck *in medit. ædilit. part.* 1. *cap.*2.*nu.*6. quâ in parte jus feudorum civili applaudit. *c. ſi facta. ſi defend fuer. cont. inter Dom.*
59 *& agn. vaſall.* Schurff. *conſil.*11.*&* 59.*cent.*2. Perindeque eſt, ac ſi † Princeps duobus

duobus gratiam faciat, & poſteriori beneficium tradat, Jaſon *in l.15. C. de R.V.* Dec. *conſil.287.nu.6.* ubi ſimiliter ad intereſſe tenetur priori donatario, hinc illuſtre Baldi dictum. quod verbum Principis debeat eſſe immobile ſicut lapis angularis, & polus in cœlo, *conſil.327.* Quanquam nonnulli hanc concluſionem variè limitent, Dec. *conſil.287. & conſil.432. & conſil.689.* Rom. *conſil.* 298. Jaſon *in d.l.15.* Ayrer. *in proceſſ. jur. pag.613.* Cravett. *conſil 592.* Burſat. *conſil.177 volum.2.* quæ cumprimis in beneficiis Eccleſiaſticis fallit. *c. tibi. ext. de reſcript. c. ſi tibi abſit. de præbend.* uti & in matrimoniali cauſa, *c. fin. de ſponſ. duor.* Quapropter in conſiſtorio Eccleſiaſtico hujus Ducatus rectè nuper pronunciatum fuit in cauſa G. contra W. reum, qui † duabus fidem conjugalem 59
promiſerat, prioremque poſt ſponſalia ſtupraverat, contrahens deinde cum ſecunda clandeſtinas nuptias, poſteriorem deſerere, prioremque amplecti teneri. Vidimus quoque non ita pridem Litzcoviæ Marchiæ Brandeburgenſis, adoleſcentem ruſticum, qui puellis duodecim fidem dederat matrimonii, priorem, quam compreſſerat, ducere condemnatum, qui cum ad copulationem deduceretur, loco faſcium vel tædarum ſolennium, tranſportatas à vilioribus perſonis binas virgas ante ſpóſum, quaſi virgarum cæſione dignum. *Sed hæc obiter.* Præterea fallit *d. l. 15. C. de R.V.* & modo dicta concluſio, quoties emtor primus rem ſignaverit, qui ſigilli actus loco traditionis eſt, *l.14. §.2. ff. de per. & commod. rei vendit.* Denique cum emtor ſecundus non ignoravit, rem alii venditam eſſe, qui ſi rem occupavit, inde actione in factum revocatoria expelli poteſt, Bald. *in rub. C. de his, qui in fraud. alien.*

Deniq; 3. reipſa committitur † falſum in moneta. 1. cum quis non ha- 60
bens cudendi poteſtatem, monetam cudit, qui crimen hoc falſi incurrit, quãtumvis juſtæ quantitatis monetam efficiat, *l.2.3. C. de falſ. monet. l.19. ff. hoc tit.* Aleman. *in palaſtr. conſult. 8. quæſt. pr. 14. pag. 896.* Johan. Kitzel. *de jure monet. claſ.5. quæſt.2. ſect. 4. n.31. ubi tamen pœnâ arbitrariâ hunc plectendum fore arbitrantur.* Ratio juris ita conſtituti eſt, quod jus fabricandi monetam, reſervatum ſit, regaleque Principis, Chopp. de Doman. *lib.2. tit. 7.* Borcholt. & FF. paſſim *in c. unico.* Quæ ſunt regalia, Franc. Viv. *deciſ.201.* quod nedum imperii ſtatus, quibus regalia nulla competunt, exercere poſſunt, Reiner. Budel. *de re numm. lib.1. cap.4.* Andr. Knich. *in privileg. Sax. pag.152.* Kitzel. *d. tract. monet. claſ.1. theor.5. lit. i.* ibiq; Wilhelm. Antonii *in notat. interjectu.* Zaſ. *in epitom. feud. in princ.* ubi ait: abominabile eſſe, quod civitates nonnullæ cudant monetam auream, &c. Aleman. *in palæſt. d. conſult. 8. quæſt. princ. 10. rat. dec.1. p.839.*

2. Si qui poteſtatem cudendi habet, fabricat monetam adulterinam vel in materia vel formâ.

In materiâ: quoties auro vel argento præter vel contra ordinationem imperii metallum illegitimum additur. *conſt. crim. art. 111.* ibi: Wann einer

unrecht

vnrecht Metall dazu ſetzet/ ꝛc. *anno* 620. & 621. falſum hoc in Germania (proh dolor) adeò familiare frequensq́ue erat, indicium, juxta ſaniorum politicorum judicium, tragicæ alicujus in republica calamitatis, majoriſq́ue infortunii, quod paulo poſt fuit ſubſecutum, quo de etiam conquerentem vide
61 Wilhelm. Antonii *in tract. de reſcript. morat. concluſ. 9. num. 9.* Philippus † pulcher Rex Franciæ inter reges primus numiſmata corrumpi quoq; permiſit, dimidiâ æris parte argento mixtâ, unde per totam Galliam aliquot ſeditiones funeſtæ & immortales, inter ſubditos, lites exortæ, cujus facti cum regem ſeriò at ſerò pœnituiſſet, nummos bonitati priſtinæ reſtituit, Ludovicum filium jam moribundus ſeverè admonens, ne adulterari numiſmata unquam pateretur: hinc Reges Arragoniæ more à majoribus accepto, cum imperii ſacris initiarentur, jurare fuêre coacti, ſe antiquas monetæ leges minimè violaturos, &c. vide Bodin. *de repub. lib. 6. c. 3. pag.* 1061. nec immeritò: cum ſub principis fide imagineque quenquam decipi nefas ſit, *l. 1. C. de his, qui ven. æt. imp. cum ſimilib. apud* Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concl 63. n. 68.* Dann die Müntze iſt eines Fürſten Glaub/ vnd ſtehet ſein Nahme/ Wapen vñ Sigel drauff gleich wie auff einem Brieff/ als eine gerechte gute Wahr/ dicente illuſtri Reinhardo Comite Solmenſi in Beſchreibung von Vrſprung deß Adels / *fol. 6. b.* quem citat inter parilia idem D. Antonii *in not. ad tr. Kitzelii de jure monet. claſ. 1. theor. 1. ſub alleg. lit. n.*

In forma falſum committitur, quoties monetæ ſignum incompetens & adulterinum imprimitur, Matth. de Afflict. *in conſt. Neap. lib. 3. tit. 4. conſtit. crim. Car. V. d. art.* 111. ibi: Wann einer betrieglicher wieſſe eines anderen Zeichen darauff ſchläget/ ꝛc.

3. Cum qui jus cudendi monetam habet, juſtæ quantitatis aut ponderis eam non facit, Bart *in l. 19. ff. h. t. d. conſt. Carolinâ*, ibi: So einer der Müntz jhre rechte ſchwere nimpt.

62 4. Qui dolosè † expendit monetam falſam, falſum monetæ quoque committit, *l. 9. ubi Dd. ff. eod.* Kitzel. *in tract. ſolenni de jure monet. claſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num.* 38. uti in caſu converſo ille falſi etiam reus conſtituitur, quicunq; monetam, juxta æſtimationem à republica decenter factam, recipere detrectat. *l. fin. C. de numiſ. vet. lib.* 11. ibi: capitali ſupplicio puniendo, qui vel juſſa noſtræ majeſtatis avaritiæ cœcitate contempſerit, vel æternales vultus, dum fraudibus ſtudet, duxerit violare, Bart. *in l. 19. ff. h. t.* Kitzel. *d. ſect. 4. n. 53.*

Jam de pœnis cujuſcunque hujus falſi: 1. falſum, ut quando non habens jus cudendi monetam cudit, plectitur arbitrio judicis, *l. fin. C. de falſ. monet.* Hyppol. de Marſil. *in d. l. 19. ff. h. t. conſtit. crimin. Carol. V. d. art.* diſponit: Daß welcher ohne Freyheit müntzet / derſelbe gefänglich eingeleget / vnd nach Rath der Rechtsgelehrten an Leib vnd Gut/ nach geſtalt der Sachen geſtraffet werden ſolle / ꝛc.

2. Qui

2. Qui alienum ſignum doloſè imprimit monetæ, eamq; corrumpit in materia, flammis concremetur. *l. 2.Cod. de falſ.monet.* Clar. *in §.falſum. num.37.* Menoch. *2.de arb.jud.qq.caſ.316.conſtit.Carol. V.d. art.* 111. quæ pœna atrox mitiganda, ubi falſum modicum eſt, nec nimium læſa reſpublica, Dec. *in c.de appellat.ext.de appell. & in c.majoribus. col.* 1. *de præbend.* non aliter, ac ſi propter furtum modicum pœna ſtrangulationis remittitur furi, nec ob rem modicam furem nocturnum licet occidere, Bald. *in l.1. C.locati.* cũ enim parcitur famæ hominis, ob rem modicam. *l.18.ff.de in integ.reſt.* Ergo multo magis vitæ, *l.38.§.9.ff.ad l.Jul.de adult.* Tiraq. *in eleganti tract. de jud.in rebus exig. tractand.pag. mihi 75. & ſeqq.*

3. Porrò, qui juſti valoris aut ponderis monetam non cudit doloſè, ſimiliter igni debet cremari, vigore *d.conſtit.Carol.V.* Quapropter monetam cudens attentè metalli valorem perpendere tenetur, ne ultra expenſas materiam addat alienam, ut refert Schurff. *conſil. 59.num. 7.cent.* 2. Quod inter illuſtres rarò obſervari (*ſed male*) tradit Alex. ab Imola *poſt princ.3.col.h.tit.* Schurff. *d.loc.* Matth. de Afflict. *in c.unic. q.ſunt regal.* Johan. Schneid. *in epit. feud.p.2.in fine.* ubi concedunt, quod quidem † id liceat Principi, belli alteriuſve in fortuni graſſantis tempore, nequaquam verò, ubi extrema non urget egeſtas vel neceſſitas, quæ à prohibitis alioquin plurimis excuſat, multaq; contra regulas juris communis inducit, *gl.in c.querelam. de jurejur. & in c.34. quæſt.1.* Plutarch. *lib.1 de plac.Philoſoph.c.25.* neceſſitatem vocat validiſſimam, quæ univerſæ penè imperet naturæ, ἰσχυρότατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντων, & Horat. *3. od. 24.* 63

——— Si figit adamantinos
Summis verticibus dira neceſſitas
Clavos, &c.

& tritum ſonat proverbium:

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.
Propter neceſſitatem plura committimus mala, &c.

Sic ut ejus ſuaſu & præſertim gradivi Martis tempore, quò militi ſatisfiat, monetam æream, coriaceam, papyraceam & ſimilis vilipendii cuſam, & ſolutionis inſtar expoſitam fuiſſe, quandoque hiſtoriarum monumentis tradatur: ut videre eſt apud Theodor. Reinkingk *in tr.de retract.conſang.q.6.n.174. & ſeqq. & rurſum num.* 184. *& ſeq.* Wilhelm. Antonii *in epiſt.dedicat.ad Illuſtr. Sueciæ Comit. Petr.de Brahe, tractatui Herm. Kitzelii de jur monet.præmiſſ ad fin.* idq; & Magdeburgi in obſidione ultraannali adhibito cupro uſuveniſſe Anno 1551. refert Aleman. *in palæſtr.conſult.8. quæſt.princ.* 10. *pag.* 842. ſubjiciens tamen, neceſſitate illâ ceſſante, magiſtratum ejuſmodi viles monetas recipere ſeu permutare teneri, quod pluribus eleganter comprobat Johan. Kitzel. *in tract.de jur.monet.ſect.3.q.2.num.* 4. ibique D. Antonii *in not.*

Aliâs Bodino teſtante, Principi non magis licebit cudere numiſmata improba, quam occidere quam graſſari: nec à jure gentium, quo quidem auri & argenti precium eſt conſtitutum, diſcedere, niſi regis nomē ac ſplendorem perdere, ac falſæ monetæ fabricator, quam Princeps appellari malit, *hæc ille. lib.6. de rep. cap. 3. in princ.* hinc tritum germanis diverbium, daß man einen Fürſten ſoll erkennen bey guter Müntz / reiner Straſſen / vnd haltung beſchehener Zuſag / quod Philippi Senioris Haſſiæ Landgravii ſymbolum fuiſſe poſt alios commemorat Wilhelm. Antonii *in tr. de reſcript. morat. concl. 3. num. 19.*

Quod ſi vero procerum ſtatuumque ſuffragiis, neceſſitate dictitante, moneta depravanda eſſet, dubium non eſt, quin [1] deſuper causâ cognitâ
64 confirmatio majeſtatis Cæſareæ requirenda, [2] nec non † cautio ſubditis quibuſcunque aliis, quorum intereſt, de damno, ſi quod inde emergere contingat, præſtanda, adeò ut non factâ ſatiſdatione quoque ad damna reſarcienda Princeps ſubditis tacitè obligetur. *FF. paſſim in c. quæ ſunt regalia. 2. feudor.* Joh. Schneidewin. *in epit. feud. p. 2. in fine.*

4. Qui monetam falſam minoris recipit, permutat aliove titulo ſibi comparat, ut majoris eam expendat, incurrit denique pœnam falſi ordinariam, *conſtit. crim. d. loc.* ibi: Dieſelbe falſche Müntze auffwechſellen / prout
65 adverſus † monetarios falſos pœna hæc adeò acuatur, ut licet ultra florenos 20. non excedat diminutio vel falſificatio monetæ, imò quanquam monetarii allegent minorennitatem, adeoq; doli excluſionem, nihilominus tamen pœna ignis affici & cremari debeant jure Saxon. Landrecht 2. *art. 26. deciſ. Lipſenſ. lib. 3. deciſ. 637.* licet aliâs de jure communi ſecus ſit: per notat. Kitze-
66 lii *de monet. claſſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 35.* † domo, in qua moneta falſa fabricatur, fiſco vendicandâ, in commiſſum cadente. *l. 1. §. domus. C. de falſ. monet. conſtit. crim. Car. V. d. art.* 111. De eo, qui monetam alterius reflavit, ut minorem eam faceret, tradit d. conſtitutio, ut monetarius corporis pœnâ vel mulctâ
67 pro delicti cōditione plectatur, † Status vel Duces imperii monetariis hac in re conniventes, jus & regale monetæ cudendæ amittant. *receſſ. imper. Auguſtan. de Anno 559. §.* Wir ordnen / ꝛc. & *receſſ. de anno 1551. §.* Dazu daß ſich / ꝛc. Joh. Kitzel. *in tr. abſoluto de jure monetar. claſſ. 5. quæſt. 2. ſect. 4. num. 8.* ætiologia quippe juris eſt. Ut qui regali & poteſtate ſibi commiſsâ abutatur, eam perdat. *c. ipſe. q. 3.* Wilhelm. Antonii *in tr. de reſcript. morat. concluſ. 48. n. 52.* Imò privilegium quoties nocivum eſſe cœpit, damnumq; adferre reipublicæ, revocari debet. *c. ſuggeſtum. ext. de decim. l. quotiens. C. de precib. imper. offerend.* Schurff. *conſil. 60. cent. 2. num. 9.*

68 Cæterùm qui † circumcidendo vel radendo monetam diminuunt, in vincula publica conjici, & pro admiſſi gravitate vel corporis ſupplicio vel mulctâ pecuniariâ puniri jubentur. *d. conſt. crim. Car. V.* Menoch. 2. *de arbitr. jud. caſ. 316.* Cujac. 19. *obſerv. 25.* Kitzel. *d. ſect. 4. num. 37.* In Saxonia, pœnâ

gladii

gladii indiſtinctè contra raſores monetarum dictari ſolet. *deciſ. Lipſenſ. deciſ. 147. vol. 3. receſſ. imp. Auguſt. anno* 1551. *modo citato.* §. Dazu daß ſich männiglich vorhin/ꝛc. ibi: Es ſoll ſich männiglich bey Straffe deß Fewers/ deß Granalirens/ Kornens/ Seigerns/ vnd anderer dergleichen betrüglichen vornachtheiligen Handlung vnd Fälſchung der Müntz enthalten/ꝛc. adde edictum Saxon. monetarium circuli inferioris *de anno* 1568. *quâ de re infra c. ſequent. in fine.*

CAPUT XXXVI.

DE INDICIIS FALSI, EX LEGE CORNELIA.

SUMMARIA.

1. *Suſpicio falſi pro ipſo falſo capitur.*
2. *Quanam delicta conjecturis probentur?*
3. *Dolus & delicta nocturna indiciis probantur.*
4. *Qualiter delicta indiciis probata punienda?*
5. *Quomodo probationes ſingulares atq; imperfecta conſtituant probationem integram?*
6. *Falſi crimen ob confeſſionem incidenter factam quoq; plectitur.*
7. *Qua indicia falſi in nomine?*
8. *Ad dignitates provecti licitò nomina mutant.*
9. *Cur Papa nomen mutet, & nemo Pontificum Petrus dicatur?*
10. *Falſi indicia ex verbis qualiter depromantur?*
11. *Quinam teſtes falſum depoſuiſſe dicantur, per aliquot regulas demonſtratur.*
12. *Falſum in verbis ex atate & ſexu perſonarum ponderandum.*
13. *Minores praſumuntur ſtudere falſo & mendaciis.*
14. *Nemo tenetur illud allegare, quicquid adverſarius ei poterat objicere.*
15. *Qua requirantur ad reſtitutionem læſi minoris?*
16. *Vt canes pulicibus, ſic judicia mendaciis & malitiis ſcatent.*
17. *Minor quando revocare poſſit confeſſionem in cauſa criminali?*
18. *De juramentis impuberum, & an minor poſſit renunciare beneficio reſtitutionis?*
19. *Homines fatui & ſimpliciores gaudent privilegiis minorum.*
20. *Falſum in verbis mulierum quoad mulieres, praſumitur.*
21. *Contra quem falſi praſumptio ſtringit, is omninò ad juramenta non eſt admittendus.*
22. *In quibus cauſis mulieris teſtificata nihil operentur?*
23. *In cauſâ matrimoniali mulier poteſt teſtificari.*
24. *An omni exceptione major dicatur fœmina?*
25. *Mercatorum verbis falſum ineſſe praſumitur.*
26. *Mercatura per nobiles poteſt exerceri ſalva nobilitate.*
27. *Clerici per Laicos tabernam vinariam exercere poſſunt.*
28. *Quicunq; teſtimonium ferre non poſſunt, illi indiſtinctè falſum dicere praſumuntur.*
29. *Malus in uno, malus in aliis.*
30. *Negotioſa res eſt impietas.*
31. *Interlineatio, expunctio, abraſio, additio literarum, verborum, faciunt documenta publica ſuſpecta & falſi plena.*
32. *Indicia hac contra Notarium vel partem producentem ita ſtringunt, ut poſſint pro re natâ incarcerari.*

33. Quomodo ex comparatione literarum colligatur falſum?

34. Quid ſi teſtis dicat aliter ſe depoſuiſſe, uti acta Notarii referunt?

35. Fuga Notarii indicium parit falſorum inſtrumentorum.

36. Inſtrumentum contrarietatem involvens, falſi ſuſpicione laborat.

37. Antiquitas falſum arguit & ſuppoſititium.

38. Inſtrumenta poſt annos 30. perdunt vim paratæ executionis.

39. Nimia ſcribentis vel donantis liberalitas inſtrumentata falſitatem ſapit.

40. An & quando obſcuritas & vicioſa grammatica inſtrumentum ſuſpectum faciat?

41. Inſtrumenta, quantum poſſibile eſt, ad concordiam reducenda ſunt.

42. Inſtrumenta tardè producta falſitatis indicia præ ſe ferunt.

43. Inſtrumenta ſuper delictis plerunque falſa.

44. Inſtrumentum contradicens protocollo, falſum præſumitur.

45. Quid de inſtrumento marginalia verba continente, deraſo, & antiquo dicto, quod novis literis, chartâ novâ & atramento recenti eſt perſcriptum, cujus datum deraſum mutilatum? &c.

46. Ceſſionis inſtrumenta confeſtim edi producique debent.

47. Qui tergiverſatur inſtrumenta edere, non caret falſitatis præjudicio.

48. Inſtrumenta in hortis, vineis, aliisque locis inſolitis facta, falſi ſuſpicione laborant.

49. Mors teſtium allegatorum falſi indicia parit.

50. Si numeratio pecuniæ, cujus inſtrumentum meminit, nō eſt deſcripta in libro communi rationum civitatis vel collegii, poſito, communitatem ex mutuo conveniri, falſi ſuſpicione laborat inſtrumentum.

51. Ex perſonæ conditione inſtrumentum ſuſpectum redditur.

52. Falſus ſemel, ſemper præſumitur falſus.

53. Apoſtilla inſtrumenti marginalis falſa præſumitur.

54. Additio qualiſcunque poſt actum geſtum, confectumque inſtrumentum falſum arguit.

55. Duæ conjecturæ & ſuſpiciones falſi, inſtrumenta corrumpunt.

56. Vtrum ex ſolis indiciis poſſit dictari pœna?

57. Notarii falſitas probanda eſt teſte omni exceptione majore.

58. Ecquid falſi inde, ſi ſpacium interlineatū habeat inſtrumentum, ſi charta fumo infecta ſit, ut appareret antiqua? &c.

59. Clauſulæ & cautelæ inſolitæ ſuſpectæ ſunt.

60. Diligentia inſolita circa actum ſuſpectum, ſuſpecta eſt.

61. Quale falſum proferat foliorum inciſio, paginarum illatio & ſubſtitutio, ordinis præpoſteratio, puerilis ſcriptitatio & quæ alia?

62. Indicia ſimulationis quænam?

63. Qualiter cautione oblatâ judex exequi debeat ſententiam non obſtante appellatione?

64. Qualiter probetur & quibus teſtibus ſimulatio?

65. Omnis probatio præſumptiva eſt arbitraria.

66. Inſtrumentum ut probet, omni ſuſpicione debet eſſe vacuum.

67. Probatio per inſtrumenta, ut miraculoſa probatio dicatur.

68. Ob res ſcienter in inventario omiſſas, heres tenetur creditoribus in ſolidum.

69. Quæ exceptiones contra inſtrumenta ſtringunt, eadem quoque inventariis efficaciter objiciuntur.

70. Acta publica à Notariis, referendariis, ſecretariis, vel exceptoribus non ſubſcripta, falſitatis indicia præ ſe ferunt.

71. Acta male compaginata & minus integra, falſi indicia referunt.

72. Scriba judicii haud concedat partibus liberum ad ſeſe acceſſum.

73. Notæ & ſignaturæ actorum mutatæ & novatæ indicia falſi pariunt.

74. Non licebat olim actorum ſcribæ abeſſe curia, ne ſubſtitutus notis peregrinis acta falſificaret.

75. Quibus indiciis reſcripti falſitas detegatur?

76. *Cæſares paſſim conqueruntur, ſeſe concedere ſæpe nunquam concedenda importunâ petentium inhiatione.*

77. *Quando qualiterq; producendæ formandæ exceptiones contra falſa reſcripta.*

78. *Impetrans falſa reſcripta falſarius eſt.*

79. *Omnia falſa expreſſa reſcriptum corrumpunt.*

80. *Contra ſcripturam privatam eadem opponuntur, quibus vitiis inſtrumenta vel acta publica corrumpi diximus.*

81. *Scriptura non recognita ab adverſario, falſi arguuntur.*

82. *Quomodo Camera ſuper pactis conventis ſtatuum imperii decernere ſoleat confirmationem?*

83. *Cautio manu creditoris perſcripta & interlineata non eſt ſine doli ſuſpicione.*

84. *Quas exceptiones conſtitutio Ducalis Brunſv. admittat contra manus & ſigilla?*

85. *Regiſtra libriq; rationum falſa arguuntur, quoties folia eorum ſint inciſa, lacerata, tranſpoſita, deleta, cancellata.*

86. *Deleta haud delenda, cyphra marginales, literæ adjectæ tranſpoſita, falſa ſuggerunt.*

87. *In libro mercatorum una particulâ falſâ repertâ, redditur inde liber totus falſus.*

88. *Quando Copia regiſtri probet?*

89. *Regiſtra antiqua noviter protocollata & exhibita pro antiquis non probant.*

90. *De comparatione ſcripturarum, quam periculoſam & fallacem Dd. appellitant.*

91. *De monacho Auguſtenſi omnia ſcripta & manus mirabiliter imitante.*

92. *Grave judicium Oldendorpii in hac juris materia.*

93. *Indicia falſorum ſigillorum quænam?*

94. *Omnia delicta inſignem habent in ſeſe connexitatem.*

95. *Ad convincendum nobilem falſorum ſigillorum, indicia fortiora requiruntur.*

96. *Vtrum ſigilli oſtenſio inducat mandatum?*

97. *Quâ pœnâ dignus, qui ſigillum ſuum negat?*

98. *Quid de ſigillo, quod mulier ſine conſenſu viri appoſuit literis?*

99. *Duo teſtes derogant literis ſigillatis.*

100. *Quomodo probetur ſigillum non eſſe voluntate ejus, cujus ſigillum eſt appenſum.*

101. *De indiciis falſi circa notas ſigna & ſtigmata animalium.*

102. *Indicia finium falſificatorum referuntur.*

103. *Delicta in vicinia commiſſa, præſumuntur à vicinis patrata.*

104. *Nihil eſt pernicioſius, quam vicinum malum.*

105. *Damnum agro datum, præſumitur à vicinis illatum.*

106. *Quænam Domini territoriorum tenentur deprædatis reſarcire damna?*

107. *Ius conducendi per vias regias quale ſit?*

108. *Indicia quoad falſam menſuram quæ?*

109. *Quomodo in hoc falſum inquirendum?*

110. *Vidua fornicatrix cenſetur vivo marito, amplexus meretricios & adulterinos ſuſcepiſſe.*

111. *Ius menſuræ conſtituendæ pars regalium eſt, non cuivis competens.*

112. *Menſura juxta locum contractus, non ubi res ſita eſt, attendenda.*

113. *Exceptio contra menſuram falſam præſcribitur diebus 30.*

114. *Nemo privatus conſtituere vel mutare poteſt palmos vel inſtrumenta, ad agri menſuram, vel miliaria determinanda.*

115. *Reprehẽdendi illi Doctores, qui trepidant aliquid ſtatuere, quod non ſit antea dictum.*

116. *Quod ſpacium continere debeat miliare commune.*

117. *Quomodo menſura miliaris ratio tota ab homine, vel ejus conſtitutione metrica depromatur?*

118. *A quo termino via menſuranda, & qui modus tenendus ſit in cauſis privilegii & juriſdictionis, item qualiter miliaria maritima definienda?*

119. *Homines ſimpliciores, uti minores in integrum reſtituuntur.*

120. *An præter l.2.C.de reſcind.emt.vend. alia juris remedia læſis concedantur ad reſcindendos contractus?*

121. Falſum in contractus incidens quæſtione ſtellionatus poteſt coërceri.

122. Quando jus Canonicum mortis pœnam dictitat, ſubintelligitur major excommunicatio, non ultimum ſupplicium.

123. Quoties imperii conſtitutiones hæreticis mortem infligendam diſponunt, quæ mors intelligatur?

124. Decoctores torqueri poſſunt.

125. Quibus indiciis decoctio demonſtretur futura?

126. Contra decoctorem juratur in litem & ſtringit ſemiplena probatio.

127. In foro Eccleſiaſtico confeſſio extrajudicialis plene probat.

128. Die elapſo non ſatisfaciens creditori, injuria illum afficit.

129. Paupertas infelix homines viles & ridiculos facit.

130. Probitas pleriſq; paupertas.

131. Mala minora neglecta citius incendiũ producunt.

132. De faſtu mulierum nonnulla ſpecioſa.

133. Luxus ædificiorum taxatur.

134. Lites forenſes paupertatis prodroma.

135. De luſu ſpecialia.

136. Peregrinatio non neceſſaria paupertatis ſocia.

137. Pater non tenetur ſolvere æs alienum filii, quod in peregrinatione non neceſſaria conſumpſit.

138. De peregrinatione pontificia & falſis miraculis pontificiorum.

139. Stultitia Lipſii erga divos pontificiorum taxatur.

140. Iudicium Eraſmi de cultu ſanctorum.

141. Camera mulcta ergò condemnavit aliquando reum migrare Compoſtell. ad S. Iacob.

142. Quando dicatur depravari moneta?

143. Quid hâc de re conſtitutiones imperii & circulorum aliquot.

144. Facti ignorantia qualiter indicia purget in hoc caſu?

145. Confeſſio ſine legitimis indiciis facta, non præjudicat reo.

146. Quale indicium ex erogatione monetæ falſæ?

147. Pingens membra virilia ad fores alicujus, tenetur famoſi libelli actione.

148. Reſpectu malæ ſocietatis quis præſumitur malus.

149. Raſores nummorum ut fures ſtrangulandi ſunt.

150. Iudæus ſine inſigni damno non eſt in republica.

151. De regalibus, fovendi Iudæos in provinciis.

152. Mutatâ monetâ, mutantur omnes in vitâ humanâ, quod perículoſiſſimum.

153. Officinæ monetariorum privatim habitæ, indicia falſitatis præbent.

154. Reges priſci tabernas monetarias in palatiis paſſim habebant.

155. Omne clandeſtinum doloſum.

156. De indiciis, quæ ex commutatione & evectione monetarum emergunt.

157. Mutatio monetæ indicium parit everſionis reipublicæ.

158. Mala moneta, cometa, ſigna maximarum calamitatum.

159. Cometa virga Dei cœlitus facta, non aërea & elementaris.

160. Cur Cometa ſuper omnia aſtra poſitus ſit?

161. Verſiculus, quo Cometæ mala deſcribuntur, refertur.

1 QUanquam † ſuſpicio falſi pro ipſa falſitate regulariter & ut plurimum accipiatur, uti refert Stephan. Bertrand. *conſil.* 139. *n.* 10. *volum.* 3. Bald. *in l. jubemus, C. de probat. & conſil.* 444. *volum.* 1. adeò, ut ſupervacaneum atque incivile videatur, eadem in locis diverſis proponere, & ut dici ſolet, multis inutilibus hominum aures prægravare, ex Galeno refert Victorin. Strigel. *in Exod. c.* 4. *pag. mihi* 17. Quia tamen, non niſi μεπνημικῶς id ipſum fieri conſtat, vel, ut nonnulli ſtatuunt, quoties civiliter agitur, ſuſpicionem pro ipſo flagitio

flagitio ſufficere, Reiger. *in theſ.juris.pag mihi 967.num.*21. ſusque deq; merito æſtimamus ſententiam Bertrandi, de indiciis falſi, quæ quoq; à delicto ipſo realiter diſtinguuntur, rectà acturi. Hoc verò cumprimis meminiſſe hîc oportet, falſi indicia ſæpenumerò confundi cum ipſis probationibus falſi, quòd potiſſimum inde contingit, quandoquidem probationes hujus delicti in meris præſumptionibus ut maximè conquieſcant, Bart. *in l. 6. ff. de edend.* Dec. *conſil.*189. *& in c. porrecta. de confirm. util. vel inutil.* non ſecus uti † adul- 2
terium aliaq; delicta occulta, quæ directò rarò vel nunquam probari poſſunt, conjecturis & indiciis indubitatis demonſtrantur, probantur, *c. præterea, de teſtib. c. tertio loco. de probat.* Bart. *in l.2. §. fin. ff. ad l. Jul. de adult. & in l.2. §. fin. ff. ad l. Jul. de adult. & in l. 1. ff. de extr. cognit.* Nicol. de Paſſerib. à Janua *in tract. de ſcript. privat. lib.3. quæſt.5. rubr. de liter. amator. n.25. pag. mihi* 260. Cunrad. Harß *in tract. de inquiſ. reor. leg. inſtit. concl.* 2. *num.* 2. *& ſeqq.* ibiq; Anonym. *in not.* Sic crimen ſimoniæ indiciis quoq; probatur, *c per tuas. ubi Canon. ext. de ſimon.* Fr. Brun. *de ind. p.1. quæſt.4.* hæreſeos, *c. contumacia. de hæretic. in 6. gloſſ. in c.1. de teſtib. in 6.* partus ſuppoſiti, quod crimen falſi ſpecies eſt, Ægid. Boſſ. *in tit. de part. ſuppoſit. n.13. Dd. in c. afferte. de præſ. ſtupri*, Alciat. *de præſ. regul. 1. præſ.39.* proditionis, ubi miles ad hoſtes transfugerit, *l.5. § 6.* ibi: argumentis cognoſcendum eſt, &c. quam voculam quoq; uſurpat Ulpian. *in l.1. §.4. ff. de qq.* ibi: argumentis cauſam examinandam, &c. id eſt, indiciis explorari, ponderari debet cauſa delicti, uti loquuntur: dolus quoq; indiciis probatur, Paris. *conſil.67. n.15. & 86. volum.* 3. prout † delicta quævis nocturna, 3
quorum probatio difficilis eſt, indiciis fortioribus quoque probari jure placuit. Bald. *in l.6. §. pen. ff. de edend.* Menoch. *de præſumpt.* 1. *quæſt.* 58. *n.*11. non quod crimina illa prædicta directò per rerum naturam probari nequeat, ſed quia demonſtratio certa & luce meridianâ clarior, quàm cauſa criminalis expoſcit, non occurrit, ſuadente diſciplinæ publicæ vigore, non impune dimittendum eum, † quem tanta indiciorum mole gravatum judex videat, puniat- 4
que ſaltem extra ordinem, quem ordinariâ coërcere pœnâ, deficiente directâ probatione, non poteſt, Boſſ. *in tract. crim. tit. de convict. n.*47. Dec. *in c. porrecta. de confir. util. & inutil.* Menoch. *d. loc. n.*18.

Neque hiſce adverſatur, quod probationes ſemiplenæ duæ non conſtituant probationem ad puniendum ordinario ſupplicio reum, Alex. *conſil.* 143. *lib.*2. Dec. *conſil.*133. *num.*3. Bald. *in l. fin. num.* 8. *Cod. de prob* dicens: quòd nedum in cauſa civili arduâ & gravi, ut cum de tota bonorum ſubſtantia lis ſubeſt, probatio ejuſmodi admittatur.

Reſp. 1. quod hæc ſententia reclamet juri communi, & communibus ll. regulis, quibus in genere placuit, quod quoties ſingulæ probationes hoc pacto per ſe ſint perfectæ, optimum conſtituant probationis genus, habeatq; regula hîc locum: *Et quæ non proſunt ſingula, multa juvant. c. cum cauſam.*

Digitized by Google

ſam.ubi gloſſ.& Dd.ext. de probat. egregiè Paris. *conſil.* 55. *volum.* 3. *in fin.* ibi:
5 procederet,quando una quæque † ſemiplena probatio, & unumquodq; ſingulare de per ſe in ſuo genere eſſet perfectum, ſecus autem erit,quando unũquodque de per ſe imperfectum eſt. *Hac ille.* de quibus etiam poſt inſignes quorundam Dd.allegatas authoritates eſt adeundus Cunradus Hartz *in tract. de reor.inquiſ.legit.inſtit. concluſ.* 2. *num.* 23. ibiq; inprimis Anonymus *in not. intercal.*

6 2. Res non eſt obſcura inde,cum enim indicia,uti modo res ipſa locuta eſt, in maleficiis clandeſtinis probationem pro re natâ præ ſe ferunt, ecquid hæſitandum de duabus probationibus à ſe invicem diſtinctis, non ratione ſed oratione, non ſenſu,ſed actu quodam externo,per modò relata,&c.

3. Reſp. quòd † crimen falſi, præ aliis delictis, hoc peculiare ſibi vēdicet, ut propter confeſſionem etiam incidenter factam, reus puniri jure poſſit, Hyppol. de Marſil. *in ſing.ſing.* 581. ſed diximus ſupra capite præcedenti,falſi crimen ſub ſe complecti ſpecies aliquot ordinatas,operæ precium nos facturos arbitramur, ſiquidem ſpecies ſingulas per indicia cuique capiti con-
7 venientes,percurramus, & quantum † falſum in nomine attinet,referri inter indicia dicimus nominationem peregrinam, morum ſuſpicionem ſiniſtram,calliditatem in homine obſervatam, ſodalicium ſuſpectum, veſtes, victus honori & nomini prætenſo haud congruentes, *Dd.in l.* 13 *ff.ad l.Cornel. de falſ.* variatio ſermonis, nominis,cognominis, & tituli, mendiciloquium, egeſtas, peregrinatio ſordida.Rebuff. *de liter.obligat.art.* 4.*gl.*4.*n.*6. Decian. *conſil.*100.*volum.*2.*n.*9. Menoch. *de arb. qq.caſ.* 318.*lib.* 2. Obſervandum verò hìc eſt, ait Menoch.*d.loc. num.* 14. nomen tunc doloſè mutatum dici, quoties re & verbis id ipſum mutatur,ſecus ſi verbis tantùm,facto autem demonſtratur contrarium, Joan. Schneid. *in proœm.inſt.ad rub.num.*3. Etenim ætiologia juris eſt, quòd nominis mutatio haud doloſa pœnam aliquam jure non mereatur, *l.*1.*C.de mutat.nom.* imò, ſi faſtus & arrogantiæ ergò vel ſcurrilitatis,ut ſe quodammodo quis oſtentet, aſſumpto honeſtiori nomine falſum proferat,non tenetur,cum nedum omne mendacium pœnam ſuſtineat, *l.* 23. *ff.de fals.Dd. in l.*3.*ff.commodati.*1. *Geneſ.*20. Tiraquell. *de pœn. cauſ.*44.*nu.*71. Menoch. *d. caſ.*318.ubi adſerit, quod ſiquidem ſponſus falſo nomine promiſerit matrimonium puellæ, inde non annullentur ſponſalia:vide orationem funebrem Dn.Lanſii Tübingæ habitam, ſuper exequiis Haffenreffeti, Comitem falſum Alphonſinum facetè & perjucundè deſcribentis, tantum ab-
8 eſt, indiciis gravari,qui cum ad honoris faſtigia pervenerint, nomen,cognomen mutavêre.Sic Plato nomen Ariſtoclis ſibi impoſuit,teſte Laërtio.*in vita ejus.* Theophraſtus antea Tyrtamus dictus fuit, Homerus Meleſigenes, Archias Poëta Aulus Licinius appellari cœpit, poſtquam civis Romanus factus eſſet,& M. Tullius ſibi ſumpſit nomen Ciceronis:Plutarch.*in vita Ciceronis.*

Hinc

Hinc hodie † Pontifices nomina mutant, cujus rei rationem reddit Platina 9
in vita Pontif. de Sergio 2. qui ante hæc os porci dictus fuit cognomine. Sub
mirandum autem eſt & myſterio non caret, ait Johan. Wolff. *cent.1.lect. memorabil.pag.876.* quod nemo Pontificum Petrus dicatur, aliâs Paulus ſecundus antea Petrus dictus fuit, quod nomen quoque repudiavit, Papa factus, vide Wolff. *d.loc.* Eaque de causâ non reprehendendi quoque ſcriptores, ſi interdum ingenii ſui monumentis, modò ea probata ſint, & libellos famoſos non ſpirent, declinaturi fortè temporis locivè invidiam, nomina ſua non præpoſuerint, vel ſaltem ficta & adoptiva aſſumentes, ſub eorum tegmine ſeſe clepſerint ac evulgârint. Ita enim ex noſtro ordine (nam Theologis noſtris adæque foro uti per gehennam non licet) Waremundus ab Ehrenberg/ Durus de Paſcolo, Ventura de Valentiis, Autor de jure principatus, Johannes Rutemundus von Steinburg/ & ante paucos dies Sylveſter zum Arenthal/ nec non alii innumeri ſeſe in publicum detruſerunt, laude ſuâ neutiquam defraudandi, à quibus ſtat illud Martialis Anglici:

Diſſimula, ſimula, quoties occaſio poſcit,
Moribus ut morem temporibusq́; geras:
Temporibus, qui ritè ſapis ſervire memento
Omnibus, ut tempus ſerviat omne tibi.

Atque tantum de mutatione nominis: † indicia falſi ex verbis promanantia, 10
ſunt contradictio, variatio hominis, teſtificantis potiſſimum, hinc illud: contrarius eſt ſibi, ergo falſus. *l. Titia. ff. de cond. & demonſtr.* regulariter enim contra variantem falſum præſumitur, *Dd. var. conſil. tom. 2. pag.* 118. vel quæ dicta contradictionem implicant, falſi ſuſpicionem habent, & nihil operantur, *c. ubi repugnantia. de R. J. in 6.* Verginius de Bocat. *de interd. uti poſſidet. c. 6. n. 8.*
Porrò † qui veriſimilia non deponit, falſum dixiſſe præſumitur, Cravett. *con-* 11
ſil. 28. per regulam: quod veriſimile non eſt, ſpeciem falſitatis præ ſe ferre videtur, vide Philipp. Port. *conſil. 96. num.* 37. imò qui teſtis in judicio aliud deponit, & extra illud aliud refert, falſarius præſumitur, Covar. *in c. quamvis. part. 1. §. 7. de pact. in 6.* Alexand. *conſil. 74. lib.* 1. Clar. *in § falſum. num.* 5. Harprecht. *in tract. crimin. in* §. 7. Præterea qui dicti ſui rationem non reddit, & requiſitus reddere eam nolit, item qui deponit per verbum, credo: Si teſtis peritus inſulsè depoſuerit, ſi in una parte falſus eſt, in reliquis articulis falſum dixiſſe præſumitur, adeò ut Princeps conſtituere non poſſit, falſum in uno, falſum in omnibus non præſumi, Farin. *in tr. eleganti de teſtib. quæſt. 67. num.* 114. ſic falſus teſtis in generalibus, præſumitur in ſpeciebus falſa dicere, & falſus teſtis in interrogatoriis, quia negavit ſe eſſe affinem, amicum, in toto ex animo falſum dixiſſe præſumitur. Idem *num.* 126. falſus in principali, in acceſſoriis quoque idem præſumitur, ſic teſtis falſus in loco & tempore, in totum falſus in principali dicitur. In ſumma falſus in uno, falſus in omnibus

præſumitur, etiam quod falſum dixiſſet ad impertinentia, Farin. *d.loc.nu.*174.
teſtis occultans veritatem, nec aperta fronte & ore reſpondens, falſus præſu-
mitur, imò ſi teſtis dicat: ſe non recordari, cùm veriſimiliter recordetur, Fa-
rinac. *conſil.* 88. *lib.* 1. *num.* 6. *in p.* 4. *tract. crimin.* ſi dicat ſe neſcire, cum tamen
revera ſciat: ſic teſtis unicus de fama deponens, falſus præſumitur, Farinac. *de
teſt. d. loc. num.* 299. Deniq; ſi teſtes de veritate teſtamenti vel inſtrumenti for-
te deperditi rogantur, qui quidem reſpondent de contentis ſcripturarum,
de ſolennitate verò neſciunt. ſuſpecti quoq; præſumuntur, *c. cum olim. ubi Dd.*
12 *ext. de privil. l. ſicut. C. de fid. inſtr.* Alciat. *de præſ. reg.* 3. *præſ.* 31. *n.* 3. præterea †
13 falſum præſumitur in verbis minorũ, Alciat. *de præſ reg. primâ præſ.* 42. ibi: †
minores præſumuntur de facili dicere mendacia, *l. ex libro.* 9. *ff. de qq.* adeò, ut
minori nõ competat reſtitutio, niſi probatis tribus, 1. minorennitatis, 2. læ-
ſionis & 3. doli adverſarii, quo cũ contraxit exceptione, *l. fin. Cod. de in integ.
reſtit.* qui n. per mendacia ipſemet decipere voluit cõtrahentem, nulla dignus
eſt ll. ſacrarum auxilio, malitia nempe ætatem ſupplente, Mynſing. *cent.* 4. *obſ.*
17. Anton. de Butr. 4. addit *in c. conſtitutus. de reſt. in integ.* nempe ut probet
minor, ſe intra quadriennium jam petere reſtitutionem, *l fin. Cod. de temp. in
integ. reſt.* tametſi hoc requiſitum à Dd. paſſim repudietur propterea, quod
14 † nemo allegare teneatur id, quod ab adverſario ſubvertetur ſibi opponen-
dum, vel quod fundamentum aliquod intentioni ejus ſuppeditare poterat,
15 Philipp. Corn. *conſil.* 175. *vol.* 2. Alii requirunt, 5. † authoritatem & præ-
ſentiam curatoris, quandocunque pubes agere ſatagit, ſcilicet qui legitimam
ſtandi in judicio perſonam non habeat, cui utplurimum judicia bene conſti-
tuta ſolent conſtituere curatorem ad litem, qui hoc in loco jurare cogitur, ſe
haud falſo pro veris venditurum, allegaturum, partem & judicem non eluſu-
rum, idque ad refrænandam malitiam, falſitatem & mendaciloquium, quibus
16 ut pulicibus canes, maximè judicia ſcatent, hinc verba formulæ curatoris ad
litem juratoriæ in ordinat. Ducatus Br. Hoffgerichts Ordnung / art. 22. ibi:
17 Sich der Warheit ohn falſch vnd geferde gebrauchen / ꝛc. quanquam † minor
confeſſionẽ in cauſa criminali ſub quæſtione vel extra eã ſine præſentia cura-
toris factam, poſſit revocare, abſente quoque curatore, & petere reſtitutio-
nem in integrum, Matth. de Afflict. *in deciſ. Neapol. deciſ.* 208. de quo etiam
conferendus Theodor. Reinkingk *in reſp. de proceſſ. contra ſag. null. inſt. n.* 378.
679. ibiq; Wilhelm. Antonii *in clauſtr.* Viv. 1. *deciſ.* 86. ubi in terminis ha-
betur, qualiter confeſſio minoris præjudicet nec ne in criminali cauſa? &
nunquid plus operetur confeſſio ſine curatore facta, quam nudum & merum
18 indicium? Notabile autem eſt, quòd † minor in judicio criminali jurans
abſente curatore, obſervaturum ſe quæcunq; pronunciarentur, non poſſit in
integrum petere reſtitutionem, uti opinatur Johan. Gutier. *de jur. confirm.
p.* 3. *c.* 11. *num.* 3. Boër. *deciſ.* 92. Vant. *de null. ex def. mand. n.* 35. idem Gutier. *in
auth.*

auth. ſacramenta impuberum. num. 27. *C. ſi adverſ. vendit.* Petr. Montan. *de jur. tutel. cap.* 32. *reg.* 7. *num.* 469. ubi hoc quoque defendunt, poſſe minorem jurantem hoc pacto agere procuratorem in judicio, vide Eberhard. *in top. prolixè cap. finali.* quæ ſententia ſuſpecta eſt, cum eâdem facilitate minor ad jusjurandum poſſit induci, quam propter fragilitatem ſuam alias lædi, decipi, utrobiq; par militat periculi ratio, quam alibi paulò altius diſcuſſimus; addo ſaltem hoc, quod minor non poſſit renunciare beneficio reſtitutionis per juramenta, & ſiquidem jurârit, obtinere abſolutionem, Capic *deciſ.* 110. Bart. *in l.* 3. *ff. rem rat. haberi.* Deniq; requirunt [6] aliqui, probationem rei, in utilitatem pupilli haud factæ, quando contractus cum pupillo geſtus propter extrinſecas ſolennitates omiſſas non ex omni aſſe deficit, Roland. à Valle *conſil.* 7. *volum.* 3. *num.* 8. Johan. Papon. *de arreſt. lib.* 16. *tit.* 1. *arr.* 9. Sic [7] minor allegans læſionem ex lapſu temporis, tenetur illâ qualitatem probare, propterea, ut ſupra diximus, quod adſertio minoris nonnihil falſi ſapere ſoleat, Ozaſc. *deciſ.* 159. Addunt [8] non pauci, quod minor adverſus lapſum fatalium appellandi, item quando petit reſtitutionem contra ſententiam, à quâ appellavit procurator, omninò docere teneatur læſionem præſentem vel futuram contra jura ſibi impendentem, Flor. Diaz. de Mena *lib.* 1. *var. qq.* 5. *n.* 6. 7. 8. 9. Arnold. Reiger. *in theſ. jur. pag.* 181. 156. ubi exiſtimat, non neceſſariam eſſe hujuſmodi probationem, neq; diſtinguendum, ſive procurator fatalia dilabi ſinens, ſit ſolvendo necne? item an habuerit procuratorem minor nec ne? cui ſententiæ ἁπλῶς ſubſcribere non poſſumus, repetentes hic generalem ſupra traditam regulam, vice rationis, nempe ne privilegii prætextu minor dolos, falſitates, fraudes comminiſcatur, cumprimis quòd hæc ætas in vicio flecti cærea ſit, ut cum Poëta loquar, ac æque dolos nectere queat, imò ſoleat citius, quàm maturæ ætatis homo minorem defraudare præſumat, de facili decipere, mentiri, ex Alciato ſupra relatum eſt, *præſumpt.* 42. *reg.* 1. tandem quomodo minoribus in cauſa criminali ſubveniendum contra pœnas ordinarias, tradit Decius *in l. ferè in omnibus. ff. de R. J.* ſubnotandum quoque, quæ privilegia minorennitati tributa, eadem quoq; conveniant † hominibus ſimpli- 19
cibus intellectu & ſenſu perfectiori & ſagaci non præditis. Socin. *in l.* 1. *de V. O.* ubi de tali agit, qui per apoplexiam, vocem & intellectum penè perdiderat. vide *gloſſ. in l.* 2. *C. de cur. fur. dand.*

Cæterùm † falſum præſumitur in verbis mulierum. Barbat. *conſil.* 4. 20
lib. 1. & Tiraquell. *l.* 9. *connub. gloſſ. part.* 1. *num.* 51. reprehendit Accurſium *in l. ubi. ff. de edend.* adſerentem in muliere non præſumi dolum, nedum latam culpam, Bald. *in rubr. C. de rer. permut.* ubi meram ſimplicitatem in muliere præſumendam eſſe contendit, item quod in muliere non præſumatur fraudis conſilium, *in l. cum allegat. C. de uſur.* reſpondens procedere hæc effata, quoties quæritur, an quid in fraudem legis ſit factum, cum enim mulier ll.

Digitized by Google

ignoret, non videri in fraudem ll. quicquam eam patraſſe, privatio enim præ-
ſupponit habitum. Tiraquell. *d.loc.* hinc text. *Novell.21.cap.43.* ibi: nosig i-
tur videntes, plurimas mulieres deſiderio nuptiarum & jurantes & nuben-
tes, &c. porrò nec ſinere talia ſubire juramenta, in quibus omnino perjuriũ
21 promptum eſt, ubi legem Juliam Miſcellam deſtruit, quæ ad jus jurandum re-
mittebat hoc puncto mulierem per rationem, quod † ubi præſumptio falſi-
tatis contra aliquem ſtringat, is omnino à jurejurando arceri debeat. *c. Cleri-
cos.ext.de cohab.cler.* Itaque cum mulieres, ait Tiraquell. ſint ejuſmodi, nul-
laq́; res magis repugnat fidei, quam mendacium, dolus, perjurium, idcirco
JCti non ſatis de mulierum fide confiſi minus eis credi voluerunt. Et quam-
vis moribus credatur, niſi quippiam intercedat, quod fidem eorum minuat,
vel tollat, fœminis tamen non creditur omnino ob id duntaxat, quòd ſint fœ-
minæ. hinc *ſub indic.general.tit.de indiciis, ex fragilitate ſexus fœminei deſum-
ptis.* Accurſ. *in §. teſtes de teſt.* ait, rationem cur mulier in teſtamentis repel-
latur à teſtimonio, depromi *ex l.fin.C.de fideicom.* ſcilicet ſuſpicionem falſita-
tis, quæ quoque in criminali cauſa non admittitur ad teſtimonium, nempe
propter magnitudinem præjudicii, ut ait ex Aretino Joan. And. *in add.ad ſpec.
tit.de teſt.§.1.verſ.item quod mulier, &c.* nec in cauſa feudali, *c.1. in fine.ubi FF.*
22 *comm.qui teſt.ſunt neceſſ.ad prob.inveſt.* nec † ad probanda contenta inſtrumẽ-
ti perditi, Bart. *in l.1.ff.de reb.credit.* Alciat. *de præſ.* nec ad probationem vel
corroborationem ſcripturæ privatæ. Dec. *in c.quoniam contra.ext. de probat.*
23 planè ubi mulier demum admittitur ad teſtificandum, uti in cauſa matrimo-
niali, per text. *in c.ſuper eo.ext.de teſtib.* aliiſq́; juris civilis partibus, Canoniſtæ
24 *in d.c.ſuper.* † nedum tamen dicitur omni exceptione major. Cæpoll. *conſil.
crim.32.* Dec. *in l.2.ff.de R.J.* ad cujus nempe depoſitionem actor admitti jure
poteſt ad juramentum ſuppletorium. vide Tiraquell. *dict.gloſſ.1.l.9.* hinc Sta-
tius Poëta:

Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum,
Fœmineis Nerei dolis? —

Et Propert. *lib.2.*

Sed vobis facile eſt verba & componere fraudes,
Hoc unum didicit fœmina ſemper opus.

Joſeph. 17. *antiqui.c fin.* ſcribit, Herodis filium Alexandrum jam defunctum
in ſomniis apparuiſſe Glaſchyræ ſuæ, eiq́; proverbio trito acclamaſſe: nun-
quam fidendum mulieribus: & Heſiodus *in lib.op.& di.*

Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι:

Qui confidit mulieri confidit deceptrici: & Menander:

Ἔργον γυναικὸς ἐκ λόγου πίστιν λαβεῖν:

Opus muliebre eſt, fidem verbis fallere. Ll. Platonis mulier quoque ab omni
fide ferenda repulſa fuit, admiſſa verò poſt ætatis annum 40. de legib. 11. qua

in parte

in parte legiſlatorem ritus Moſaicos proculdubio ſequi voluiſſe tradit Tiraquell. *d. loc. num.* 67. reprehendens Joſephum, qui *lib.* 4. *antiq. c.* 6. id recenſet, maxime tum Teſtamento Veteri cùm Novo Chriſti præcepto in ore duorum vel trium, &c. repugnans, quem textum de fœminis in paſſibus habilibus exaudit Bald. *in d. c. licet univerſis. ext. de teſtibus.* cum maſculus ſub ſe comprehendat ſexum fœmineum. *l.* 1. *ubi Gædd. latè & eleganter. ff. de V. S.* Porrò falſum dictis ineſſe præſumitur † mercatoribus & negotiatoribus ple- 25
bejis & ſordidis, non facilè ad teſtimonia ferenda aſſumendis, ſcilicet propter levitatem vitæ, jurandi facilitatem & fraudandi conſuetudinem, hinc tritum illud: ô quò vadit anima mercatoris? Bald. *in c. cum cauſam. q.* 2. Wilhelm Antonii *in tr. de reſcript. morat. concluſ.* 24. *num.* 9. *ad fin. & n.* 4. ubi inter alia huc ſervientia refert quoque noſtratium illud: An der Hunde hincken / Huren wincken / Frawen weinen / vnd der Krämer ſchweren / ſoll ſich niemand kehren. & pertinet huc Tiraq. ſententia *in tr. de pœn. cauſa* 11. *n.* 142. tantum abeſt, *inquit*, ut in eis fides exuberet, quæ in iis multo mitior & ſterilior eſt, quam in cæteris, quippe cum dolis fraudibus, mendaciis perjuriis ſint ante omnes dediti, & veluti emancipati, unde illud Pſalmiſtæ 70. quia non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini, Vide Tiraquell. *de nobil. c.* 33. Alciat. *de præſ. reg.* 1 *præſ.* 42. ubi exiſtimat: tales falſitates præſumendas propriè de tabernariis & vilibus perſonis, cum perſonæ egregiæ & † nobiles poſſint ex- 26
ercere mercaturam tabernariam per miniſtros ſalvo honore & famâ. Albert. de Roſate *in l. humilem. C. de inceſt. nupt.* hinc Cicero *in Verrem.* C. Mutium alioſq; patricios viros egregios Syracuſis negotiatos fuiſſe, ſalvâ nobilitatis ſubſtantiâ ſcribit, quam conſuetudinem quoque firmat & exemplificat Matthias Stephan. *in tract. de nobilit. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 13. prout † clericus non incidit 27
in notam *c. nulli. diſt.* 44. tabernam vinariam per laicos exercens, modo ipſe non adſiſtat tabernæ, ſitzet ſelbſt nicht fürm Weinzapffen. Alciat. *d. loc. num.* 10. 11. & 12. tandem ut plura paucis comprehendam, † quicunque teſtimonium 28
ferre jure non poſſunt, vel ſiquidem teſtati ſunt, fidem integram non efficiunt, certè illi in univerſum falſum dicere præſumuntur, ſcilicet in quib. deficit fundamentum fidei, *c. teſtimonium. & c. ſicut. ext. de teſtibus.* Alciat. *de præſ. reg.* 2. *præſ.* 10. qui licet de perjuro ibidem dicat, cujus verbum nedum ad formandam inquiſitionem præſtat, *d. c. ſicut.* multo minus ſi ſocios nominaverit delicti Alciat. *d. loc.* non dubium tamen eſt, quin ætiologia illa quoque non tam infames, ſed quoſvis levioris notæ & fidei homines, quos prolixè recenſet Farinac. *in ſolemni & abſoluto tractatu, de teſtib.* complectatur. Etenim eandem ob cauſam lex civilis & canonica à teſtimonio eos repellit, quàm falſum in iis potiſſimum præſumitur, hinc illud: † malus in uno contra ſe, non 29
ſuſpicionem modicam habet, quod ſit malus in aliis, propter conjunctionem maximam, quam habent vicia inter ſe. *c. ſi gens. diſt.* 16. Alciat. *reg.* 2. *præſ.* 7. *n.* 3.

 ubi

Digitized by Google

ubi dicitur, quòd ex unâ ſpecie delicti paterni filii præſumantur laboraturi pluribus & diverſis delictis, quâ de re *de indic. gener. c. 24.*

Falſitates clericorum adeoq; omnium ordinum, per indicia poterant
30 quoque taxari, demonſtrari, ſed quia nauſeam pariunt odioſa, licet † negotioſa res ſit, impietas, quæ fingit quod non eſt, & quod eſt, depravat, ſciens eadem prætereo. De nuncio exequente, referenteq; de vi, à reo ſibi illatâ, quæri ſolet, an indicium falſitatis præſeferat relatio? Reſp. Philip. de Peruſ. *in cap. cum parati. ext. de off. delegati.* quem refert & ſequitur Alciat. *de præſ. reg. 2. præſ. 14. num. 6.* & reſp. quod non: quia (*inquit*) ea, quæ extra officium ſunt, deponit, addit tamen, ut ſiquidem concurrant conjecturæ nonnullæ cum dicto nuncii, ſufficiens indicium quæſtioni inde ſtruatur. Bart. *in l. fin. ff. de qq.* ratio verò, cur ſoli relationi de vi ſibi illatâ non credatur, eſſe poteſt, quod teſtimonium in cauſa propria plerunque non recipiatur, & nemo admitti debeat in teſtimonium ejus rei, unde ipſe redditur ſuſpectus. *l. 1. §. 1. ff. de qq. l. 1. C. de curioſis lib. 12.* quòd ſi tamen nuncius ſine juſſu citaſſet reum, vix haberet injuriarum actionem, vel delationem illam, tametſi nuncium ſine mandato citare poſſe reum ad inſtantiam actoris, adſerat Bald. *in l. ſi quando. C. de teſtib.* modo citatio non cauſæ cognitionem requiſiviſſet. Alciat. *d. loc. in addit ſub n. 8.* adde Menoch. *lib. 2. qq. arb. caſ. 112.*

Præterea falſi indicia in ſcriptis verſantur vel circa ſcripturam publicam, vel privatam.

Circa publicam ſcripturam, ut teſtamenta, inſtrumenta, acta publica, reſcripta falſa, indicia ſunt, quoties aliquod vicium patens & manifeſtum in loco ſubſtantiali ſcripturæ deprehenditur, ut abraſio literarum, tranſpoſitio
31 earundem † literarum antiquarum expunctio, additio & ſubſtitutio literarum, verborum, cancellatio, interlineatio, quæ & alia indicia vitium falſitatis arguere, dubium non eſt, donec demonſtretur, abraſionem bona fide vel errore factam, vel niſi notarius cauſam inſtrumentis ſubſcribat interlineationis, tranſpoſitionis, Surd. *conſil. 151. lib. 2. num. 14.* Decian. *conſil. 99. volum. 2.* Pacian. *de prob. lib. 2. c. 22.* Maſc. *de prob. vol. 2. concl.* 740. Caſt. *in l. jubemus. C.*
32 *de probat.* Bald. *conſil. 444. vol. 1.* quod † indicium adverſus producentem vel notarium ita ſtringit, ut pro gravitate cauſæ poſſit inde incarcerari. Alex. *conſil. 70. vol. 1.* adeoq; torqueri cõcurrentibus aliis indiciis. Alciat. *de præſ. reg. 2. præſ. 13. nu. 13.* Idem eſt, ſi ſolennitates omiſerit ſcripturarum. Alciat. *d. loc.* ibi: licèt in dubio non præſumatur dolus in notario, tamen non procedit hoc, in
33 omittente ſolennitates, &c. porrò † falſum colligitur ex comparatione literarum, ſiquidem literæ non correſpondeant, quoties de manu teſtatoris ſcribentis, vel alterius ambigitur, hinc Angel. *in c. 2. Novell. 1.* ait; quod ſiquigem negetur aliquem eſſe notarium, qui conſcripſit inſtrumenta, & tabellio non poſſit producere diploma notariatus, ſtandum ſit hâc parte juramento notarii,

notarii, & comparationi literarum, quoad inſtrumenta alia, quæ confecerit:
Jaſon *in l.3.ff.de off.præſid.* Sed † quid ſi notarius examinaverit teſtem, & teſtis 34
repetitus neget ſe ita depoſuiſſe, uti notarius ſcripſit, anne hinc indicium
falſitatis contra notarium? Reſp. Alciat. *d.loc.num.19.* præſumi pro Nota-
rio in cauſa civili, in criminali credi neutri, modo ne notarius poſſit demon-
ſtrare juncto ſocio quodam examinis, rem ſeſe ita habere, uti inſtrumentum
ſonat. Abb. *in c.cum cauſam ext.de teſtib.* † fuga notarii quoque falſitatem in- 35
ſtrumentorum ſuorum arguit, quando is falſi inſimulatus fuit. Boër. *deciſ.255.*

Deinde indicium falſitatis præ ſe fert † inſtrumentum contrarietatem 36
vel contradictionem involvens, *l.ubi repugnantia.ff.de R.J.* Weſenbec. *conſil.*
11.num.35. uti † inſtrumenta antiqua ſuſpecta vicioſa vel etiam falſa & ſuppo- 37
ſititia dicuntur. Idem *conſil.eodem.num.35.* hinc illud; quod † poſt 30. annos, 38
inſtrumentum amittat privilegium paratæ executionis. Hieron. Magon. *de-*
ciſ.121. item, in quo teſtes imperfectè aliquid aut nimis generaliter & inde-
finitè narrant. *gloſſ.in l.Lucius.ff.de his qui not.infam.* Tiraqu. *in lib. de retract.*
cono. §.7.num.24. item ubi teſtator vel † ſcriptor nimiam exercet liberalita 39
tem, cum nemo prodigus præſumatur, nec quis ſuum jactare velle videatur,
l.cum de indebitæ.ff.de probat. imò falſitatis † indicium parit inſtrumentum 40
obſcurum & nõ intelligibile. Guid. Pap. *deciſ.242.n.2.* Innoc.& Dd. *in c.inter*
dilectos.de fid.inſtrum. Weſenbec. *conſil.11 num.60.* item vitioſa Grammatica,
quæ alias quoque reſcripta corrumpit. *c.2.de reſcript. ubi gloſſ.& Dd.* & quan-
quam Bald. *in d.c.2.num.4.* Dec. *in l.92. ff.de R.J.* adſerant, falſam Grammati-
cam non viciare inſtrumentum, quoad notarium, concludit per majora ta-
men Weſenbec. *d. conſil.12.num.58.* quod ſuſpectum fiat inſtrumentum per
vicioſam grammaticam, multis adductis anthoritatibus, *ibidem.* Denique in-
ſtrumentum falſum præſumitur, ſiquidem aliud idq; novum ſubinde produ-
catur, conrradicens priori. vide Matth. de Afflict. *in deciſ. Neapol. deciſ.107.*
modo ne conciliari poſſint † inſtrumenta, quantum enim fieri poteſt inſtru- 41
menta ad concordiam ſunt reducenda. Reiger. *in theſ jur.pag.3069.* cum in
dubio illa præſumptio amplectenda ſit, per quam actus valeat potius, quàm
ut pereat. Alciat. *de præſ.reg.3.præſ.34.num.1.& ſeqq.* Wilhelm. Antonii *de re-*
ſcript.mor.concl.49.n.234.

Porrò falſum præſumitur teſtamentum, ad quod ſi teſtes in eo deſcri-
pti requiruntur, adſerant, ſe non interfuiſſe rei geſtæ, Bart. *in l.1.§.ſi quis neget.*
ff.quem.teſt.aper. Innoc. *in c.cum Joannes ext.de fid.inſtr.*

Sic † inſtrumenta, quæ quis noviter reperta allegat, falſi indicium re- 42
dolent, ſi quid ſuſpicionis emergat, temerè ſi non doloſè, producentem ea
celaſſe cenſebitur, cum tarditas productionis falſi quoq; ſuggerat indicium,
Cravett. *conſil.28.* vel ſiquidem ea non confeſtim præſtiterit, quæ requirun-
tur ad verificanda acta, ſcilicet quod noviter ſint inſtrumenta reperta, Pruck.

conſil.

Digitized by Google

conſil. 17. & 13. *vol.* 2. Sfort. Oddo. *de reſt. in integ. quæſt.* 73. *n.* 38. Sic inſtrumentis duobus eadem die conſcriptis, priori horâ factum poſterius deſtruit prius, tanquam falſitate laborans, Covar. 1. *reſ.* 6. Menoch. *de arbit. qq. caſ.* 48. Decian. *conſil.* 108. *volum.* 2. *num.* 22. modo ſibi invicem contradicant, Cravett.
43 *conſil.* 298. Deinde † inſtrumenta ſuper delictis commmuniter reprobantur, delicta enim ob metum falſi inſtrumentis non probantur, *c. cum in Eccleſia. de majeſt. & obed.* Clar. 5. *ſent.* §. *fin. quæſt.* 54. & ſuſpecta ſunt inſtrumenta, quorum copia lite primordiali pendēte, ſaltem producuntur, concluſâ vero cau-
44 ſa, eorum originale exhibetur, Bald. *in c.* 1. *de inſtr.* præterea † inſtrumentum falſi ſuſpicionem fovet, quod reclamat vel contradicit protocollo, Guid. *Papæ quæſt.* 19. item inſtrumentum additionem in margine habens, quam notarius neget ſua manu ſcriptam, falſitate laborat, Gram. *deciſ.* 106. Cravet. *conſil.*
45 88. Planè falſi ſuſpicione non vacat † inſtrumentum, quandocunque deraſum id reperiatur in dato, die, & conſule, vel cum inſtrumentum, quod pro antiquo allegatur, novis & recenrioribus ſit perſcriptum literis, novo ſigillo munitum, novâ cerâ, novâque chartâ impreſſum, deſcriptum, prout atramēti diverſitas quoq; illam ſuſpicionem generat. Franc. Marc. *quæſt.* 151. imò quoties actor inſtrumeutum productum ſemel, dehinc illud celaverit, reo illud falſi arguente, falſum ſpirare præſumitur, Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. deciſ.* 330. Porrò, qui aſſeverat, ſe inſtrumento cauſam probare nolle, tacitè vi-
46 detur falſi id arguere, *l.* 3. *C. de fide inſtr.* † inſtrumentum ceſſionis produci debet ante litem conteſtatā, quod ni fiat, præſumitur quoque nonnihil ſuſpicionis præ ſe ferre, Bart. *in l.* 9. *Cod. de proc.* prout fraus in genere præſumitur
47 adverſus eum, † qui inſtrumenta edere tergiverſatur, Cravett. *conſ.* 1. *nu.* 179. vel etiam, qui inſtrumenta adverſario ſubtrahit, ſuffuratur, Guid. Pap. *c. ſi de*
48 *poſſeſſione. nu.* 1. *Cod. de probat.* item falſum præſumitur, quod factum eſt † in vineâ, horto, aliiſque locis, ubi inſtrumenta ſcribi non ſolent, Proſp. Farin.
49 *lib.* 1. *conſil.* 11. Indicium falſitatis quoq; inde reſultat, quando † teſtes in inſtrumento omnes allegati ſint mortui. Cornæ. *conſil.* 226. *lib.* 3. ſi inſtrumenta duo facta ſint de unâ eademque re & causâ, notarius verò utatur ſingulari numero, Menoch. *caſ.* 187. ſi univerſitas quædam fundos, hortos, domos, locaverit uno menſe, & ſtatim menſe ſequenti dicat, inſtrumentum exſpiraſſe vel reſignatum fuiſſe contractum locationis conductionis, *l. nam & ea. ff. de cond. & demonſt.* Decian. *volum.* 2. *conſil.* 109. *num.* 46. ſi inſtrumentum non fuit archivis publicis inſertum, quoties loci conſuetudine cætera inſtrumenta in archivis protocollari vel annorari ſolent, Cravett. *conſil.* 28. ſi inſtru-
50 mentum dicat eſſe † numeratam certam pecuniæ ſummam cuidam collegio civitatis, & tamen ea numeratio non ſit conſignata in libro commnni rationum illius Collegii. Decian. *volum.* 2. *conſil.* 109. ſi producens teſtamentum
51 ſive inſtrumentum, nominet hominem in rerum naturâ non exiſtentem,
unde

unde habeat inſtrumentum, Decian. *conſil.* 99. *& conſil.* 109. *num.* 67. *lib.* 2. † 52
ſi perſona producens eſt ſuſpecta falſitatis, ſcilicet quia ſolita fuit committere
falſitates, hinc illud: qui † ſemel falſus, ſemper præſumitur falſus, Spec. *in* 53
tit. de inſt. edit. §. fin. Farin. *d. conſil.* 11. *num.* 15. Theodor. Reinking *in reſp. de*
proceſſ. contra ſag. null. inſt. quæſt. 2. *nu.* 242. ibiq; Wilhelm. Antonii *in clauſt.*
Porrò † apoſtilla inſtrumenti in margine poſita, quæ eſt magni præjudicii, 54
falſa præſumitur, Ancheran. *conſil.* 431. Menoch. *de arb. qq. caſ.* 187. *n.* 34. item
ſi apoſtilla † poſt ſcripta ſubſtantiale inſtrumenti caput complectatur, Marſ. 55
conſil. 77. Decian. *conſil.* 100. *volum.* 2. *num.* 45. ſi notarius poſt † celebratum 56
contractum ex dierum aliquot intervallo nonnihil addit vel detrahit in-
ſtrumento, falſi indicium præſto eſt, Bart. *in l.* 1. *§. qui in ration. ff. de falſ.* Farin.
d. lib. 1. *conſil.* 12. *num.* 7. ubi notandum eſt, quod licet crimen falſi non niſi ar-
gumentis probabilibus, quoad quæſtionem infligendam, quæ proprie indi-
cia dicuntur, delictum neceſſariò inferentibus, probetur, Farin. *conſil.* 10. *n.* 14.
ad fidem tamen inſtrumenti infringendam, ſolummodò ſufficiant duæ ad mi-
nimum conjecturæ & ſuſpiciones, Cephal. *conſil.* 287. *num.* 4. Farin. *conſil.* 12.
num. 13. *& conſil.* 24. *nu.* 42. ubi evincit, quod propter indicia indubitata reus
poſſit extraordinaria pœna plecti, *idem conſil.* 6. *in fine.* Anonym. *in not. ad tr.*
Hartzii de inquiſ. reor. legit. inſtit. concl. 4. *num.* 27. *verſ. & hoc caſu, ubi plures*
edecumati DD. citantur. quanquam non pauci etiam ſtatuant, propter indi-
cia urgentiora, vel uti diximus, argumenta probabiliora in delictis occultis,
quæ difficilioris ſunt probationis, dictari poſſe reis pœnam ordinariam, Bald.
in l. quicunq;. num. 25. *C. de ſerv. fugit. & in l.* 3. *num.* 3. *C. de epiſc. aud.* Jaſon *in l.* 4.
§ ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cauſ. Brunus *de ind. p.* 2. *q.* 5. *num.* 6. Clar. *in pr. in §. fin.*
quæſt. 64. Cravett. *conſil.* 73. *nu.* 19. qua in re tamen † oportet teſtes eſſe omni 57
exceptione majores, Gomez. *de delict. c.* 13. *de tort. reor. n.* 18. Menoch. 1. *praſ.*
91. quæ regula ad convincendum notarium falſi inprimis ſtringit, referente
Proſp. Farin. *conſil.* 88. *lib.* 1. *num.* 3. præterea † falſi indicium ſuggerit inſtru- 58
in quo notarius reliquit ſpacium aliquod, ubi linea tota vel dimidia poterat.
mentum, inſcribi, Farin. *in deciſ. crimin. lib.* 1. *deciſ.* 132. *in addit lit. a.* item
ſi notarius omiſerit indictiones, vide Maſcard. *de probat. concl.* 740. *numer.* 24.
ſi charta fumo infecta ſit, ut videatur antiquâ, inſerta libro antiquo, Farin. *d.*
loc. ſic † clauſulæ & cautelæ inſolitæ falſi indicia præbent, Roland. à Valle *lib.* 59
2. *conſil.* 40. *num.* 34. Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 5. *num.* 66.
& dicit Nevizan. *conſil.* 34. *num.* 26. quod talis præſumptio non admittat pro- 60
bationem in contrarium, Menoch. *de arb. qq. l.* 2. *caſ.* 225. & *de praſ.* 3. *praſ.* 122.
diligentiam † inſolitam circa actum ſuſpectum huc quoque refert Farinac. *d.* 61
deciſ. 132. *num.* 4. quoniam nimia diligentia dolum arguit, Cardin. Mantica *de*
tac. & ambig. convent. lib. 4. *tit.* 23. *num.* 6. ſic foliorum inciſio arguit falſitatem,
Menoch. *de arb. qq. lib.* 2. *caſ.* 187. *num.* 48. item, ſi pagina una atq; altera deci-

 ſa ſit

Digitized by Google

ſa ſit atq; in locũ ejus nova inſerta vel conſuta, ut loquitur Farin. *in dec. deciſ.*
76. in addit. lit. b. ordinis præpoſteratio etiam falſum indicat, *idem d. loc. lit. a.*
deniq; ex ſcripturis perperam ſcriptis inſtrumenti, vel ſcriptitationibus pue-
rilibus ad latera repertis, falſitas præſumitur, *deciſ. 66.*

62 Deniq; † ſimulationis & falſi ſuſpicio urget, quandocunque præſum-
ptiones binæ in ipſa ſcriptura apparentes, falſum quodammodo demonſtrãt,
63 Caval. *deciſ. 2. p. 2. num. 27.* Alias † exceptionibus falſitatis, ſimulationis, &
quibuſcunque aliis, altiorem indaginem requirentibus, oppoſitis, contra in-
ſtrumentum executionum creditor juvari debet, cautione oblatâ de reſtituẽ-
da re cum omni cauſa, ſiquidem contingat ipſum in reconventione vel eo-
dem remanente proceſſu ſuccumbere, Rebuff. *de lit. obl. art. 5. gloſſ. 7. num. 4.*
quidam hodiernis moribus cum condemnatus ad ſuperiorem Cameræ judi-
cem provocat, decerni nihilominus ſolent inferiores judices, cautione ab
appellato admiſſa, executionem, cum primis ſi judicem ipſum poſſit aſſecu-
rare de indemnitate, ſcilicet ad refrænandam inſignem appellandi licentiam,
qua tanta ſæpenumero (dolor) practicatur iniquitas, quam ut verbis expri-
64 mi, mente concipi vel fingi poſſit: quibus indiciis verò contractus ſimulatus
dicatur, vide Menoch. *de arb. qq. cent. 3. lib. 2. caſ. 247.* probantur hæc indicia †
teſtibus, nonnunquam uno teſte, & famâ, Reiger *in theſ. jur. pag. 796.* Farinac.
in deciſ. p. 4. tr. crimin. deciſ. 29. in addit. lit. a. exiſtimat conjecturis ſufficien-
ter probari (idem confirmat Cardin. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib.*
4. tit. 23. num. 31.) quia omnis ſimulatio (*inquit*) fraudem præ ſe gerit, fraus
vero præſumptionibus probari poteſt, modo illæ ſint graves, indicia proba-
biliora præ ſe ferentes, tandem concludens, arbitrio judicis committendum,
quæ & quantæ probationes hic ſufficiant, per tritam illam juris maximam,
65 quod † omnis probatio præſumptiva ſit arbitraria, *d. loc. in fine. d. deciſ. 29.* In
66 ſumma † inſtrumentum, ut probet, omni ſuſpicione debet eſſe vacuum.
67 *c. venerabilis. ubi gloſſ. ext. de rel. dom.* quandoquidem † probatio per inſtru-
mentum quodammodo in ſubſidium videatur inventa, Cravett. *conſil. 56.* di-
caturq; res miraculoſa, tum quod credatur teſtimonio pellis mortuæ: Inno-
cent. *in c. cum P. Tabellio. ext. de fide inſt.* cùm quod juri divino hic probandi
modus nonnihil repugnet, ubi ſcriptum apparet, quod in ore duorum vel
trium conſtet omne verum, Corn. *conſil. 32. & conſil. 55. lib. 3.*

Sed quæ hactenus de inſtrumentorum falſitate, ejuſque indiciis dixi-
mus, de teſtamentorum vitioſitate una intelligenda ſunt, quantò enim ma-
jor & accuratior in cuſtodiendis illis requiritur diligentia, tantò quoq; cau-
tius in conſcribendis & aſſervandis eiſdem eſt agendum: idem de inventariis
68 eſt judicium, de quibus dicit Guido Papæ, quod † ſi res in eo ſcienter ſint ab
herede omiſſæ, teneatur in ſolidum is creditoribus hereditariis *in tract. de in-
vent. & conſil. 42. num. 2.* ubi vult, quod propter omiſſionem 17. florenorum,

hæres

hæres non gaudeat beneficio inventarii, Hypp. Riminal. *conſil.* 417. *num.* 24. Porrò ſi † inventarium ſua vicia, unde inſtrumenta ſuſpecta modo diximus, 69
continet, perinde ut inſtrumenta impugnantur, idque cumprimis exinde, quod inventaria hodie per inſtrumenta publica ſoleant conſcribi, parium autem idem eſt indicium, Eberh. *in top. in loco à ſimili.* De actis publicis & reſcriptis idem non immeritò dicendum, judicandum, & quidem in ſpecie de actis publicis agit, aitq; Farinac. *in dd. deciſ. dec.* 61. ut ſiquidem boni notarii conſtituti eſſent ad conſcribenda † acta publica, quod de ſecretariis, exceptoribus 70
vel referendariis judiciorum quoque dicetur, neque utrorumq; ſubſcriptio reperiatur in actis, illa falſa videantur, Alexand. *conſil.* 124. *lib.* 7. Roman. *conſil.* 181. *n.* 5. Guid. Pap. *quæſt.* 122.

Porrò ſi † acta ſint male compaginata, folia in iis volantia, & minùs in- 71
tegra, & apoſtilla foliis actorum charactere diverſa deſcripta, indicia falſitatis hinc emergunt. Curt. Jun. *conſil.* 141. *num.* 17. Menoch. *de arb. qq. caſ.* 187. item: ſi referendarius, † ſcriba, Notarius, Secretarius cum partibus ſuſq; de- 72
que vivat, liberũ eis ad ſe concedat acceſſum, etiam ad Cancellarias, Curiam & officinam juſtitiæ, quâ in re Cameræ ſtylus & ordinatio laude digna eſt, quæ cõverſationem advocatorum partium cum perſonis cameralibus prorſus interdicit, arcet cujuſcunque ingreſſum ad Cancellariam, ubi ingroſſiſtæ, lectores, & ſimiles laborant, denique ſi acta manca & non integra amplius deprehenduntur, falſi ſuſpicio ſubeſt. vide Mynſing. *cent.* 2. *obſ.* 16. Deinde ſi † notæ, ſignaturæ non ſint eædem, ſed tranſpoſitæ, mutatæ, correctæ, produ- 73
cta nonnulla ſuppoſititia, quædam deſiderata, ſi notæ novæ & inuſitatæ deprehendantur, cùm enim ſtylus pro lege eſt, illo variato, falſitatis indicium ultro ſeſe offert, quâ de re Manil. *in lib. aſtron.*

Hic ſcriptor erit felix, cui littera verbum eſt,
Quiq; notis linguam ſuperet, curſumq; loquentis.

Et Idem.

Excipiet longas nova per compendia voces,
Hinc etiam legum tabulas & condita jura
Noverit, atq; notis levibus pendentia verba
Et licitum ſciet, & vetitum, quæ pœna ſequatur,
Perpetuus populi privato in limine prætor.

Hinc Modeſtin. *in l.* 33. *§.* 1. *ff. ex quib. cauſ. major.* eos, qui † notis ſcribunt acta 74
præſidis, reipublicæ cauſa non vult abeſſe, nempe ne ſubſtituti eorum depraventa cta notis peregrinis & adulterinis, unde magnum inconveniens & falſitatis & confuſionis ſubtimeſcendum erat, vide Barnab. Briſſ. 4. *antiquit. c.* 21. ubi Modeſtini locum Ulpiano falsò attribuit.

Cæterùm indicia † falſitatis reſcriptorum pene eadem ſunt quæ inſtru- 75
mentorum, cumprimis verò falſitatis arguitur reſcriptum contra utilitatem

 publicam

Digitized by Google

publicam impetratum, *l. jubemus.C.de Sacroſ. Eccleſ.cum ſimilibus apud* Wilhelm. Antonii *in tract. de reſcript. morat. concluſ.* 42. *num.* 3. contra jus tertio quæſitum, *d.l.jubemus.c.fin.de reſcr.in* 6. *& l.*1.*C.de peti.bon.ſub.lib.*10. *l.* 1. *l.ſed etſi.*§.1.*ff.de carbon.edict. l.Titia.*§.*pen.ff.de leg.*3. Frid.Mindan. 1.*de proceſſ. extr.*
76 *c.*15. adeò ut † Imperator ipſe conqueratur, inverecundâ petentium inhiatione, beneficia nonnunquam concedi, quæ concedenda non erant. *d.l.*1.*C.de pet.bon.ſub.* Rom.*conſil.*436. & profitetur Imperator, ſe inauditâ causâ neminem poſſe condemnare, *in l.*1.*C.de legat.* cum tamen importunitas, falſaq; narrata ſæpenumero id efficiant. *d.c.fin.de reſcript.* hinc *in l.fin. C. de diverſ.reſcr.* ſancitur, ut reſcripta hâc clauſulâ expreſsâ concipiantur, *ſi preces veritate nitantur*, qua omiſsâ, hodie nihilominus iſta conditione reſcripta cenſentur decreta emanata. Gail. 1.*obſ.*14.*num.*2. Wilhelm Antonii *d. tract. concluſ.*29.
77 *num.* 15. quibus ut plurimum ſolet opponi † exceptio ſub & obreptionis, qua evertuntur & in nihilum rediguntur reſcripta. Gilman. *in deciſ. Camer. in ſymph.tom.*2.*pag.mihi* 147. quæ primo confeſtim in termino produci atque ex ipſa lege, conſtitutione, & ſtylo, in quo ſe fundarat Imperator, depromi debent, non ex cauſæ meritis, vel ipſis meritorum viſceribus, prolixè Frid. Mindan. *lib.*2.*de mand.c.*15. paſſim Speculat. *in tit. de reſ. præſ. recept.* ubi aliquot
78 modos falſi arguendi reſcripta tradit. Alias jure tralatitium eſt, quod † impetrans falſa reſcripta non modo ut mendax petitis & impetratis careat, ſed per obreptionem ſuam falſi reus conſtituatur. *l.ſi quis obrepſerit. ubi gloſſ. ff. de falſ.* Zabarell. & Dd. *in c.accedens. de crim.falſi.* Joan.Baptiſt.Zilett.*in conſil.crim.conſil.*6.*num.*104. Notatum autem hîc eſto, quod ſubreptitium non poſſit dici reſcriptum in receſſu, quando illud ſubticetur, quod Principem vel judicem non poterat veriſimiliter facere difficiliorem, ad indulgendum
97 impetranti, nec enim omnia non expreſſa nocent, † omnia falſa expreſſa reſcriptum viciant. Matth.de Afflict. *in deciſ. Neap.deciſ.*195. Dec. *conſil.*541. Cov. 1.*reſ.*20. Clar. *q.*59.§.*fin. num.*10. Wilhelm. Antonii *de reſcript.morat. concluſ.*47.*num.*11. nonnunquam quoque adverſarius uti retorſione poteſt, ad retorſionem juris novi impetrati contra impetrantem. Magon. *deciſ.*18. Denique reſcriptis inſerta clauſula illa nihil operatur, nempe quæ præſumitur à Secretariis Cancellariæ ad inſtantiam impetrantis, Principe invito, niſi doceri mens Principis recta queat. Dec. *in c.cæterum.de reſcript.* Reiger.*in theſ.jur. pag.*681. *num.*34. vide Alciat. *de præſ.reg.*3.*præſ.*9. ubi nervosè pertractat, an & quando pro judice reſcribente vel decernente quicquam præſumatur. Sed tantum de indiciis falſi circa ſcripturam publicam.

80 De falſitatis ſuſpicione, præſumptione & indiciis circa † ſcripturam privatam, jam tandem dicendum reſtat, ubi in veſtibulo cauſæ diſtinguendum eſt, inter ſcripturam à tabellione & teſtibus tribus ſubſcriptam, & nudam cautionem debitoris, illa ſi viciis illis, unde inſtrumenta publica falſitatis argui

gui diximus,ſcatent, proculdubio eadem indicia ad infringendam ſcripturam, vincendam falſitatem, valebunt,non tam quod ſubrogatorum, ſubordinatorum eadem ſit diſciplina,quam,quæ ratio facit,cur inſtrumenta publica tam accuratam deſiderent diligentiam, ipſa quoque ſtringat in ſcripturâ privata, apocha,cautione,ſyngraphâ privatâ,utrobiq; & ubiq; hoc agitur,ne quid falſi irrepat in tabernam juſtitiæ, ne falſitate obruatur veritas, falſitate ſupplantentur rei,quos contra ſcripturæ publicæ ſive privatæ producuntur.

Cæterùm inter ſcripturam, ſubſcriptionem illam non habentem diſtinguendum præterea eſt, quapropter ſi quæritur de falſi indiciis circa cautiones privatas, quæ eodem ſenſu ſyngraphæ,chyrographi dicuntur. Franc. Balduin. *in princ. de cantion.* quò etiam apochæ referuntur aut vel regiſtra & libri rationum.

Falſitatis igitur arguuntur hæ ſcripturæ, ſiquidem † non recognoſcantur ab adverſariis,illiq; in continenti offerant probationem falſitatis. Farin. *deciſ.* 113. *lib.* 1. vel ſiquidem contra Cameram Principis ſtringit, ut quia Princeps debet ex Camera, vel Camera contractum aliquem infirmavit, cautio nolit à Camerâ recognoſci. Idem *d. deciſ. num.* 2. nota hic caſum ſingularem, quod † Camera Spirenſis ſuper pactis conventis poſſit interponere decretum ad inſtantiam contrahentium,nempe ad effectum,ut ſi quando partes fidem ſervare obliviſcantur, Camera in prima inſtantia ſit judex competens,& in primordio litis decernat mandata ſine clauſula,cujus ſententiæ formula ita ſolet concipi, wie ſie dann dazu auff jhr Begehren vnd Bewilligung condemniret, vnd darüber nothwendige Proceß erkandt ſeyn. Gilman. *in præjud. Camer. tom.* 2. *pag.* 213. præjudicia allegat in cauſa Simmern contra Egemond Comitem. 81 82

Deinde falſum arguitur,quoties † cautio vel apocha nonnihil ſcriptum & adjectum habeat inter lineas. *arg. novell. de fide inſtrum.* §. *oportet.* Felin. *in c. ex literis. ext. de fid. inſtrum.* Menoch. 2. *arb. qq. caſ.* 187. *num.* 40. maximè, ſi cautio præſcripta fuerit manu ejus, qui eam pro ſe allegat. Far. *d. deciſ.* 113. & quanquam conſtitutio noſtra ducalis, de anno 1617. non admittat exceptiones contra manum & ſigilla debitoris, dubium tamen non eſt, quia ordinatio Curiæ ſupremæ die Hoffgerichts Ordnung / *art.* 54. admittat exceptiones 1. falſitatis, 2. ſimulationis, 3. raſuræ & ſigillorum corruptionis, 4. iniquitatis & injuſtitiæ,uti uſuariæ pravitatis, 5. doli mali,fraudis,metus, 6. ſub & obreptionis,&c. *d. art.* 54. 83 84

Regiſtra † & libros rationum quod attinet,ea quoque ſua habent falſitatis ſigna,ut quoties liber regiſtrorum eſt inciſus, defectuoſus, laceratus, foliis aliquot vel tranſpoſitis,deletis, caſſatis, cancellatis, vide Proſp. Farin. *lib.* 1. *deciſ. in* 4. *part. tr. crim. deciſ.* 82. probationibus in contrarium actis, quod † deleri debebat,haud deletum, nõnihil adſcriptum manu peregrinâ, 85 86

 &ad-

Digitized by Google

& adſcititiâ, literæ atramento diverſo mutatæ, *deciſ.* 128. additionales marginales clauſulæ, cyphræ ſuſpectæ, & quæ alia. *d. deciſ.* 82. *&* 128. *&* *deciſ.* 110. ubi
87 concludit, quod † libro mercatoris regulariter non credatur, niſi adminiculantibus conjecturis probabilioribus, quæ ſi deſtrui queant, facilis falſi præſumptio contra eos emergat, imprimis (*ait*) ſi libri reperientur referti mendaciis *num.* 3. imò unâ partitâ falsâ inventa, totus liber falſus judicetur, ibidē.
88 *num.* 3. Copiâ verò † partitorum extractâ in una cauſa, ubi ea nonnihil probavit, facit fidem in alia, cumprimis ſi adverſarius originale regiſtrum habeat, idq; exhibere nolit, tunc copia probat contra eum, donec originale producat. *d. deciſ.* 110. porrò falſitas præſumitur ex non ſervato ſcripturæ ordine. 128. item ſi quid ſcriptum reperiatur in calce folii albi, in libro relicti, quando nimirum ille albus non reperitur relictus in fine aliarum paginarum. idem *d. de-*
89 *ciſ.* 128. *num.* 3. *&* 4. item ſi † regiſtrum antiquum noviter protocollum exhibeatur pro vera & antiqua ſcriptura. *d. loc. in fine.* item ſi regiſtrum non æquè capiat recepta, quam expenſa. vide Tiraquell. *de pæn. cauſ.* 51. *num.* 142. Joach. Beuſt. *in l. admonendi. ff. de jurejur. num.* 940. *&* *retr. n.* 809. *pag.* 405. *& ſeqq. aliquot*, ubi nervosè & copiosè pertractat quæ ſint neceſſaria, ut inſtrumentum, acta publica, cautiones, apochæ plenè probent, & de viciis & nullitatibus eorum: de libris vel literis cambiorum, ligagiorum, de porto vel caricamenti, commendatitiarum, onerariarum, mandatorum fidei, pecuniæ conſtitutæ, veritate vel falſitate, vide Beneven. Strach. *de aſſecurat. gloſſ.* 11. *p.* 1. Menoch.
90 *de arb. qq. cent.* 2. *caſ.* 114. ubi de † comparatione potiſſimum agit, ut quoties veterator aliquis producit manum alterius falſam quietantiam, aliudve liberationis ſiniſtræ nonnihil, callens varios & diverſas imitari & fingere ſcripturas, merito hinc indicium quæſtioni quoque paratur, quapropter Menoch. *d. loc.* comparationem manuum periculoſam & ſæpè fallacem appellitat, & re-
91 fert Zaſ. *lib.* 2. *ſing. cap.* 25. in fine, noviſſe ſe † Monachum Auguſtæ in monaſterio S. Uldarici degentem, qui ſcripturam quamcunque, non tam imitari,
92 quam ex pari ſolertiſſimè effingere potuerit, quâ de re hoc ſcriptum † graviſſimè reliquit Oldendorp. *reg.* 20. *de probat.* in quæſtione falſitatis (*ait*) criminaliter accuſando mota, acerrimam oportet fieri indaginem, argumentis teſtibus, ſcripturarum collatione, aliis quoque veſtigiis ad veritatem commodè perducentibus, nec accuſatori tantum probationis neceſſitas indicenda eſt, ſed etiam reo, ut inter utrumque perſonam ſit judex medius, ordine probando ſervato, ut primo ſcripturam producens, deinde falſam arguens ad probandum admittatur. *l. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ.*

Atqui de indiciis falſi in ſcriptis quantum ſatis: de indiciis falſi circa ſigna, ut ſunt ſigilla, ſtigmata, fines, limites, nunc diſpiciendum reſtat, & pri-
93 mo de † ſigillis, cujus falſitatis indicia ſunt, ſi diffamatus ſciat ſculpere ſigna, cum tamen id ab artifice non hauſerit, ſi reus homo ſit levis, aliisq; delictis inqui-

Digitized by Google

inquinatus, propter † inſignem ſcilicet connexitatem, quam habent vitia 94
inter ſeſe, Alciat. *de præſ. reg. 2. præſ. 7.* contra † nobilem, ſi dicatur falſo ſigillo 95
uſurpaſſe eum, indicia ſtringere debent fortiora, quam quæ plebejos communiter diffamant, cum is nobilitatem ſuam, quam Deo, majoribus & virtuti propriæ fert acceptam, præſumatur ſartam, tectam & immaculatam potius conſervare, & ad poſteros tranſmittere, quam pauxilli lucri ergò eam perdere velle, vide Tiraquell. *de pœn. cauſ. 21.* Porrò ſi comparatione cum authentico ſigillo factâ, unum non correſpondeat alteri, ſi ſignum ſuſpectum videatur groſſo modo inſcriptum, ſi inſtrumenta, quibus ſigna parantur, penes reum viſa ſint, ſi ſigillum ad tempus amiſſum fuerit, quo illud ſcripturis
ſine domini conſenſu impreſſum fuerit: hinc quæri ſolet † an ſigilli oſtenſio 96
inducat mandatum? Roman. *in ſing. ſing. 643.* an credatur ſigillo ignoto & obſcuro? vide Dd. *in c. ſuper his. de fid. inſtr.* De indiciis falſi ſigilli quoq; agit jus Saxon. *art. 42.* Landrecht *lib. 2. in gloſſ. 7.* ibi: Siehe auch wol zu / ob es deß Fürſten rechtes Inſiegel iſt / auch ob es nicht zerbrochen ſey an den Buchſtaben / oder anderswo / dann da deß etwas daran zuſehen / hilfft es jhnen nicht / ꝛc.
In caſu converſò falſi ſuſpicio ſtringit contra eum, † qui ſigillum ſuum ne- 97
gat, *l. eos. ff. ad l. Cornel.* de falſi. qui exinde ut falſarius falſisve ſigillis utens coërcendus, cujus pœna eſt pro re natâ vel mors naturalis, relegatio aut fuſtigatio, *Dd. in § item lex Cornelia. de falſis inſt. de pub jud.*

Porrò falſi ſuſpicio ex ſigillatione oritur † adverſus mulierem ſigillum 98
viri ſcripturis apponentem, niſi de expreſsâ viri voluntate conſtet, *l. 2. Cod. de reb. al. non alien.* quia ſigilla privatorum, ait Weſenbec. *conſil. 11. num. 36.* facilè ſurripi, & ab alio, invitis iis, quorum ſunt, apponi poſſunt & ſolent, allegans Alber. de Roſate *in l. 1. quem. teſt. aper.* ubi ſubdit, quod eodem pacto clauſulæ peregrinæ poſſint inſeri inſtrumentis, contrariæ conventionibus & placitis, *ibidem n. 36.* & ait Ph. Port. *conſil. 10. 1. nu. 32.* quod notarii ſæpe opponant
clauſulas inſtrumentis, de quibus partes non cogitarunt, hinc eſt, quod † duo 99
teſtes derogent literis ſigillatis, Abbas *in c. à nobis. de teſt.* etenim viva vox demùm probatio plena & vera eſt, ſigillum verò, vel inſtrumentum pellis animalis mortui, abuſiva & impropria probatio, quâ de re ſuprà. In foro Saxonico ſi quis dicat ſua voluntate non eſſe ſigillum impreſſum ſcripturæ, tenetur id probare jurejurando, atq; ſe purgare duobus teſtibus, qui jurent, credere ſe rectè juratum à producente, Chilian. König *in pr. de ſigillo. c. 90. num. 3.*
Joachim. Beuſt. *in l. admonendi. n. 1067. ff. de jurejur.* ibi: Wann † einer ein 100
Siegel nicht läugnet / ſondern ſagt / es ſey mit ſeinem Wiſſen vnd Willen nicht auffgetrucket worden / ſo müſſe er das mit ſeinem Eyde ſelbſt dritte anziehen / ſo die andern zwey ſchweren daß ſie glauben / daß er recht ſchwere / ꝛc. idq; ad inſtar 12. ſacramentalium vel compurgatorum in uſibus feudorum, quâ de re ego *in lect. meis feudal ſb. c. pen. & de indic. gener. cap. 45.* ubi prolixè hæc pro-

bationis

Digitized by Google

bationis inuſitatæ ſpecies deſcribitur, ut enim teſtium pluralitas excludit falſum, ſuppletq; defectus ſolennitatum, Philipp. Port. *conſil. 95. num.* 19. ita numerus eorundem quoq; probat falſitatem, vel quod ſigillum non ſit conſenſu domini appenſum literis, cum contrariorum contraria ſit ratio & judicium, Eberh. *in top. in loc. à cont. ſenſ.*

101 Porrò indicia falſitatis, † quoad ſtigmata, colores, notas nativas, & delineamenta animalium, ſunt deraſio, obfuſcatio, inciſio & interruptio, inuſtio notarum, ſtigmatũ, quæ cognitio vel redargutio non eſt momenti modici, cum enim ſigna & ſtigmata ſint notæ dominii animalium, vel quib. proprietas eorundem probatur, Philipp. Port. *conſil.* 77. *n.* 3. hinc illud Claudiani *lib. 2. de rapt.*

Quid demens manifeſta negas? en pectus inuſta
Deformant maculæ, &c.

Sanè ſubductis & demptis iis, actor parum vel nihil præſtabit, niſi indicia falſitatis rimari & inveſtigare queat: nonnunquam tamen ſimilitudo tanta reperitur animalium, quæ teſtes juratos ſæpenumerò veritate delectâ confundat, non ſecus ac Arnoldus Tillius ſe matrimonio cubiliq́ue viri abſentis ingeſſit, ac à vicinis incolis, & ipſa uxore pro marito vero, quem facie repræſentabat, mirum in modum agnitus, tandem falſitate inventâ, pœnam adulterii luit, Cothman. *conſil.* 15. *circ. med.* audivimus pro vero adſertum non modo maculas, ſed totam animalis pellem diſcolorari poſſe ita: Recip. lixivium ex arbuſto calcem recens coctam, inde liquefiar uſque ad pultem, adde pigmentum argenti Silber Gelötte/ miſceatur donec calx tingatur, oblinatur macula & ferro candenti ſtigma aduratur, &c.

102 Deniq; † finium vel limitum falſificatorum indicia reſpectu rei ſunto, limitum tranſpoſitio non neceſſaria, & abſente eo cujus intereſt, facta, plantarum, arborum, quæ limitum vices ſuſtinent, inciſio, violatio, & avulſio, contentio privata, quam homines notæ levioris facilè fingunt, ſuper limitibus, deſcriptio limitum in libris vel actis communitatum aliter reperta, quæ ſi penes ſuperiores habentur, quibus jus archivi competit, plenam inducunt probationem, alias nudum, uti cõſtat, indicium. Vide Reinkingk *de reg. ſecul.* 1. *cl.* 5. *cap.* 6 *num.* 45. *pag.* 181. Porrò finibus motis præſumitur in dubio deli-
103 quiſſe, † fineſq; falſificaſſe vicinum, prout cædes, latrocinia, in viciniâ facta, à vicinis, ſi opinione & famâ ſiniſtrâ laborant, commiſſa exiſtimabuntur. *l.* 55. *ubi Bart. ff. locati & in l. ſi ita. §. fin. ff. de fund. inſtr. &c.* Socin. *conſil.* 54. *lib.* 3. Marſil. *in pract. crim. §. diligenter. nu.* 97. Blanc. *de qq. in l. fin. n.* 413. Menoch. *de arb. jud.* 2. caſ. 222. *n.* 6. hinc illud Martialis. *lib.* 6.

Non de vi neq; cæde, nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis,
Vicini queror has abeſſe furto.

Et idem

Digitized by Google

Et idem S. *epig. 55.*

Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ.

Extat quoq; locus inſignis Demoſthenis in Callicteam, ibi:

Οὐκ ἦν ἄρ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, —— &c.

quem ſic vertit Tiraquell. *de pœn.cauſ.*23. *num.*9. † non erat quicquam, viri 104
Athenienſes, pernicioſius, quam improbum vicinum, nec ſuis contentum (finibus) & reſcribit Jac. Aret. *in d. l ſi ita*, quod † damnum datum in agro 105
præſumatur à vicinis illatum, Tiraquell. *d.loc.num.*11. refert ſtatuta Italiæ, quibus damnum tranſeuntibus datum à vicinis locorum emendari ſolitum, ſcilicet quod præſumatur, vel ab ipſis vicinis, vel culpa eorum factum, collaudat hæc ſtatuta Menoch. *d.loc.num.* 6. ubi tamen mulieres infirmos & ætatis adhuc teneræ homines eximit, nempe, qui invalidi & impotentes ſint, peregrinantes vel viatores derobandos re & facto juvare, injuriam aggreſſorum repellere, idem *num.* 23. quò alludit brocardicum commune, quo vulgò placuit, † teneri Dominum territorii deprædato reſarcire damnum à prædo- 106
nibus illatum, cum officium præſidis ſit provinciam purgare malis hominibus, *l.3.ff.de off.præſid.* Zaſ. 1. *conſil.*14. Gail. 2. *obſerv.*64. Mynſing. 5. *obſerv.*50. Johan. Kitzel. *in tract.de jur.monet.claſ.*1.*theor.*1.*ſub allegat.lit.m.* ibiq; amiciſſimus noſter Dn. Wilhelm. Antonii *in addit.* ejusq; parens p.m. Dn. Gothofredus Antonii *quondam Præceptor noſter in diſp.feud.* 3. *theſ.* 7 *lit.c.in allegat.* quam concluſionem non de omnibus indiſtinctè Ducibus, Comitibus, ſed de iis ſaltem, qui † jus conducendi per vias regias habent, welche das gleichliche 107
Regal/auff Keyſerlichen freyen Heer vnd Reichs-Straſſen haben/ meritò exaudiunt, And. Knich. *de ſax.non prov. jur.c.*5. & habent hoc jus, tanquam partem aliquam juriſdictionis territorialis, Weſenbec. *conſil.*33.*num.*3.*&* 10. aluntq; ſubinde vel alere tenētur ſtipendiarios ſuos, Außreitter/ Stallbruder/ Einſpänniger/ Reinkingt *d. loc.num.*31 *pag.*180. Wilhelm. Antonii *d.loc.* addens, hos alibi vocari die Rottuhr/ꝛc. ſed de hujuſmodi indiciis dicendi locus erit concinnior infrà de delicto termini moti. Ad alia accedo.

Denique falſi indicia quoad † menſuram ſunt, ſi in domo vel tabernâ 108
negotiatoris, mercatoris, alteriusve profeſſionis viri, reperiuntur modii, lapilli, globuli, fundibula, notâ & charactere publica haud ſignata, ulnæ, ſtateræ, publico ſigno non impreſſæ, vaſa fundibula minora, inæqualia, nec reſpondentia iis, quæ publicam ſignaturam præ ſe ferunt, hinc Feneſt. *de magiſt. Rom.* ſcribit: Ædilium à Julio Cæſare creatorum fuiſſe officium, vaſa minora frangere, cum rarò aut nunquam falſitatem non arguant, quandocunq; ea penes vinocopolas deprehenduntur, & hæc ſanè in politia & civitate bene curata plurimum nocet plebi, ait Juſtinus Gobler. *ad conſt. crim. Car.V. artic.* 113 Debebat autem (*addit hæc*) ea magiſtratui cumprimis eſſe curæ, cum tantę hodie ſint ubique propolitarum nundinationes, populum depeculantes, &

 anno-

annonam cauponantes, cum tot tantæque technæ ſint quæſtus, lucriq; faciendi, ut meritò locum habeat ſi unquam alias, lucri bonus odor ex re qualibet. *Hæc ille.* Porrò indicia ſunt falſæ menſuræ, ſiquidem mercator conferre inſtrumenta requiſitus, fugiat examinis probam, quoniam is inſtar fugitivi ſit, vide Farinac. *conſil.* 19. juxta illud: qui malè operatur, lucem fugit, Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 24. *num.* 6. hinc Joan. de Platea *in l. mo-*
109 *dios. C. de ſuſcept. præpoſ. & arcan. lib.* 10. ſuadet, ut † in urbibus & territoriis certæ ſint menſuræ & pondera publica, ad quæ habeatur publicus recurſus, indicio falſi ſubmergente. Cæterum qui paciſcitur de lite futura, falſi reus arguitur, *vide indicia generalia, cap.* 13. ſi in aliis falſi ſpeciebus falſum fecerit, idq; propter magnam affinitatem, quam delicta habent inter ſeſe, Alciat. *de præſumpt.* 2. *præſ.* 7. *num.* 3. ſi retrò idem falſum in ſpecie commiſerit, Idem *d. loc. in fine.* vel qui modo falſis utitur menſuris, præſumitur antehac tale quid pa-
110 traſſe, *argum. l.* 34. *C. de adult.* quemadmodum † vidua fornicatrix cenſetur adulterio ſe polluiſſe vivo marito, Alciat. *reg.* 2. *præſ.* 9. *num.* 1. non ſecus, acſi quis uxorem ducat defuncto viro, à quo *juxta præſcriptum auth. ſi quis ei, &c. C. de adulter.* erat ter ſcriptis denunciatus, virum cucurbitaſſe præſumitur, adeoque animam ejus poſt fata jam contriſtari, *Dd. in d. authent.* Alciat. *d. loc.* Denique ſi menſura quidem formam vel notam publicam habet, inciſa, deraſa & interrupta tamen appareat, indicium falſi quoque ſuboritur, *arg. l. pen. ff. h. t.* hinc in proverbiis Salomonis pondus & ſtatera judicia Domini ſunt, & ait Modeſt. *in l. pen. ff. eod.* quod venditor vini, frumenti, menſuras publicè probatas corrumpens, quanti ea res eſt, duplo condemnetur, & juxta divi Hadriani decretum, relegetur in inſulam, *d. l. pen.* ſin falſa uſurpans pondera & menſuras, ipſe ea non corrupit, ſecundum majus & minus damnum vel læſionem punietur. *l.* 8. *C. eodem.* Conſiderandum autem hic erit inprimis, ut
111 quoties civitates Statusq; imperii, vel etiam Landſaſſii regalia exercentes, † jus menſuræ conſtituendæ habeant ex privilegio vel præſcriptione, quæ ſi memoriam hominum excedit, per ſe privilegium eſt. hinc *in l.* 9. *C. de ſuſcept.* modios æneos vel lapideos cum ſextariis per manſiones ſingularum civitatum collocari dicitur, iis utens adverſus normam formamq; publicam, inde falſum non incurrat, nec indiciis falſi prematur, cum quod lege, cõſuetudine, & moribus fit permittentibus, pœnam non mereatur. Dn. Aleman. *de monet. in palæſtr. pag. mihi* 118. niſi extra territorium menſuras ejuſmodi forſan diminutas venditor uſurpare geſtiat, cum limitata cauſa limitatum effectum pa-
112 riat. *l. fin. ff. de juriſd.* hinc vulgata illa brocardica, quod † menſura loci contractus, & non ubi res eſt ſita, ſit attendenda. Roland. à Valle *conſil.* 100. *vol.* 3. Cævall. *q.* 733. *num.* 9. Ozaſc. *deciſ.* 114. item cenſus & victualia menſuralia non exiguntur, niſi cum menſura loci, in quo debentur. D. Sola *in conſt. Sab-*
113 *aud. gloſſ.* 1. *p.* 1. *de cenſ. ſolut. num.* 10. Exceptio autem contra † menſuram falſam

Digitized by Google

ſam præſcribitur diebus 60. Natta *conſil.* 569. pari ratione quoque adſerendum eſt ut quoties palmi, pedes, digiti, quibus inſtrumenrorũ legalitas ad † 114
agri menſuram, miliarium menſuram pertinens, probatur, non reſpondent menſuræ publicæ, falſitatis ſuſpicio inde emergat, quæ ſimiliter non niſi imperii ſtatus mutabit, non quivis pro arbitrio privatus, par cauſa enim paria jura deſiderat, & infirmitas eſt intellectus quærere legem, ubi militat ratio naturalis. Vaſq. 1. *illuſtr. contr. cap.* 21. *num.* 32. Conrad. Lag *p.* 1. *jur. civ. cap.* 13. Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 61. *nu.* 70. & reprehendit Paul. de Caſt. *in l. Clodius ff. de acquir. hered.* Doctores † qui trepidant, & quorum 115
ſcientia non eſt adeò locupletata, ut audeant quicquam ſtatuere, quod non ſit dictum prius, Anton. Quetta *conſil.* 50. *nu.* 5. hic cogitare debentes, quod pigri ſit ingenii, contentum eſſe his, quæ ſunt ab aliis inventa: ex ſententia Quint. Sylveſt. zum Arenthal *in iconiſm Aquilæ Rom. collat.* 9. *verſ. mihi cum cuilibet.* extremæq; miſeriæ, ſic alienis uti, ut in ſuâ ſupellectile nihil aut modicum ejus apponatur. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 65. *nu.* 2. Quod ſpacium verò contineat miliare commune, decidit Lipſenſium reſpõſum à Gœd. citatum, & quodammodo impugnatum *conſil.* 12. ibi: Daß ein † 116
Meil von recht haben ſoll 60. Gewende / vnd jegliche Gewende 60. Ruhten / vnd ein jede Ruhte achthalbe Ehlen. adde Viv. *deciſ.* 488. *jus Saxon.* Landrecht / *lib.* 3. *art.* 66. Alias ſynonima ſunt in jure, mille paſſus, milliare, & milliarium, item centeſimus lapis, cum veteres Latini lapidibus diſtinguere ſolerent vias, ut quodlibet miliare lapide interjecto diſcriminaretur. *l.* 25. §. *licet. ff. de excuſ.* Johan. Gœdd. *ad l.* 2. *&* 3. *ff. de V. S.* cæterum † miliaris menſuræ ratio tota ab 117
homine deſumitur, ait Gœdd. cujus verba adſcribere lubet, ita ut à digito fiat initium, digitus eſt magnitudo vel latitudo 4. granorum hordeaceorum, quod granum metri initium non eſt, ſed relatum quoddam metri, ad quod ejus refertur principium, demonſtrandi gratia, ſicut lineæ principium non eſt punctum, ſed ejus relatum, alioqui etiam metri principium in hominis corpore non conſtitueretur, digitus vero metri principium eſt, & quatuor digiti palmum conficiunt, pedem quatuor palmi, cubitus à radice ad extremum longiſſimi digiti eſt ſeſquipes, ex his principiis metri conſtituitur paſſus, ſtadiũ miliiarium paſſus eſt 5. pedum, ſtadium 125. paſſibus abſolvitur, milliarium mille eſt paſſuum, milliarium eſt larinorum, ſtadium græcorum, & 8. græcorũ ſtadia milliarium latinum efficiunt, quinq; milliaria latinorum milliare germanicum. Initium verò centeſimi lapidis vel milliaris conſtitui debet non à potta civitatis ſed ædificiis continentibus. Gœdd. *d. conſil.* 12. *num.* 11. terminus per quem erit via magis frequẽtata, trita & uſitata, quà ire homo ſine, jumentum vel vehiculum duci poſſit. Ego *in lect. meis ad inſt. juſt. diſp.* 4. Gœd. *d. conſil.* 12. *num.* 7. ibi: So die Diſputation † von der Meilen vnterwegen 118
iſt / gehens / fahrens oder reitens halber / daß alßdann die Meile zu meſſen ſey /

nach den ſicherſten gemeinen Landſtraſſen/ rc. niſi via eſſet menſuranda in caſu, ubi de privilegio certæ alicujus negotiationis, ut nundinarum coquendæ cereviſiæ, coquendæ calcis, habendæ fabricæ, tractandi artificii, ad molas, nundinas, ad lignationem accedendi, &c. ageretur, quo reſpectu decidit idem Gœden, Daß in dieſem vnd dergleichen Fällen/ die Meilen vff das gerichteſte vnd gleicheſt zu ſollen gemeſſen werden / als mit einem Schnur / gleich vber Waſſer vnd Berge/ vnd am nächſten hinzu / vnnd nicht nach den Landſtraſſen vmb/ *hæc ille*, adeò ut ſiquidem id commodè fieri non poſſit per terram, id per aërem fiat, artificio Geometrico. *d. conſil. in fine.* Quomodo & quot paſſus mille conſiderandi, quando mari itinerandum, per mare proficiſcendum eſt, & quot miliaria germanica, pro dieta in judiciis conſtituantur, quot miliaria Germanica Italica faciant Germanicum? vide Gail. 1. *obſ.* 53. Mynſ. *reſp.* 54. *n.* 8. Gœd. *in d. l.* 3. *ff. de V. S. n.* 12.

Porrò de falſitate ejusq; indiciis, in cõtractus hominum quoad merces falſas & depravatas, res dolo & machinatione probroſa in contractus & pacta deductas, incidentibus, nonnihil quoque dicendum eſſet, quia autem propriè ad claſſem hanc falſi non ſpectant, tum 1. quod defraudatio & læſio illa in actiones civiles cadat, quæ ſunt ex ædilitio edicto, ex generali cauſa edicti prætoris, ſi qua mihi juſta cauſa, &c. Alex. *in l. 2. ff. ſi quis in jus voc. &c.* Hypp. de Marſ. *in ſing.* 18. Socin. *conſil.* 141. *num.* 17. Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol.* 80. *num.* 6. Jaſon *in l. 1. ff. de condict. indeb.* ubi adſerunt, quod mulier, miles,
119 agricola, & perſonæ † ſimpliciores circumventæ à verſutioribus etiam habeant remedia contractus reſciſſoria, licet ultra dimidium juſti precii non
120 ſint decepti, quæ remedia ante † promulgatam *l. 2. C. de reſcind. vendit.* in viridi fuiſſe obſervantia, Dd. citati non obſcurè tradunt, vide Pinell. *in l. 2. C. ad p. 2 pag.* 64. adeo ut Carolus Molin. aliiq; Dd. exclament duram & à tyrannis conditam illam *l. 2.* quaſi nullum aliud ſubſit vel ſupereſſe potuerit remedium, quo compeſcantur homines iniqui, coërceantur fraudes, impoſturæ & malitiæ hominum reprimantur, nec aliter læſis & deceptis ſubveniatur, vel ſubveniri jure debeat, niſi qui ultra dimidium ſint læſi, adeoq; fræna laxa dentur malitioſis defraudandi & decipiendi incautiores, cum tamen hominum maliciis indulgeri non oporteat Pinell. *d. loc.* cum 2. ſiquidem pluſquã
121 civiliter agere contendant læſi, intentare poſſint † ſtellionatus quæſtionem, quæ falſo eſt mitior & multo levior, per regulam: quod in concurſu actionum, ea, quâ homo magis conſervatur, eligi debeat. Modeſtin. *Piſt. p. 1. c.* 52. mitiorq; in criminali cauſa ſit amplectenda ſententia juxta illud: melius tutiusq; eſt, propter miſericordiam reddere rationem quam propter crudelitatem. Hinc recepta illa juris brocardica, quod quando jus Canonicum mortem infligat reo, ſubintelligatur major excommunicatio, Theod. Reink. *de*
122 *reg. Eccleſ. pag. mihi* 347. *& pag.* 323. item ſi † conſtitutiones imperii dicant, infli-

infligendam mortis pœnâ hæreticis, ea mors de civili non naturali morte capiatur. Weſenb. *in parat.n.6.C.de hæret. & Manich.* 3. Denique quod indiciorum finis & practica ſit ipſa quæſtio & tortura rei, tortura vero ſupplicii initium, & probationis in cauſa criminali finis, ad † infligendam mortem 123
naturalem, quanquam quæſtio levis vel potius territio torturæ in levioribus maleficiis, quæ pœnam ſanguinis non infligunt, quoque adhibeatur, uti alibi diximus.

Sed uti modo præſuppoſuimus, falſum in contractum incidens non punitur pœna falſi. Ergo nullis hic opus indiciis, quæ non niſi criminali cauſa urgente, jure ſibi vindicant locum, quæ concluſio tamen fallere videtur † 124
in decoctoribus, qui nimium læſerunt contrahentes, ſcilicet qui criminaliter conveniri, & ut indicent pecuniam, quam ſubducere geſtiunt, tormentis urgeri poſſunt. Benev. Strach. *in tr. de decoct. p.2.* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ. 5.num.64.in ſecundâ edit.* cujuſmodi torturam uti in aliis delictis junctis indiciis, fuga producit. Idem *d.loc.* vide tamen Farinac. *conſil. 19. num. 6.* ubi diſputat, quæ fuga indicium pariat, & quæ ſuſpicionis ſit expers, alia decoctionis indicia recenſet Stracha *p.3.* 1. † ut ſi merces alio transferant 125
negotiatores paulò poſt ſecuturi. 2. ſi merces obligando, conſumendo, donando, faciunt intricatas, Tiraq. *de utroq. retr. jur.§.3.gloſſ.* 1. quoniam qui talia duntaxat nomina poſſidet, ſolvendo eſſe haud reputatur, Wilhelm Antonii *d.tract.& concluſ.nu.64.* 3. ſi merces vilioris diſtrahunt, ſi per averſionem vendunt eas. Tiraquell. *d. loc.* 4. omniaq; bona diſtrahunt, vel majorem eorum partem. Dd. *in l.omnes.§.Lucius.ff. de his, quæ in fr.cred.* 5. ſi rationes confundunt, adulterant & intervertunt. *l.1.§.fin. ff. de ſer. cor.* vel ſi planè rationum codices ſubducunt, vel ſecû nunquam habuiſſe contendunt, Stracha *d loc.num.25.* 6. ad colludendum faciles decoctores præſumuntur. Idem *num.18. idem p.2.num.2.& ſeqq.* † contra quos in litem jurari poteſt, proba- 126
riq; actio, dicto unius teſtis, junctis adminiculis vel præſumptionibus, non ſecus uti † in foro Eccleſiaſtico, ubi confeſſio extrajudicialis probat parte et- 127
iam abſente factâ. Marant. *in ſpec p.4.diſt.9.nu.49.* Dec. *conſil.109.vol. 2.* Capella Tholoſan. *deciſ.197.* 7. præterea decoctio præſumitur, quoties mercator ſub uſuris pecuniam mutuari cogitur. *gloſſ in l.2. in verb. ſuſpectum.ff.ſolut. matrim.* quod pulcrè confirmat Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ. 68.num.79.& ſeq.* 8. cum mercator verſuram facit, ſeu ut dilatione ad diem merces eaſdem precio viliori, quam emerat, præſenti die vendit, Jaſon *in l.ſi conſtante.num.183.ff.eod.* Menoch. *de præſ.3.præſ.59.* 9. ſi fidem fallit & mentiri incipit mercator. Juſta enim ſequela eſt: Eſt decoctor: Ergò & fraudator: Wilhelm Antonii *de reſcript.morat.concluſ.49.num.* 8. hinc Nigidius apud Gellium, vir bonus præſtare debet, ne mentiatur, prudens ne mendaciû dicat. Stracha *d.p.3.num.16.* & elegans juris effatum eſt, quod † lapſo debendi 128

Digitized by Google

tempore non ſatisfaciens creditori. dicatur eum afficere injuriâ, quia doloſè
& injuſtè facit, qui retinet alienum. *l.2.§.circa.ff. de doli except.* Alciat. *de præſ.*
præſ.23.num.3 pag.67. [10] ſi decoctor equos & canes alat, nec non meretri-
cum irretiatur conſortio, idem *p.2.num. 2.* idq; firmatur ex his quæ tradit D.
Antonii *de reſcript.morat.concluſ.68.num.60.& ſeqq. & rurſus nu. 104. & ſeq.*
juxta illud Plautinum: meretrix meum herum intulit in damnum, pauperiem,
privavit bonis, honore, luce, amicis: quæ & indicia alia, uti certiſſima pediſſe-
129 qua ſequitur † paupertas infelix, homines viles & ridiculos faciens, ut ait
Cicero *pro Roſc.* Æneas Sylv. *Epiſt. 71.* ubi ait, quod honor mundanus divi-
tiis ſuſtentetur, quæ faciunt fidejuſſores futuris neceſſitatibus, & ſine quibus
mortua eſt mortalis dignitas. Reinkingk *de reg. ſec. pag. mihi 119.* [11] alii ad-
dunt nimiam ſimplicitatem eorum præſertim, qui poſtquam imperiti exiſtũt
negotiationis, ad eam tamen fiduciâ vitæ quietioris ſeſe accingunt, vel artifi-
cio, ex quo ſe ſatis exhibere poſſunt, valedicentes, juxta illud Germanorum:
14. Handwerck/15. Unglück/ Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concl. 68.*
130 *nu.102.& ſeq.* † Probitas enim plerunque & ignorantia mercaturæ, depau-
perat, cum inſcitia rei, quam quis profitetur, per ſe culpa ſit, & poſt ſe even-
tum trahat exitioſum, hinc illud: quæ viciorum irrepere paulatim ſolent, vix
unquam percipiuntur, nec niſi converſione ſecutâ ſentiuntur. Bodin.2.*de rep.*
6.p.343. etenim in minutis vigilandum, quia initio puſilla paulatim creſcunt
in majora, & ut dici ſolet, minutula pluvia imbrem facit, & Plaut. *in Menech.*

Nunc in te cadunt folia, poſt cadent arbores.

131 And.Gail. *de pp. cap.3.num.11.lib.1.* † minima ſcintilla in maximum exuberat
incendium, Ant.Fab. *in Cod.lib.9.tit.22.* & omne malum naſcens facilè op-
primitur, inveteratum verò fit robuſtius. Tac.15.*annal.* in quam ſententiam
citari ſolent verſiculi vulgatiores, quos refert Venc. de Valent. *Parth. litig.*
2.cap.1.

Quæ præbet latas arbor ſpectabilis umbras,
Quò poſita eſt primum tempore, virga fuit:
Tunc poterat manibus ſumpta tellure revelli,
Nunc ſtat in menſum viribus aucta ſuis.

[12] Nonnulli quoque allegant hic luxum in victu, amictu, ædificiis & litigiis non neceſſariis, litibusq; perplexis multiplicibus judiciorum. Adeo [1] ut vetuſtas ſi quem lautius vivere videret, quam cenſus & negotiatio forſan poſſit ſuſtinere, is ad judicium Areopagytarum citabatur, redditurus rationem ſumptuum ſuſpectorum, *quâ de re ſupra lib.1.prolixè.* adde And.Gail. *2.obſerv.* *83.num.13.* ibi: ad inopiam vergere quis variis modis dicitur, ſi accepti & expenſi nullam rationem habeat, ſed ſupra vires patrimonii ſumptus faciat, plus conſumit, quam eſt in facultatibus & reditibus annuis, quem Cicero gurgitem & voraginem patrimonii vocat, cotidiè grandes cui fumant pultibus ollæ,

Digitized by Google

ollæ, potiſſimum verò præſumitur decoctio, uxore mercatoris ſuperbè & ſplendidè unà vivente, cui illud convenit Satyricum:

Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum.

Quæ non tam tempus, quod rebus impendendum erat, domeſticis prodigaliter conſumit, hinc Propert. *lib.* 1. *ad Cynthiam.*

Et potes externos manibus componere crines,
Et longâ faciem quærere deſidiâ.

Vel ut Terent. *in heauton.* ait:

Noſtin mores mulierum?
Dum moliuntur dum comuntur, annus eſt.

Et Pleuſides Plautinus *in milite.*

Mulier profectò nata eſt ex ipſa mora:
Nam quævis alia, quæ mora eſt, æque mora
Minor videtur ea, quam quæ propter mulierem eſt.

quam res & bona viri impendant veſtitui enormi & indecenti, quò ornatiores videantur, hinc Seneca *de benef. cap.* 7. hujuſmodi luxum taxans, *ait,* non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent. Et Plautus viciſſim *in Epid.* † mulieres totis fundis 192
exornatas dicit. Ovid. 3. *de art. amandi* itentidem atteſtatur ibi:

Quis pudor eſt cenſus corpore ferre ſuos?

adeò ut mulieres faſtuoſæ non ſine maximis ſumptibus etiam margaritis & ſmaragdis involutæ velint humari defunctæ, ut refert Scævola *in l.* 1. *§. fin. ff. de aur. & arg. legat.* Plura ad hanc partem videnda apud Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 68. *num.* 18. *& ſeqq.* 2. ædificia ſumptuoſa indicia hæc aggravant, juxta tritum illud:

Ædificare domos multas, & paſcere multos,
Hoc ad egeſtatem perbreve ducit iter.

D. Antonii *d. concluſ.* 68. *num.* 87. *& ſeqq.* ubi vide omninò. Olim, ut conſtat, ædificia Romanorum certam determinatamq; habebant altitudinem & craſſitudinem quoad parietes & muros ſine omni luxu & ſplendore indecenti, ne inde non tam inæqualitas † ædificiorum, quam luxus reprobus reprime- 193
retur, *l.* 1. *C. de æd. privat* altitudo verò erat 70. pedum, craſſitudo ſeſquipedalis. Barnab. Briſſon. 1. *antiquit. Rom.* 1. hinc Italis tritum diverbium:

Chi ſe voul, toſto impoverire
Mette ſi al murare, & piatire.
Wer will ins Bawern Geſchlechte/
Der bawe viel vnd Rechte.

Quapropter 3. implicari litigiis perplexis & multiplici cauſarum forenſium ſtudio quoque indicia prædicta parit, quia ut ait Novella 86. *in princ.* multi litigatorum ad extremam redacti egeſtatem, à patria diſcedere, & in peregrinis af-

Digitized by Google

nis affligi, ut loquitur textus, tandem ſunt coacti, Blanc. *de comp. q.* 1. *nu.* 1. ibi:
134 † propter lites quis efficitur pauper, &c. Wilhelm. Antonii *d. concl.* 68. *n.* 82. *& ſeqq.* Quapropter Ubertus Folieta cum in quadam de ope contra Turcam ferendâ oratione nimios judiciorum ſumptus taxaret, magnus, (*ait*) aſſeſſorum, cauſidicorum, actuariorum, & ſcribarum numerus, quibus ampliſſima præmia, ingentes mercedes conſtituuntur, forenſis opera litesq; judiciales non exiguum opum Chriſtianarum partem, longè utilius aliò convertendam, ad ſe trahunt, non abſimili ſpe Alchymiſtarum, qui laborioſè quærunt lapidem, donec omnia dilapidarint, ita litigantes & ſe & opes conterunt, donec triſtiſſimum litis eventum experiantur, & chymiſtarum premium, nempe paupertatem extremam ſentiant, *argum. l.* 51. *ff. de pecul.* ibi: cum & ſumptus in petendo & eventus executionis poſſit eſſe incertus: etenim juxta Gatz. *in diſcurſ.* 12. *della piazza. pag.* 136. ſumptus litium ſunt immenſi, quibus ſplendida patrimonia citò devorantur, revocatis à lucro exercendo litigantibus, jamque quæſitis ſubtili ingenio extortis aut evaneſcentibus in ſalaria & mercedes pragmaticorũ, ſi advocato, 10. procuratori, 6. notario, 4. ſollicitatori, 2. officiali unus ſolvatur tharerus, ſportulæ ſolvantur, acta currum pene implentia ad judices ſuperiores vel Academias mittantur, viatica tribuantur, & omnia tendant ad rodendum litigantes miſeros, quaſi corvibus projicerentur, & Beran. *lib.* 4. *hierog. pag.* 53. neminem (*ait*) melius nominis, quo lites vocantur, cauſam pervidere & in imò corde ſentire, quam eum, qui dorophagorum judicum vel cauſidicorum confertiſſimas quaſq; bulgas exenterantium, cavillis ſemel aut iterum ceciderit lite, vide Parth. *litig.* 1. *cap.* 4. [13]
135 Inter indicia referuntur † luſus alearum magnæ quantitatis, hinc illud: luſori cupido ſemper gravis exitus obſtat, & finis luſoris eſt decoctio, qua de re vide *lib.* 1. *cap.* 18. Wilhelm. Antonii *d. concluſ.* 68. *num.* 44. *& ſeqq* & Ant. Marſ. Spelta *lib.* 2. *della parr dolette vole. c.* 10. luſorem & litigatorem in idem reponit prædicamentum, quia uterque ſpem vincendi habet, parum conſiderans, quod tota humana vita ſit quaſi aleæ luſus, in quo vincere tam fortuitum, quam perdere neceſſe: an & quando vero negotiator ludere poſſit licitene exinde decoctio præſumatur? vide Benev. Strach. *in tract de ſponſion. p.* 3. *nu.* 4. *pag* 185. *& p* 2. *num.* 33 *pag.* 502. ubi declarat, quod id intelligatur, ludenti licitum eſſe quidvis rentare, facere, modo vincat, &c. [14] Inter indicia ponit, Gail. 2. *obſerv.* 83. *num.* 14. Confer D. Antonii *d. concl.* 68 *nu.* 71. *& ſeq. & n.* 77.
136 *& ſeqq.* frequentes & † non neceſſarias peregrinationes animi gratia ſaltem factas, quia, inquit, frequentes peregrinationes inopiam comitem habent, *Novella.* 69. *cap.* 1. §. 1. ibi: aut inopiam ingemiſcentem ferre. hinc eſt, ut ſiqui-
137 dem † filius ſtudioſus conſumpſerit pecuniam in divagationibus non neceſſatiis, pater creditorem exceptione Macedoniani eludere ſeq; inde tueri jure poſſit. Donell. 12. *comm.* 27. *in fine.* ego *in exerc. juſt. diſp.* 14. *theſ.* 9. ratio eſt, quia

Digitized by Google

quia in malos uſus dicitur pecuniã erogaſſe filium, Donell. *d. loc.* De peregrinationibus Pontificiis idem aſſerendum judicamus, licet infauſta ſimplicitas ſe plurimum inde emolumenti lucrari credat, adeò, ut quoque jumenta & animalia ægrota ad loca ſacra deducant inde curanda, uti prope Manfredonium Apuliæ fanum Leonhardo dedicatum extat, ad quod pecora ægrotantia paſſim adpelluntur, & ad portam divi Nicolai Lotharingiæ non tam homines quam pecudes curari creduntur, uti nobis ibidem fuit relatum, de quibus Eraſmus *in laude ſtult. pag.* 37. *& ſeqq.* ibi: ille gregem tueatur, &c. *& pag.* 38. alius crucem ſubactus favore divi cujuſdam furibus amici decidit: qua de re fabulam lepidam recenſet Joach. Prætorius Pomeran. mihi aliquando familiariſſimus *in orat. Witebergæ habitâ de peregr. Pontif.* nempè quod pater una cum filio commigrârit ad S. Jacobum † Compoſtellenſem, & cum in itinere non poſſet ſatis facere hoſpiti pro victu, addictus ſit cruci, adeóq; ſtrangulatus filius, votum nihilominus proſequens, & remeans idem iter, viſurus poſtremò patrem ſuſpenſum, invenerit eundem virum clamantem & de filii reditu ſibi gratulantem atque enarrantem, uti à S. Maria ſuppoſito pedibus ſibi inviſibili ſcabello, manna cœleſti atq; lacte mammillarum enutritum, filius magiſtratui rem mirandam aperit, qui inde ad domum, falſum accuſatorem compellavit, verum gallinis repertum circumagens in hæc erupit verba; citius, quas circumago, gallinæ avolabunt, quam vel minimum dictorum veriſimile credem: quid facti? gallinæ penè aſſatæ ex veru avolant, quas filio adjuncti hinc inde volitantes receperunt, atque patre ſuſpendio liberato, hoſpitem in locum ejus reſtituerunt, bona ejus ilicò inſcribentes, atque ædes, cum omnibus eorum copiis, virgini Deiparæ, ſancto dominico dedicantes, ut de generatione in generationem fœtus ex gallinis foverentur, atque de iis pennæ pileis Jacobitanorum peregrinantibus aſſignatæ depromerentur. Commenta ejus generis tot ſcatent ſcriptis, quod Hircinia arboribus & plantis abundat, vel ut Liſtrius *in annotat. ad Eraſm. de laud. ſtultit.* ait: quæ quidem tam multa ſunt, ut Livianam ſuperent hiſtoriam, tam ridicula, ut ſatius ſit reticere. Vide † Lipſii ſtultitiam *in libell. de Maria Hallenſi & Aſpremontenſi. lib.* 2. qui dicitur legendorum. Luther. de Joanne Chryſoſt. *tom.* 4. Verger. de Mar. Loret. d. Gerh. Liſtrii ad Mariam Eraſmi, ubi deſcribit, qualiter Dæmon docuerit divum Bernhardum 7. verſiculos ex Pſalmis, quos ſi quis cotidiè recitet, non poſſit non ire in cœlum, &c. de quibus omnibus Eraſm. *in laude ſtult. pag. mihi* 38. judicium perelegans, ſunt (*inquit*) qui † ſinguli pluribus in rebus valeant præcipuè Deipara virgo, cui vulgus hominum plus propè tribuit, quam filio, verum ab hiſce divis quid tandem petant homines, niſi quoad ſtultitiam attinet, nullus pro depulsâ ſtultitiâ (ſi quis curam vel opem obtinuerit à divo) gratias agit, & refert Liſt. *d. loc.* quod cum in Italia operam daret literis, vidiſſe ſe in æde ſacrâ affixum Epigramma, in

138 139 140

quo quidam conteſtatus eſt, ſe febri acri correptum nihil ſpei collocaſſe in medico, non multum in Deo, ſed tantum divæ virginis ope revixiſſe, recitans pentametron verſiculi ex epigrammate,

Nulla erat in medico ſpes, neq; multa Deo.

141 Sed ad ſeria: ſubmirandum quî † Camera mulctæ vel pœnæ ergò ſoleat injungere reis ire ad Compoſtellum, uti atteſtatur Gylman *in deciſ. Camer. tom. 2. ſymphorem.* Concludimus, quod quicunque ſpiritu vertiginis peregrinationes ejuſmodi ſive voti ſive neceſſitatis cauſa faciunt, in genere ad paupertatem videantur declinare, Bart. *in l. ſi conſtante. ff. de ſolut. matrim.* 21. Alexand. *ibid. num.* 14.

De indiciis decoctionis & paupertatis, de luxu, ll. ſumptuariis coërcendis, reprimendis prolixè agit Adam Conz. *lib.* 8. *polit. cap.* 14. quò lectorem plura ſcire hac in re deſiderantem remitto, ſicut & ad Dn. Wilhelm. Antonii *in ſæpe allegato tract. de reſcript. morator. concluſ.* 68. *paſſim per tot. & inprimis concluſ.* 5. *num.* 61. ex quo ſubinde inſtruimur, indicium indubitatum decoctionis quoque præbere, ſi mercator inducias moratorias à Principe vel creditoribus ſibi dari popoſcerit, maximè quoniam, ut nunc ſunt tempora, etiam ab extremè nequam & improbis debitoribus impetrari conâtur illa media, cæteroqui ſaluberrima, conſtitutionibus Imp. & Maſuri rubricâ planè etiam poſtergatis & valere juſſis: De quo reductâ aliquando pace hortor proſpicere, hâc in parte unanimis cum prædicto Auctore *d. tr. concl.* 8. *num.* 32. *junct. concluſ.* 7. & 23. *n.* 10. & *ſeqq.*

Denique de indiciis in re monetaria nonnihil ſubjiciendum ſupereſt,
142 quia vero falſum monetæ difforme & varium eſt, aut enim † moneta falſificatur in materiâ vel in formâ, in materiâ, quoties juſtum pondus detrahitur monetæ, vel in principio vel ex poſt facto, uti vulgò loquimur, in principio, quoties nummis non tribuit monetarius juſtum plenum, idque ll. publicis & conſtitutionibus imperii definitum pondus, quâ de re in caſu præcedenti quantum ſatis: ex poſt facto, quandoquidem juſtum, pondus ab initio nummis erat tributum, id verò per circumciſiones, raſuras, tonſuras diminuatur, quâ de re edictum monetarium Circuli Saxonici inferioris, *anno* 1568. publicatum, ibi: Die Beſchneider/ Schwächer/ Wäſcher/ Abgieſſer/ Außwieger/ Partierer/ auch die Häler ſelber/ an Gelt vnd Blut vnnachläſſig geſtrafft werden. *Conſtit. crim. art.* 11. *rubr.* Straff der Müntzverfälſcher/ ibi: Wo einer eines andern Müntz vmbräget/ ꝛc. oder widerumb in Diegel brächte/ vnd geringe Müntz darauß machte/ der ſoll an Leib vnd Gut/ nach geſtalt der Sachen/ geſtrafft werden.

143 Reichs † Abſchied/ Augſpurg den 14. *Februarii Anno* 1551. §. Darzu daß ſich männiglich/ ꝛc. in verbis: Es ſoll ſich männiglich vorhin bey Straff deß Fewers/ deß Granalirens/ Kürnens/ Seigers/ vnnd anderer dergleichen betrüg-

betrüglichen vornachtheiligen Handlung vnnd Fälſchung der Müntz enthalten.

Ferdinandi Müntz Ordnung / Augſpurg den 19. *Auguſti anno* 1559. §. Wiewol nun ſolche Probation-Tage/ꝛc *cum ſeqq in verbis*: ſetzen vnd ordnen/ daß jeglich Ringerer/ Beſchneider/ Schwächer/ Weſcher / Schmeltzer / Außführer/ Abgieſſer/Außwieger/Außzieher/Auffwechßler vnd Fälſcher / an Leib / Leben oder Gut/ nach geſtalt der Sachen/geſtrafft / vnnd niemand hierin verſchonet werden ſolle/ vnnd ſoll dem Anſager an ſolcher verwürckten Buß ein Theil/ vnd die andern zwey Theil der Obrigkeit/darunter die Verfahrung geſchehen / gebühren vnnd verfallen / *&* §. Hierauff ſetzen / ordnen vnd wollen wir / ꝛc.

Reichs Abſchied/ Augſpurg den 30. Maji / *Anno* 1566. Was von der Müntz halber Saigerer/ Granalirer/Ringerer/ꝛc. Jtem Abſchied zu Speier/ 11. *Decembris Anno* 1570. §. Sintemal auch Handhabung / ꝛc. Jtem §. Vnd ſonderlich/ꝛc. in verbis: daß betrieglich aller Reichsmüntzen/ brechen / granaliren/ ſaigern/ ringern/beſchneiden/ waſchen/ ſchwächen / abgieſſen / außwiegen/ abwechſeln vnd verfälſchen/ bey Verluſt Leibes vnd Guts/nach geſtalten Dingen/ ohnnachläſſig ohn allen reſpect der Perſohnen zu beſtraffen.

Indicia autem hujus falſi ſunt, 1. locatio ædium reſpectu locatoris, ſiquidem de ſociis quæratur, quoniam is prohibere falſum debeat vel poterat. *l.8.§.1.ff.ad l. Cornel.de falſ.* niſi † facti ignorantiam probabilem nimiamque 144 imperitiam is poſſit allegare, *l.32.ff.eod.* ut enim adminicula plura probationem facti cujuslibet ampliant & ſtabiliunt: Farinac. *conſil. crim.* 20. *num.* 1. ita defectus indiciorum ea in nihilum redigunt: Hypp. de Marſil. *in ſing.* 385. Hinc eſt, quod nedum † confeſſio ſine indiciis legitimis præcedentibus vel 145 ſtringente causâ, indicia ſuborta purgante, præjudicet reo, Farinac. *conſil.* 19. quæ nec ſocio, tertiove nocet, *idem d.loc.n.*2.

2. Erogatio † nummorum falſorum, modo levitas & ſuſpicio quæ- 146 dam aliave indicia generalia concurrant per regulam tritam, quod indicium unicum, nedum ſpeciale & propinquum quæſtionem producat. Niſi erogator paratus ſit demonſtrare authorem falſi, non ſecus ac qui libellum famoſum ſpargit, libelli authorem nominare ſatagens. Burſ. *conſil.* 94. *num.* 32. Ceph. *conſil.* 341. *num.* 30. licet quoad poſterius Dd. communiter ſentiant cõtrarium, Salyc. *in l. unic. C. de famoſ. libell.* Dn. Eberhardus Speckhan præceptor noſter *cent.*2. *claſſ.* 3. *q.* 7. Burſat. *conſil.* 94. *num.* 32. *vol.* 1. Wilhelm Antonii *in addit. ad reſp. affinis ſui Theodori* Reinkingks *de proceſſ. contra ſag. null. inſtit. q.* 7. *num.* 824. Schneidw. *in §.1. Inſt. de injur.* Paris de Put. *in tract. ſynd. verbo, injuria officialis.* ubi adſerit, quod † pingens mẽbra virilia vel vulvas ad 147 valvas vel fores alicujus teneatur actione famoſi libelli. Sed quid ſi erogator monetæ pœnitentiâ actus, falſam monetam reluat? Reſp. quanquam inde

oriti indicia haud aliter videantur, ac ſi auctor famoſi libelli, ſiquidem affixum libellum ante ejus publicationem, refigit, non tenetur. Harp. *in tr. crim. in* §. *injuria. inſt. de injur. num.* 179. *ibi, quartus eſt caſus. n.* 180. ratio tamen diverſiſitatis dictitet jus diverſum, quod ante manifeſtationem ſive publicationem libelli propriè delictum non dicatur natum. Harp. *d. loc.* vide tamen Bocer. *in tract, de famoſ. libell. cap.* 13. *num.* 21. erogatio monetæ falſæ falſum omninò præſupponat juxta illud: quod talia ſint ſubjecta, quaiia referant vel demonſtrent prædicata. Ebethard. *in top. à ſubj. mater.* quin quod redemptio monetę indicium hoc ſusq; deq; augeat, peneretq; novum ac diverſum ab actu primo, nepe erogationis indicium. Idem de expendente nummos raſos & circumciſos indicium, judiciumq; eſto: niſi vir bonus eos expendat. Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *c.* 27. Hypp. de Marſ. *conſil.* 21. *num.* 17. adeò, ut ratione monetæ hujuſmodi nedum regreſſus detur contrà expendentem. [1] quod in poteſtate ejus fuerit repudiare non acceptare monetam. *l.* 27. *C. de evict. l.* 1. *in fine. C. de præſc.* 30. *annor.* [2] nec introſpicienti & ācceptanti ulla fiat injuria. *l.* 43. *§.* 1. *ff. de cont. emt. l.* 15. *C. de jur. dot.*

3. Indicium eſt erogatore nummorum monetario exiſtente, quod indicium fortè & urgens eſt, vel ſi pecuniæ erogator ſit affinitate, ſanguine, amicitiā, miniſterio vel ſocietate conjunctus monetario, qui in ſuſpicionem falſi ut plurimum prolapſus eſt, juxta illud:

Noſcitur ex ſociis, qui non cognoſcitur ex ſe.

Hinc Euripides *in Almæone apud Stobæ. ſermone* 6.

Μέπεσι τὺς δύλοισι δεσποτῶν νόσυ.

Servi morbis inficiuntur dominorum.

Et Juvenalis *Satyr.* 14.

Sic natura jubet, velocius & citius nos
Corrumpunt viciorum exempla domeſtica magnis
Cum ſubeant animos authoribus. &c.

Quapropter Bald. *in conſil* 95. *lib.* 1. & Gand. *in tract. maleſ. tit. de præſ. & ind. col.* 1. *& de qq. & torm.* monent judicem ſeriò, ut perquirat enixè, quibus cum verſatus ſit criminis reus, ut proinde ſciat, quibus ſit moribus imburus ipſe reus. & idem Bald. *in l.* 19. *C. de Epiſc. & Cler.* quæ lex 19. alias vulgò ſolet ad
348 hæcce brocardica allegari, ubi inquit, quod † reſpectu malæ ſocietatis reus præſumatur malus. & idem *in l. data opera. C. de accuſat.* refert, valere dictum teſtis deponentis aliquem eſſe malum, quia viderit eum malorum implicari ſodalitio. Hinc textus *l.* 25. *§.* 6. *ff. de ædil. edict.* qui quoque ſolet hanc in ſententiam citari, ibi: ſi imitatione conſervorum talis factus eſt aleator fortè, vel vinarius vel erro evaſit: unde Seneca *de ira lib.* 3. ebrioſus convictores in amorem vini trahit, impudicorum cœtus fortem quoque virum emollit, avaritiā in proximum virus ſuum transfert, &c. Plaut. *in trinum:*

Per

Per pietatem nolo ego cum improbis
Neq; in via neq; in foro ullum ſermonem exequi, novi ego hoc ſeculum moribus quibus ſit; malus bonum malum eſſe vult, ut ſui ſit ſimilis.

Porrò 4. indicium parit, quoties numerator pecuniæ raſæ & circumciſæ, paulò ante erogationem viſus ſit integram juſtamq; monetam recepiſſe, perveniſſe ad ejus manus, ſub eadem impreſſura einerley vnd gleichs Gepreges/ quæ dehinc raſa exponatur, concurrente famâ. Damhoud. *in tract. crim. cap.* 65. † raſores hoſce non ſecus ut fures ſtrangulandos eſſe ſtatuit Farinac. 149
in pr. crim. q. 115. *numer.* 19. quo vicio ſeculo noſtro utplurimum laborare ſolent † Judæi eorumq; complices, cùm haſta Judaicâ ambulantes, Joh. Becht. 150
de ſec. & cond. theſi 94. Nam:

Ut damno abſq; caper nunquam retinetur in horto,
Sic nec Judeus ſine damno in plebe fovetur.

Submirandum verò, quâ ratione Carol. IV. vigore aureæ bullæ Regi Boëmiæ, cæteriſq; Electoribus tanquam † regale aliquod conceſſerit fovere Ju- 151
dæos, quod cæteris ſtatibus indiſtinctè tributum hodie videmus. *reform. polit. Auguſt. de anno* 1548. *tit.* Von Juden vnd jhrem Wucher/ cum tamen potius, uti racemi degeneres, vel ut pecus morbidum, unde tota perire grex poterat, nedum relegandi ad Garamantes, ſed penitus extirpandi in Germaniâ, [1] non quod conditionem eam minimè impleant, quâ recepti pro civibus ſunt imperii. *reformat. politic. Auguſtanâ de anno* 1530. ibi: Wer dann Juden bey jhm leiden will/ der ſoll ſie doch dermaſſen bey jhm halten/ daß ſie ſich deß Wuchers enthalten/ vnd mit zimblicher Hanthierung vnd Arbeit erneheren. Ecquis a. conſpicitur Judæorum per imperium, qui calleat, qui exerceat artem vel opificium manuale, unde vivat? neque obſtat, quod vigore politiæ Francof. *de anno* 1577. uſuras recipere iis concedatur, referatq; tot privilegia Judæis conceſſa Jacob. Ayrer. *in proceſſ p. 2. in loc. de Judeis*, adſerens, toties permiſſum Judæis, ut poſſint quantumq; lucrari valeant accipere uſurarum, &c. Ad prius reſpondeo non alio reſpectu, quam cuilibet Chriſtiano mutuum ſub uſuris quinque pro centum exigere permittitur, Judæis recipere conveniat, non ut quæſtum & artificium ſubinde ſtatuant, quod uſuras illegitimas & immodicas accipere debeant, cum enim cives Romani adſeri volunt, utique quod civem decet, præſtare, & ex præſcripto vivere tenentur. Ad poſterius Reſp. privilegia illa jamdudum merito eſſe ſublata, quod ipſe non diffitetur Ayrer. *cit. loc.* [2] quam quod ſine ſcandalo non degant in imperio, alias tolerandi, modo quietè pacificè & honeſtè vivant. *l. 6. C. de pag.* Cujac. 7. *obſ.* 30. Bodin. 3. *de repub.* 7. Anton. Quetta *conſil.* 54. latè Johan. Kitzel *in diſcurſ. de regali habendor. Jude.* quanta verò quies inter privatos, præſertim ex infauſta illa per totum imperium graſſante † corruptelâ monetariâ, quam Judæi 152
cumprimis anteſignani & buccinatores pridem excogitarunt, ad effectum

Ccc 3 perdu-

perduxerunt, junctis & Chriſtianis complicibus, quæ pax, tranquillitas & pene orbis inverſio inde reſilierit, teſtis experientia ipſa loquitur. Moneta eſt inſtrumentum vitæ, ait Keckerman. *in ſynopſ. Oecon. pag. 90.* & menſura contractuum, quando autem menſura caret ordine, neceſſe eſt mutari res in vitâ humanâ, proinde Lather. *de cenſ. 3. cap. 10. num. 46.* mutationem monetæ indicium eſſe evincit magnorum calamitatum, mutationis & everſionis reipublicæ, ut idcirco Principes ſtatusq; imperii non pauci regale hoc vel quaſi haud uſurpantes. Judæos in territoriis ſuis nequaquam tolerare volunt, referente Sixtino *de regal. 1. c. 5. n. 23.*

151 5. Inter indicia refert Bodin. *6. de rep. 3.* quoties † officinæ nummorum habentur privatim, ubi facilius fraus falſumque poteſt patrari, idq; longe citius, quam ſi publicè ſpectante magiſtratu, conſpiciente populo nummi cudantur, novum id opinor (ait) videri poſſit, præſertim noſtris præfectis monetalibus, non dicam Principibus, qui monetarum officinas habent, fere 20. at mirum videri debet nemini, qui intellexit modo, Romanos in tãto imperio unam tantummodò officinam habuiſſe, ubi nummi percuterentur, erat autem ipſum Junonis templum; tam ſacra ſcilicet res monetaria veteribus nec immeritò fuit, non tam ad præcavenda mala omnia, quæ monetæ depravatio paſſim generare in republica ſoleat, quam ut ficta gẽtilis nummis præſentia vel metu præſentis Deæ certiſſimæ, falſi vindicatricis, à falſo hoc immani homines deterreret. Præterea Marii Graditioni Tribuni plebis rogatione ſcholam monetariam conſtitui placuit, in quo nummi probarentur. Caroli Magni ſeculo, licet longe lateq; pateret imperium Roma-
154 num, coëgit tamen Imperator glorioſus omnes monetarum officinas in † Palatium regium, quo ſeverius & accuratius nummi fabricarentur. Poſtea verò quàm officinas plures ac privatas habere, & procul à Principe eas agere liceret, ratio quoque nummaria depravari cœpit. Bodin. *d. c. 3 pag. mihi 1078.*
155 quò pertinet trita juris brocardica: quod † clandeſtinatas dolum arguat, *l. fin. ff. de rit. nupt.* Cartin. Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 23. num. 9.* hinc Demonax Philoſophus accuſatus veluti religionis patriæ contemptor, deteſtatus eſt ſibi religionem ſeu ſacra Eleuſina videri ſuſpecta, quia non apertè ſed privatim ſacrificia fierent, Lucian. *in vitâ Philoſoph.* Tiraquell. *de pœn. cap. 11. num. 13.*

6. Accenſenda hic ſunt indicia ex locis generalibus petita, ut fama, converſatio cum falſariis, conſuetudo delinquendi, nominatio complicum,
156 & quæ alia. Porrò falſum raſuræ vel alterius † corruptelæ ante commiſſum monetæ peregrinæ & vilioris in provinciam invectio, financeria, &c. Decian. *tract. crimin. 7. cap. 23.* quoniam hæc ipſa per ſe delictum generent, falſiq; notam ferant, Farin. *5. qq. crimin. 115. num. 131.* quò pertinet commutatio monetæ, ut qui opulentiſſimos adeunt mercatores, uti loquitur Dn. Aleman. rogant,

gant, quot regales quot ducatos habeant, eos alia moneta commutare efflagitant, offerentes ad ſingulos nummos, ultra communem valorem, aliquid lucri, qui optimam pro peſſima acceptam pecuniam poculo aurario immittunt, coquendam curant, & iniqua commiſtura viciatam, ad alias regiones deferunt, &c. Aleman. *in palæſt. conſult.* 8. *quæſt.* 14. *pag.* 919. adde depenſionem, tranſpoſitionem, & commutationem monetæ injuſtioris, pro bona & legitimâ, Die Außwiegung / Umbſetzung / vnd Auffwechſelung / vel quæ famosè dicitur Kipfferey adeò uſitata & trita, proh dolor, ut fas nefasve vix ullum diſcrimen habeat, quâ inventione peculatus fraude & technis plus damniattulere infernales harpyiæ, tum qui connivendo non prohibuêre tanta mala, cum inhibere meritò deberent, cum qui ipſi illam funeſtam transfigurationem & recoctionem nummorum, reſtitutionem pro auro & argento cuprum, ſtannum, ferrum, ô lugeant æternùm Sathanæ complices! quam bella inteſtina civilia, quæ Germaniæ decorem, quantum ejus adhuc erat reliquum, penitus extinxerunt, ut veriſſima ſit pii Regis Bohemiæ Boleslai ſententia, dicentis: Nulla clades, nulla peſtilentia, nec non hoſtes totam terram rapinis incendiisque devaſtantes, magis populo Dei nocent, quam frequens mutatio & pejoratio numi, imò nulla peſtis aut infernalis Erinnys inclementius ſpoliat, perdit, attenuat Chriſticolas, quam fraus in numo herilis, *in paraneſ. ad fil. de mut. monet.* *lib.* 1. *Chron. Coſm. Prag. quam poſt alios refert* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concl.* 9. *n.* 10. Adde Vent. de Valent. *in parth. litig.* 1. *cap.* 13. *num.* 18. ait, † monetæ mutationem bonitatis extrinſecæ mul- 157
tas & inextribabiles parere lites, quam mutationem initium diſcordiis civilibus inter confœderatos Belgicas provincias præbuiſſe refert Meteran. *l.* 14. hanc inter Hollandiæ & Selandiæ populos, *anno* 1595. tantas quoq; moviſſe lites. Idem *lib.* 17. quâ de re Lath. ſupra citatus, & quanquam monetæ depravatio illa publica magna & inaudita non forte videri poſſet generâſſe præſens bellum Germaniæ, ſingulari tamen animadverſione dignum, quod gliſcente ab annis retro aliquot falſo monetæ, id demum exortis bellis Boëmicis in immenſum cœperit evagari incendium, prælucente & concurrente Cometa illo magno in anno Chriſti 1618. ipsâ domo Martis planetâ procedente, ac paulò poſt cum Marte conjunctionem agente, ſolemq; quadrato radio ſiniſtro offendente, quamprimum adeò miſſus ac viſus eſſet, non ut † moneta, 158
Cometa ſint indicia ſignave effectiva, ſed ſignificantia rerum magnarum mutationes, cumprimis quod † Cometa virga Dei monſtrata non ex fumo ali- 159
quo viſcoſo, ut tradidit Ariſtoteles, terreſtrique ſummè compacto & in aërem ſupremum evecto, ſed materiâ quadam ætherea & cœleſti ſine mixtura & accidentibus corporum elementarium generato, adeò, ut à quibuſdam mathematicis partus cœleſtis dicatur, † ſuper aſtra omnia poſitus, ne vel ve- 160
hementiori curſu ſtellarum ſubitò diſſiparetur, neve cometa ipſe celerrimo

ſuo

ſuo motu & circumagitatione, aſtra ipſa offenderet, cum exhalationes quæcunq; vix ultro milliaria 12. aſcendant, ſurſum ille vero longè ſupra 1000. Semidiametros excedat & elevetur, cujus operationes vel potius ſignificationes refert Bodin. *6. de rep.* 5. ibi: cum res incredibile adferat univerſis ac ſingulis detrimentum, quod deſcribitur hiſce verſiculis haud Grammaticalibus:

161 *Octo † mala fulgens Cometa per aëra ſignat,*
Ventus, ſterilitas, unda, peſtis dominatur,
Rixa fit atq; tremor, moritur Dux, verſio regni.

Silius Italicus prodigia, quæ ante Cannenſem pugnam præceſſerunt, deſcribens ſic ait *lib. 8. de bello punico.*

Obſeditq; frequens caſtrorum limina bubo,
Nec denſæ trepidis abſunt ſe involvere nubes
Ceſſaruntq; aquilis, non unus crine coruſco
Regnorum everſor rubuit lethale Cometes, &c.

Spectat huc locus Petri Pomponarii Mantuani *de futur. caſib.* quem citat Johan. Wolff. *tom. 2 lect. mem. pag. 956.* ibi: Deus curam gerens humani generis, non ſolum oraculis & prodigiis genus humanum admonet, verum & auguriis & aliis præmonitionibus. Multa enim ſunt quæ ex induſtria humana ſciri non poſſunt. Quare Deus & natura non deficientes, in neceſſariis, quæ per cauſas & ingenia humana perſcrutari non poſſunt, vel vix poſſunt, per ſigna diverſa & inſtrumenta homines admonent, & ea multiplicant ad majorem certitudinem. Unde in nativitate Auguſti, Alexandri & aliorum, quot vaticinia, quot prodigia in Elementis? cur corvus malum, & turtur aut grus bonum, pica tacens & garrula aliud ſignificat? In tantum ut prodeuntibus falſariis ſæpenumero indicia falſitatis ipſa elementa docuerint, quòd penè ſubmirandum eſt.

CAPUT XXXVII.

AD L. IULIAM DE VI PUBLICA.

SUMMARIA.

1. *Qui arma domi vel in villa præter venationis uſum uſurpat, hac lege tenetur.*
2. *Mercator ne lateri accingat arma.*
3. *Bombardam non niſi vir nobilis & egregius deportabit.*
4. *Quare ſeditionis arma eripienda?*
5. *Barbaros in media civitate armis accinctos ſubmiratur Ariſtoteles.*
6. *Quâ ratione uſus armorum promiſcuus inhibendus ſit?*
7. *Arma inſtrumenta ſunt rebellionis & tyrannidis.*
8. *Multi Politici ſtatuunt, ne victis confeſtim arma adimantur.*
9. *Conſilium turbæ ſeditioniſve ad hanc L. ſpectant.*

10. *Qua-*

10. *Qualiter ſoditio in caſtris militaribus ſuborta ſedari poſſit?*

11. *Quomodo factiones inter duces præcavendæ?*

12. *De mandatis avocatoriis quiſnam ea decernat & contra quos?*

13. *Præcipuum Cæſaris officium eſt, pacem tueri inter ſubditos.*

14. *Deteſtatio belli paucis deſcribitur.*

15. *Ducum circularium, quodnam officium bello apparente?*

16. *An ſtatus imperii habeant jus belli?*

17. *Utrum religionis intuitu & bella movere, & arma contra vim illatam capeſſere liceat etiam contra regem?*

18. *De rapina, incendio exorto, patrata?*

19. *Ratio edicti, quoad hanc legis de vi publica ſpeciem.*

20. *An & quo caſu dominus vel conductor ædium de incendio teneatur, quod vicinis nocuit?*

21. *Cur actor culpam incendii probare teneatur, ratione novâ redditâ?*

22. *An & quomodo Dominus ex facto familiæ teneatur?*

23. *Vicini domo dirutâ, ne ignis latius proſerpat, omnes in commune contribuunt, ut damnum datum reſarciatur.*

24. *Quæcunq; immediatè ex culpa fluunt culpæ regulariter imputantur.*

25. *Incendiarii doloſi, igni concremabuntur.*

26. *Non omnes minæ curandæ.*

27. *Qualiter cum minitatore incendiorum procedendum?*

28. *Inhibitiones Cameræ de non impediendo proſequi litem quomodo hic pertineant?*

29. *De turbatione contra ſententiam latam.*

30. *Lege Iulia tenetur judex cauſam ad ſe non pertinentem ſibi ſumens.*

31. *Civis Romanus contra provocationem, quâ ſe tutatus eſt Apoſtolus Paulus, ne verberator, occidator.*

32. *Pœna exacta vectigalis illiciti eſt capitalis.*

33. *Qualiter hodie contra flagellatores vectigalium procedatur?*

34. *Nobiles, Doctores, equites, diſpoſitione juris connectuntur quoad dignitates & privilegia.*

35. *Pœna non ſoluti vectigalis quæ?*

36. *Neq; Rex nec Cæſar ſine ſtatuum aſſenſu nova vectigalia indicere vel imperare poteſt.*

37. *Quomodo effractura, invaſio domorum, villarum, caſtrorum, ad hanc l. pertineant?*

38. *Heres bona ante obitum ægrotantis occupans perdit hæreditatem.*

39. *Pœna fuſtigationis dictari debet fractori pacis domeſticæ.*

40. *Qualiter ex conſtit. imperii fractor pacis publicæ teneatur?*

41. *De hoſpitibus bannitorum.*

42. *Ancilla non vendi ſic poteſt, ut proſtituatur, ſtupretur.*

43. *De pœna commentarienſis mulierem captivam ſtuprantis.*

44. *An ſuper conſtit. de pp. mandata ſine clauſula indiſtincte non ſint decernenda? uti ſtatuit Andr. Gail. multiq; illius aſſeclæ.*

45. *Pax publica omni re nummariâ precioſior eſt.*

46. *An & quando ſtylus judicii pro lege agnoſcendus?*

47. *Non videtur ſpoliatus, qui juſſu magiſtratus ſpolia tenetur reſtituere.*

48. *Mandata de non offendendo non niſi edoctis minis decernuntur.*

49. *Non præſumitur aliquis offenſus ſine cauſa juſta.*

50. *In cauſa fractæ pacis affectus quoq; coërcetur delinquendi.*

51. *Quando propriè conatus delinquendi puniantur?*

52. *Pax religionis fracta hodie ad Edictum præſens ſpectat.*

53. *Cognitio veritatis vel falſitatis religionis, qualiter ſuſpenſa ſit?*

54. *Non tolerandæ invectivæ & conciones ſeditioſæ Eccleſiaſticorum.*

55. *Attritis, per diverſitatem religionis, virib. Germaniæ, populi Orientales, uti ſubverendum eſt, rudera & reliquias imperii invadent, occupabunt.*

56. De jure patronatus vel præſentandi miniſtros Eccleſiarum.

57. Cenſura Eccleſiaſtica vigore conſtit. hujus de P.R. ſtatibus conceſſa, ſtrictè & limitatè accipienda eſt.

58. In Camera lites ſpirant & nunquam exſpirant.

59. Terminus emigrandi continet 6. menſium ſpacium in Camera.

60. Emigrationis beneficium eſt liberum & arbitrarium.

61. Minores imperii ſtatus quoq; religionem, quam ipſimet confitentur, introducere poſſunt.

62. De lectione librorum ſacrorum.

63. Non quales Sacerdotes ſint, Clerici conſiderandum, ſed quid de Deo ſentiant, loquantur?

64. In cauſa turbatæ religionis an mandata ſine clauſula decernenda?

65. Rationes dubitandi communes recenſentur, quibus ſubſternitur vulgata opinio.

66. In omni diſpoſitione attendendum eſt, non quid conſequenter, ſed primario debebat fieri.

SExta publicorum judiciorum ſpecies eſt vis publica & privata ex l. Julia. *§. item l. Julia. inſt. de publ. jud.* Committitur vis publica diverſimodè, unde *l. 1.3. §. 2.3.5.6. l. 5.7.8. & ſeqq. ff. de vi publica.* Feudiſtæ *ad tit. feud. de pac. tenend. & pac. Conſtant.* Bald. *in l. 1. ff. de pact. Conſt. Maxim. I. de pp. anno* 405. & 500. *Car. V. anno* 521. & *anno* 548. & 555.

1 1. Cum quis † arma, tela, aliave inſtrumenta gladiatoria, domi, ſive in villa, agro, præter venationis & navigationis ſive itineris uſum portaverit, coëgerit, *l. 1. ff. h. t. l. 2. §. eod. conſtit. Friderici in uſib. feudor. 2. tit. 27. §. 4.* ibi: Si quis ruſticus arma vel lãceam portaverit vel gladium, judex, in cujus poteſtate repertus fuerit, vel arma tollat, vel 20. ſolidos pro ipſis recipiat à ruſtico.
2 Mercator † negociandi cauſa per provinciam tranſiens, gladium ſuum ſellæ alligat, vel ſuper vehiculum ſuum ponat, non ut quem lædat innocentem, ſed ut contra prædonem ſeſe defendat, ſic *conſtit. reform. polit. Caroli V. de anno*
3 530. *§.* Dieweil auch/ diſponitur: ne † quis bombardam geſtet, ſive eques ſit, ſive pedeſter, niſi ſit nobilis & vir egregius, &c. & extant Maſſilienſium in Gallia leges & ſtatuta de armis per urbem haud tranſportandis, Bodin. 7. *de*
4 *repub. lib.* 4. ubi † arma (inquit) ſeditioſis ante omnia ſunt eripienda, quæ bellorum civilium præcavendorum vel tollendorum neceſſaria eſt medicina. Neque inſtitutum hoc novum & aſperum videri debet, ſcilicet quod ultima
5 hominum ætate repetitum uſitatumq; apparet, adeò ut † Ariſtoteles in polit. barbaros in ipſis civitatibus ferro accinctos ſubmiretur, ſed quid hodie? Sane Germanorum, Britannorum aliorumq; populorum moribus, id nõ modo licet, verum legibus Helvetiorum id pene neceſſarium eſſe conſtat, proinde tamen cædes, latrocinia occulta, ſeditiones & turbæ non raro derivantur.
6 Quicunque enim † armatum ſe intuetur, arrogantior, & ad inferendam tenuioribus injuriam efficitur audacior, leviſſimaq; de injuria ad cædem ferocior, qui vero exermis eſt, nec facilè injuria quenquam offendet, nec violatus confeſtim cædem patrabit, nec ignominiam contrahet eorum, qui ferro accincti, injuriam illatam armis repellere, ac vitæ diſcrimen inire recuſant.

Quaptopter Lutetiæ Pariſiorum, (quod hodie tamen inolevit) ait idem Bodin, ne breviſſimos quidem gladios ferre licet, quod antea in contentionibus, quibus ſæpiſſimè implicantur, ad cædem irati ilico prorumperent. Hinc Politicorum quorundam effatum ſonat, optimum eſſe arma privatis adimere, quæ † ſunt inſtrumenta rebellionum, animoſque rebellibus addunt non 7
minus quam tyrannis, allegant pro hac ſententia, 1. *Reg.*13. Quod tempore Regis Saulis non ſit inventus faber ferrarius in Iſraële, caverant enim Philiſtini, ne fortè facerent Hebræi gladios & lanceas, cumq; veniſſet dies prælii, non eſt repertus enſis aut lancea in manu totius populi. Quemadmodum de Gothorum quoque primis regibus Italiam occupantibus ſcribitur, quod uſum armorum hoſti ſubacto adimentes, imperium proſperè & quietè tenuerint. Quanquam † non pauci hanc exarmationem diſſuadeant, cumprimis, 8
quando populus exarmandus antea libertati ut plurimum deditus fuerit, qui raro aut nunquam nihilominus rebellare, ſeq; in ſtatum priſtinum vendicare, omnibus nervis intendit, neque enim omne violentum diuturnum eſſe poteſt, utantur hoc remedio illi, quibus placet magis metu, quam obſequio, timore quam amore imperare, unde perelegans locus Sophoclis in Philo ctene *pag. mihi* 365. ibi:

—— Ego cum eſſem juvenis,
Linguam otioſam, manum habebam ſtrenuam,
Nunc multa expertus, video
Linguam non manum omnia gubernare.

Alias dici vulgò ſolet: quod arma in manu viri prudentis pacem apportare ſoleant, item, oſtende bellum, ut habeas pacem, Alb. Ger. 3. *c.*11. ubi diſquirit, utrum Cato Hiſpanis rectè ademerit arma, qui nec vitam ſine armis habendam dixere, ſed quid facerent (inquit) Hiſpanorum inquieta ingenia, gens nata in ſtaurandis reparandiſq; bellis, conſciverunt ſibi mortem multi ademptis armis. vide Jul. Cæſar. 2. *de bell. Gallor.* 4.

2. Qui † turbæ ſeditioniſve faciendæ conſilium inierit, homineſq; in 9
armis habuerit. *l.* 2. *ff. h. t.* quæ delicti ſpecies, ſiquidem vis Imperatori vel imperio Romano hoc modo inferatur, ad caput legis Juliæ majeſtatis propriè pertinet, qua de re ſupra *c.* 1. *&* 2. *hujus libri* 2. Sin ſtatui, vel privatis imperii R. ſubditis vis hæc intendatur, potiſſimum lex Julia de vi publica hic locum habebit, quod niſi ſic declarare liceret, profectò confunderentur hic tituli & materiæ juris, quod fieri non oportet, quantum vero explicationem *d. l.* 2. nempe quid ſeditio, quocunque modo & pacto patretur, qui ſeditioſi plectantur, porro quid homines in armis habere importet, attinet, ea quidem in tit. criminis læſæ majeſtatis ſat ſuperq; abundat, nec lucis parum hic adferre poteſt, quò lectorem brevitatis ergo remitto. Saltem hic de † ſeditione in 10
caſtris ſubortâ, & qualiter ea ſopienda ſit, dicam. Cornel. Tac. 1. *annal.* hac de

re ſic ſcribit, exercitus (ait) ſeditio non vi & violentia, ſed blanda demum o-
ratione eſt cohibenda, item armatum vulgus comitate demulcendum eſt,
non armis & fortioribus remediis irritandum, Thucydid. *lib* 3. aliàs (*inquit*)
idem *d. loc.* ſi nihil hinc profeceris, ſeditioſi adverſus hoſtem educendi ſunt,
quo pacto quietiores erunt. Henric. Ranzov. *in tract. bellico lib. 2. c. 16. num.* 2.
hanc ponit cautelam, ut ſeditione graſſante accedant nuncii, referentes ho-
ſtem adeſſe, factoq; ingenti clamore & claſſico cantu militem ad arma convo-
cantes, ſedatâ rebellione, auctores ſeditionis in conſpectu totius exercitus
11 puniantur. Sic † Eumenes, ut refert Plutarch. in vita ejus, cum omnia tumul-
tuoſe agerentur, & factiones miſcerent ipſimet belli primates, veritus, ne
quid in ſe, quippe qui dominatum affectabat, crudelitatis quicquam decer-
nerent, argenti penuriâ ſe teneri commentus eſt, & ab his potiſſimum, qui-
bus cum illi ſimultates erant, plura talenta mutuatus eſt, quo & majorem er-
ga ſe fidem haberent, & de mutuatâ pecunia ſolliciti manus à ſe comprime-
rent, quâ re effecit, ut opes alienas ſui corporis præſidio haberet.

Sed ſecundò hujus ſpeciei membro addamus ſaltem hoc, quod non
tam ſtringente læſæ majeſtatis causâ, quam offenſione ſtatuum imperii vel
12 ſubditorum imminente, Cæſar vel Camera † mandata avocatoria ſine clau-
ſula decernere ſoleat, & contra duces exercitus, & ipſos milites gregarios, ne
prece vel precio militent. *ord. Camer. p. 2. tit. 9. & 15.* ubi Ciſner. Imperator per
13 fecialem vel heroldum ſuum inſinuare ſolitus eſt hæc mandata, cum † pacem
& ſalutem publicam tueri nulli magis, quam Imperatori conveniat. *l. 3. ff. de
off. præſid. §. 1. de pac. tenend. §. 1. de feud. prohib. alien. per Frid. Novell. 1. in princ.
receſſ. Imp. de anno 567. §.* So hetten wir/ꝛc. *receſſ. Spir. de anno 570. receſſ. de
anno 603. §.* Vnd ob wir wol/ꝛc. cumprimis verò reſpiciendum, utrum fluctus
belli ingerentes amicabiliter poſſint ſedari, ne ſi bello bellum frangere ſata-
gens, furtis, latrociniis, rapinis omnia impleas, luctu domos funeſtas relin-
quas, cum vaſtentur bello omnia, ſqualeant municipia, affligentur coloniæ,
agri quaſi ſenio confecti marceſcant, unde tritum illud: miles non poteſt non
nocere, & priuſquam bellum incipias, plus nocuiſti patriæ, quam ſis profutu-
14 rus victor, & gloſſ. *in l. 1. C. publ. lætit lib.* 12. ait: Quod † bellum perditionem
animæ, corporis & ſubſtantiæ pariat, Lucan. 1. *de bell. civil.* ait.

Heu quantum terræ potuit pelagiq; nocere,
Hoc quam civiles hauſerunt ſanguine dextræ.

Et refert Anton. de Guevar. *in horol. princ. lib. 3. c. 14.* quod bello aratra con-
vertantur in arma, boves in equos, ſtimuli in lanceas, vomeres in ſagittas, tuni-
cæ in loricas, ſimplicitas in malitiam, juſtitia in violentiam, nullumq; nefas
exemplo careat. Denique immanitatum omnium epitome, & calamitatum
univerſarum farrago dicitur, Hering. *de fidei. c. 10. §. 22. num. 5.* Gail. 1. *de pp. c.* 1.

Porrò amicabili via, pacto & pace ſpreta, conditionibus æquis à refra-
ctariis

ctariis prorſus repudiatis, dubium non eſt, quia juxta modum præſcriptum † 15
duces circulares authore Imperatore, junctis virib. vi armatæ reſiſtere, atq;
vim vi repellere jure queant. *l. 54. §. 4. ff ad l. Aq.* quæ vis & injuriæ inſtantis
depulſio prima & præcipua eſt belli gerendi cauſa & caput bonæ ſpei, occulta
quadam internaq; vi militem ad triumphales illas terras deducens, ut ait Lipſ.
5. polit. 3. juxta illud:

Frangit & attenuat vires in milite cauſa,
Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Vel ut alius Poëta cecinit:

Cauſa jubet ſuperos melior ſperare ſecundos.

Cujus farinæ plures recenſet Theodor. Reinkingk *de regim. ſecul. 2. claſſ. 3. cap.*
2. cum multis ibidem allegatis, Frid. Schenck Baro à Tautenb. (qui ſe can-
didatum juris appellat, atque in ſcholis jus feudorum ſe diſputaſſe jactitat,
2. feudor. c. 23.) *2. feudor.* 28. Petr. de Ravennate *d. loc.* §. 1. ubi † jus belli tribu- 16
unt imperii ſtatibus quoque, Cæſare id ſpecialiter haud permittente, prout
Warem. ab Erenberg. *de fœd. 1. c. 2. num.* 56. idem principibus Germaniæ ad-
ſcribit, quorum ſententiæ hæc mica addatur ſalis, 1. modo ſtatus illi contra
ſolos ſubditos rebelles & contumaces arma capeſcant, *l. 2. §. fin. Cod. de ſport.*
Bald. *in l. 2. nu.* 70. *Cod. de ſervit.* hinc uſitatæ etiam hujus noſtræ Curiæ Du-
calis, clauſulæ mandatorum executorialium, das gegen Beklagte nunmehr
manu militari exequirt werden ſoll / uti nuper ita fuit decretum in cauſa mã-
dati de ſolvendo Kauffmans Innung zu Hannover contra nobiles de L. 2.
nec forma in imperii conſtitutionibus expreſſa excedatur, quæ extat *anno*
1555. 1570. 1576. 1582. 594. 598. qua forma ſervata & militem conſcribere,
delectum agere & ad arma vocare poſſunt, annuente nimirum circuli duce,
dd. conſtit. imperii, &c. Acriter autem hic diſputare ſolent, an religionis intui-
tu arma capere liceat contra religionis hoſtes? Reinkingk *d. loc.* inter † cau- 17
ſas belli ſuſcipiendi juſtas, cauſam hanc ponit, ita tamen, ne cui jus belli com-
petit, arma contra ſuperiorẽ ſtringat. Lutherus ſuper hac quæſtione à prin-
cipibus Germaniæ conſultus idem reſpondit, unde Bodin, *2. de rep. 1.* negavit
hoc, *(inquit)* Lutherus, neque tamen Principibus id perſuaſit, quod ut ut ſit
negaſſe hoc Lutherum diſſimulandum non eſt, *tom. 3. in loc.* Ob Kriegsleute
in einem ſeligen Stande ſeyen/ rc. affirmâſſe verò in conſilio exhortatorio ad
Germanos ſuos, ibi: Weiter wann es zum Kriege kompt / da Gott für ſey/ ſo
will der Theyl ſo ſich zur Wehre ſetzet/ nicht auffrühriſch geſchulten haben noch
ſchelten laſſen/ rc. Idem *tom. 5. Jenenſi pag. 280. & ſeqq.* Vide etiam Apologiam
wider den Meuchler zu Dreßden / *pag. 304. d. t. 5.* ibi: Wo die Obrigkeit will
wider Gott vnd Recht vnſchuldig Blut vergieſſen/ von ſelbigen Tyrannen hat
D. Luther geſchrieben/ vnd nicht von der Obrigkeit / die rechte gute Sachen
hat/ rc. luculentius hæc tractat & extendit idem *tom. 5. pag.* 308. & Melanthon

in præfat. prædict. exhortat. ad German. ibi: Dieweil dann gewiſslich / ꝛc. & ibi: So ſein wir gewiſs / daß die Gegenwehr recht iſt / ꝛc. Sed quia parum abeſt dubitare, quin tutò thema hoc ventiletur preſſius, hic finem facio, memor dicti Caii Mutii, tempore belli nec audire nec intelligere ſe leges civiles, reſpondentis. Hier. de Cavall. *in ſpec. com. opin. q. 906.*

3. Hujus delicti ſpecies eſt raptus fœminarum vel puerorum, *l. 5. §. 4. ff. h. t. §. item lex Julia. inſtit. de pub. jud.* quæ quia ſupra in loco de raptu & luxuria contra naturam ſatis ſuperq; eſt declarata, ulteriora vel retro cocta huc afferre nolui, depropero itaq; ad alia.

18 4. Itaque ſpecies eſt † rapina, vel quoq; conatus rapiendi incendio exorto, *d. l. 3. §. 3.* idque ratione communi, quod in delictis atrocioribus pœnâ æquè coërceantur conatus quam delicta conſummata, *l. 4. ff. ad l. Jul. maj. l. ſi quis. C. de Epiſc. & Cler. l. 30. ff. ad l. Jul. de adult.* nec non, quod raptor, delicti realiter patrati, pœnâ legis Juliæ de vi publica ut maximè teneatur, *d. l. 3.* quâ de re de rapinis infra locus dicēdi erit oportunior. Adde, quod prætor delicta hæc acerrimè quoque perſequatur, §. 18. *inſt. de act.* nempe qui naturalem rationem ante oculos habere præſumitur, *l. quod Epheſi ff. de eo, quod cert. loc.* Ac
19 quid verò † abſurdius, inhumanius? hominem commiſeratione dignum, plagâ divina jam ictum, incendio afflictum, rebus, quibus flamma pepercit, ſpoliare exuere, *argum. c. at ſi clerici. §. fin. ff. de jud. l. 14. ff. de off. præſid. l. 28. ff. de epiſc. aud.* Zaſ. Jaſon *& Dd. paſſim in d. §. 18. inſt. de act.* Ubi quæri ſolet
20 communiter, utrum & quibus in caſibus † Dominus vel conductor ædium teneatur de incendio? deciſio *in l. 11. ff de per. & commod. rei vendit.* patet, adeò ut ſi ignoretur, an culpa miniſtrorum incendium factum ſit, inter caſus fortuitos malum naſcens enumeretur, quorum nulla dicitur obligatio, *l. 13. ff. de R. V.* Alexand. *conſil. 74 volum. 6.* Gail. 2. *obſerv.* 22. niſi quis per conventionem eos in ſe derivaſſet, vel mora pro re nata caſum præceſſiſſet, *c. un. de commod.* Sin culpa ipſius Domini apparet, nihil ambigendum, quin teneatur. *d. l. 11.* latè & nervosè Betlich. *in concl. pr. p. 4. concluſ. 24. & ſeqq.* ubi per culpæ ſpecies paſſim tranſit, & qua demum teneatur Dominus, decidit. Alias dubium non habet, quin conductor ædium de culpa omni teneatur, exceptâ leviſſimâ caſuque fortuito, *l. 28. C. locati.* quem, ut dixi, nemo præſtare cogitur, nec movet, quod Alfenus *in d. l. 11.* incendium ſine culpa fieri non poſſe contendat, adeoque inter caſus improviſos haud ponendum? Eberhard. *in top. in loc. à comm. accid. l. 3. §. 1. ubi Dd. ff. de præſ. vig.* multominùs probandi onere revelandum poſſeſſorem domûs incenſæ, nempe ne docere teneatur, ſuæ familiæ culpa incendium haud exortū fuiſſe. Etenim ætiologia juris eſt: quod præſumptio legis onus probandi in eum, qui præſumptione gravatur, transferat Blanc. *de ind. pag. 597.* Sed reſpondent vulgariter, quod *d. l. 11.* ad culpam latam & levem ſit reſtringenda, quâ diſtinctione admiſsâ, res eſt expedita.

Alex.

Alex. *conſil.57.volum.1.gloſſ.in §.praeterea.quibus mod.re contr.obligat.* Jaſon
in l.6.§.7.ff.de edend.num.30. exiſtimo † ll. latores hic jus ſtrictum ex oculis 21
poſuiſſe, nec incendio ſat afflictum, præſumptione hujuſmodi aggravare, ne
afflictio addatur, *d.c.at ſi clerici.* quod inde non obſcure colligitur, quando-
quidem actor potius culpam incendii teneatur docere, Salycet. *valdè ſingular.*
in d.l.11 Berlich. *d.loc.* Sed an reus actore probante, noxæ dedendo familiam
liberetur? ita videtur contendere Ulpian. *in l.1.ff.ſi fam.furt.feciſſ.dicat.* quæ
ſententia familiæ ſervilis reſpectu certa eſt in jure priſco, hodie familiâ exi-
ſtente liberâ, hoſpes ex facto hoſpitis, † dominus familiæ reatu hoc paſſu 22
paſſim tenetur, Salycet. *d. loc. & in l. quæ fortuitis. C. de pign. act.* ubi diſtin-
guunt communiter & rectè, an familia circa officium, incendio cauſam de-
derit nec ne? ita ut quoties extra miniſterium ſibi commiſſum peccârit, do-
minus haud teneatur; neque etiam omne; quodcunque geritur cum inſti-
tore, dominum obligat, Marſil. *in ſing.506.num.6.* adeò ut hæſitandum ſit,
teneaturne dominus ex facto amici, quem habet domi pernoctantem, quem-
que nec in miniſterio, nec ut hoſpitem peregrinantem recepit. *Dd. in l.unic.*
§.fin.ff.ſi adv.naut.caup ſtabul.

Porrò qui incendi cauſâ vicinas ædes intercidit & demolitur, ſive man-
dato judicis, ſive motu proprio id faciat, actione l. Aquiliæ vix tenebitur, *l.ſi*
quis fumo.49.§.1.ff. ad l. Aquil. quoniam ea, quæ ex improviſo caſu potius
quam fraude accidunt, fato non noxæ imputari ſoleant, *l.1. C. ad l.Aquil.de ſi-*
car. niſi † domo vicina dirutâ, vicinia inde liberaretur, quo caſu vicini in 23
commune contribuant, quò damnum datum reſarciatur, non ſecus, ac ſi flu-
ctuanti mari, dum pro navi exoneranda ejiciuntur merces, cæteri, qui res ſuas
retinuêre integras, damnum paſſis ſubvenire coguntur, *l.1.2.ff.ad l.Rhod.de*
jactu. hinc Baldi regula *in conſil.491.* quod damnum pro communi utilitate
acceptum commune eſſe debet.

Denique culpâ caſum fortuitum partim generante, nedum relevat cul-
pabilem. *c.2.ext. depoſ. c.un.ext.commod.* Felin. *in c.inter.n.20 de except.* Bart.
in l.5.§.7.ff.commod. ubi ait: quod † ea, quæ immediatè à culpa veniant, cul- 24
pæ regulariter imputentur, Ceph. *conſil.362.volum.3.* Natt. *conſil.74.volum.1.*
Sic ex facto nobilis quidam in Camera ex l.Aquilia condemnatus fuit, qui ru-
ri in columbam ſuper columbario ſedentem, globulum bombardâ emiſerat,
& præter opinionem occulta pulveris vi, tuguria aliquot ruſtica incenderat,
referente Gail. 2. *obſerv.22.in fine.* textus hac de re eſt valde ſpecioſus JCti
Pauli *in l.30.§.3.ff.ad l.Aquil.*

Quod incendiarios doloſos attinet, illos † conſtitutione criminali Ca- 25
roli V. ſeverius puniri *conſtat. art.125.* ibi: Die boßhafftige Brenner ſollen
mit dem Fewer vom Leben zum Todt gerichtet werden / *l.9.l.fin. Cod. de inc.ruin.*
nauf. jure ff. capite plectuntur incendiarii ejuſmodi, *l.10.ff.ad l. Cornel.de ſicar.*

Damhoud. *in pr.crim. c.*103. quæ pœna eos quoque tenet, qui minitantur incendia, dicentes, rubrum gallum ſe tranſmiſſuros ad ædes alicujus, quâ pœna cumprimis tenentur hi, qui pro levioribus vulgo habentur ſociis, iisq; qui
26 ſoleant minas ſuas exequi, Damhoud. *d.loc.* minæ † vanæ enim non ſunt operosè curandæ, juxta illud Sophoclis *in Oedip.Colon.pag.mihi* 264. ibi:

Multæ vero minæ, multa inania verba
Per iram effunduntur, ſed mens quando
Ad ſeſe redit, evaneſcunt tales minaces voces.

Neque etiam omnis minitator pro incendiario habendus, qui carceri ſolet includi, donec ſufficientem de non offendendo præſtet cautionem, vide Berlich. *p.4.concl.pract.concl* 21.22.23. neq; diſtinguitur, ſive privato ſive commu-
27 nitati aliquis † incendia minatus eſſet, modo ne præter minas ad actus aliquos delicti attentati perveniſſet, *receſſ. imp. de anno* 155. §. Solches alles abzuſtellen. & §. Wir ſetzen/ordnen/ꝛc. *&* *ord. Car.V.art.*128. neque conſideratur hoc, utrum ſub conditione (nempe ſi hoc vel illud non quis dederit, fecerit) an purè minitatio facta fuerit. *Conſult. Saxon. tom.*1. *p.* 4. *quæſt.* 40. quam allegat & ſequitur Berlich. *d. concl.*22.*num.*23.

5. Legis Juliæ ſpecies eſt, quoties dolo malo quis fecerit, quo minus judicia tutò exerceantur, aut ut oportet, judicetur. *l.*10.*ff.h t.* quo caſu decer-
28 nere ſolet † Camera inhibitionem de non impediendo proſequi litem, quæ quoque decernitur, cum appellans appellatione pendente à judice à quo, ne proceſſus proſequatur, impeditur, moleſtatur, *l.*1.*ubi Dd.ff.ne quis eum, qui in*
29 *jus voc.*&*c. l.*8.*h t.* Similis ratio eſt, cum quis † turbatur contra ſententiam latam judicis, cujus officium in hoc potiſſimum verſatur, cauſa deciſâ, defendere pronunciata, & concuſſionis crimina ſeriò inhibere. Adrian. Gilman. *tom.*2.*ſymph.in præjud. Camer.pag.*109. & 126. Frid. Mindan. 2. *de mandat.c.*
30 19. eâdem hac † lege Juliâ tenetur judex incompetens, cauſam ad ſe non pertinentem ſibi ſumens, in eaq; judicare attentans, idque ideo, ne procedat nulliter, & judicia, in quibus Dei præſentia viget, *l.*13.*Cod.de jud.* eluſoria faciat, Vant. *de null. ex def. juriſd.* Ruin. *conſil.* 61. *volum.* 5. Zaſ. *in l.* 2. *ff. de juriſdict.* cumprimis hic vide Frid. Mindan *lib.*2.*de mandat.c.*29. qui hanc l. Juliæ ſpeciem luculenter explicavit.

31 6. Species eſt, quoties imperium poteſtatemq; exercens † civem Romanum contra provocationem factam occiderit, verberaverit, juſſeritq; tale quid fieri, aut in collum quid injecerit, ut torqueretur, item qui legatos oratores pulſat & offendit, *l.* 7. *ff. h.t.* Quo jure Apoſtolum Paulum uſum fuiſſe videtur, qui Hieroſolymis vinctus & incarceratus, cum allegaret perſonæ ſuæ privilegium, nempe, quod civis Romanus eſſet, Romam miſſus eſt. *Actorum c.* 22.& 23.

7. Species eſt, quandocunque vectigalia nova exercentur. *l.fin. ff. eod.* aliâs

aliâs † pœna exacti vectigalis illiciti eſt capitalis,ſeu ex l. Julia de ambitu,quæ 32
100. aureorum mulcta erat, junctâ înfamiâ,*l.un.§.fin.ff.ad l Jul.de amb.*Cujac.
*9.obſ.*31. flagellatores vectigalium plectuntur perpetuo exilio,*l.4.C.vect. nov.*
inſt.non poſſ. nonnunquam mitius agitur ex Prætoris edicto.*l.1.§. 3.ff.de publ.*
& vect. Quemadmodum † hodierno jure, quo utimur,vectigalia illicita ex- 33
ercentes, mandatis ſaltem pœnalibus coërcentur,ut quod præter fas exactũ
fuerit, reſtituatur in duplo , triplo, quadruplo, & prout utilitas privatorum,
& vigor diſciplinæ publicæ id admittit. *receſſ.Ratisbon. de anno* 1576. Gilm. *d.*
*tom.2.pag.*191.*in deciſ.Cameral.*deinde vectigalia illicita reſpectu perſonarum
inde exemptarum,exercentur, quales ſunt Clerici,Scholares Ambaſſatores,
Legati.Johan.Hottom.*in tract.de la ſcharge & dignite de l' ambaſſadour,cap.* 5.
Rebuff. *de priv.pag.*156. Bart. *in l.fin.§.fin.ff.de public. & vectig.* Thom. Maul.
in tract.de homag.ſubject. tit. 10.*num.*28 *& ſeqq.* † Nobiles,Doctores,Equites, 34
*l.*8.*C.de vect.* Hott. *d.loc.* qui regulariter reſpectu privilegiorum & dignitatis,
diſpoſitione juris connectuntur, ut ait Reinkingk *1.claſſ.5.c.fin.num.39.receſſ.*
*Auguſt.*1500.*§* Item die vom Adel/ſo nicht Ritter oder *Doctores* ſeyn/ *& re-*
form.polit.anno 1530.*rub.* von Adeln/ *& tit.* von Doctoren. D.Johan. Wurm-
ſer *exercit. Acad. de jure publ.* 6. *quæſt.* 14. Wehner. *obſerv.pract.verb* Zoll.
*num.*4.*pag.*719. ubi tamen ſubjicit, has perſonas, & quicunq; immunes ſunt
à vectigalibus,nihilominus mercium tranſportationem publicanis intimare
& profiteri teneri ſchedulamq́; immunitatis den Paß-Brieff / Freyzettel /
Zollzettel/ impetrare teneri, *per jura ib.alleg.* quibus ſubſcribit Maul. *in tract.*
*de homag. tit.*10.*num.* 54.porrò aſſeſſores, conſiliarii ac officiales Principum,
eorumq; ſupellex & cibaria,quæ pro victu & amictu ſecum vehunt, huc per-
tinent, cum & non privilegiatorum cibaria ſoleant à vectigali exempta & li-
bera eſſe.*l.fin.§.divus ff.de vect.* Wurmſer *d exercit.Acad.6 quæſt.*15. ubi tamẽ
notanter ſubdit, hæc jura in totâ ferè patriâ ab aulâ receſſiſſe: ſaltimq́; eo-
rum reliquias in hoc reſtare, ut ſi forenſis fortè conſuetudinem hanc igno-
rans vectigal non ſolverit, excuſetur à commiſſo.

Pœna † neglecti & non ſoluti vectigalis eſt ipſius rei caducitas vel com- 35
miſſum.*l.14.l.fin.* §.12.*ff.eod.* Maul.*d.tit.*10.*num.*50. Wurmſer.*d.exerc.6.q.16.*
ubi quoq; tractat,an hæc pœna ipſo jure vel per ſententiam declaratoriam irroge-
tur. Jure Saxonico quadruplum pœnâ commiſſi præſtatur. Landrecht *art.*
27.*lib.*2. Quemadmodum citra fraudem, errore ſaltem vectigal non penſi-
tans, duplum inferre jure communi tenetur.*d.l fin.§.*10. Scire enim oportet
telonia non temere defraudanda, indicandumq́; quid, quantumve vehatur?
licèt res ab exactione quoque ſit immunis. Bart. *in d.l.fin.* §. 10. Joh. Thilem.
de Benig. *cent.1.obſ.Camer.*83. Utrum Imperator ſine conſenſu imperii pro-
cerum nova vectigalia conſtituere vel eam et ſtatibus concedere ſolus poſſit,
diſquiri ſolet? Sed ne in immenſum creſcat hæc materia, remitto lectorem

 ad ea

ad ea quæ de hac quæſtione ſcripſere Bodin. 1. *de rep.* 8. Commin. 10. *com. de reb.geſt.Ludov.*11.ubi dicunt,quod neque Hiſpaniæ nec Galliæ Rex ſine ordinum conſenſu ea indicant: vide Mynſ.5.*obſ*.29. Vult.1.*feud*.5. Reinkingk *lib.* 1.*claſſ*.5.*c*.6. & 1.*claſſ. de regim.ſecul.c.*2.*num.* 147. Wurmſer *in exercit. Acad. de jure publ.*6.*quæſt*.13. Maul.*de homag. ſubject. tit.* 10.*nu.* 13. ubi concludunt,
36 quod nec Imperator in imperio ſine ordinum applauſu, nec Princeps in territorio ſine conſenſu Imperatoris, ſtatuumq; approbatione vectigalia nova exercere queat.

37 8. Species eſt,quoties † ædes alienæ,villæ,arces effractæ, expilatæ & direptæ fuerint. *l.*2 *l.*3.§.*fin. h.t.* Pœnâ ex eadem l. Julia in raptores capitali conſtitutâ,*l.*11.*eod.* ſi abſque armis vis facta,publicatio bonorum,ſin ſine hominibus coactis vis commiſſa proponitur,deportatio decerni ſolet. *§. 9. Inſt. de pub jud.* eaq; maxima, cum interdictione aquæ & ignis. *l.*10.*§.*2.*ff. h. t.* atque hic raptor quoque interdicto unde vi etiam conveniri poteſt, *l.*1. *ff. de vi & vi armat.* Spec.*de reſt ſpol.*§.1.*num.*11. *Dd. in l.*7.*C.unde vi,jus Saxonic.* 3. *art.*
38 84. diſponit,ut ſiquidem † heres bona alicujus occupet ante obitum ejus, quæ ab inteſtato habiturus erat,ea perdat: Eodem jure vis publica cum armis & coactis hominibus facta punitur fuſtigatione,ſi vilis eſt reus & plebejus homo, nobilis ob vim factam relegetur ad decennium,vel ad tempus in vincula mittatur,atque juxta damni dati æſtimationem ejusq; refuſionem con-
39 demnetur. Coler. *in deciſ.germ. deciſ.*155.*num.*16. ubi teſtatur, quod etiam † pœna fuſtigationis dictari debeat fractori pacis domeſticæ,ut cum in ædes privati irruat,fores perfringat,dominum vel familiam plagis excipiat, vel injuria alia graviori afficiat, cum domus cuiq; tutiſſimum præbere debeat præſidium atque refugium.*l.*8.*ff.de in jus vocand.* ita accidiſſe ait tribus militibus, qui cauponem aliquem multis initio illuſionibus tractatum,coëgerunt invitum tandem ſecum potare. Cæterum ſi vis illatæ ergò civiliter ſaltem agatur, tradit præterea ſingulos puniri reos in ſingulis Werigeldis,emendariq; delictum judici,cum ſexaginta ſolidis. Fachſ. 1.*diff.*61. Hartm. Piſtor.1.*q*.16. Zobel. *p*.4.*diff*.14. Sneidw. *in §.recuperand.n.*9.*inſt.de interd.*

40 Vigore conſt. imperii † pœna vis publicæ eſt proſcriptio ſive bannum imperiale. *Ord.Cam.*2.*t*.4.*conſt.de pp. Max.de anno* 495. & 500. & *conſt. Car. V.de anno* 521. & 548.551.& 555. quæ pœna etiam receptatores,defenſores & patronos proſcriptorum complectitur. *l.*1.*ff de recept.l.*40.*ff.de pœn.dd.receſſ. imp.* hinc illud:peccatorum quidem remedium eſto, defenſio vero nulla. Sophocles *in Oedip. Colon.p.* 287. adeò ut bannitus nullâ hoſpitalitate dignus cenſeatur,quo cum nec orare oporteat.*c.*2.*de exc.Plat.* 2. *de ll.* 6. Tiraq.*de jur. retr.*§.1 *concl.*9.*num.*27. Damhoud. *in pr.crim.c.*13. ubi tamen facti error excluditur, *c.felices.de pœn.in* 6. Joan.Thil.de Benign.*deciſ.Cam.*4.*decad.*3.*vol.*5. ignorans enim non contemnit Cæſarem nec mandata ejus. Bart. *in l.* 5. *ff. de recept.*

recept. modo ne facti notorii error allegetur, cum notorium ignorantiæ præ-
ſumptionem tollat. *c.1.de elect.& poſt prælat.* porrò quoque à pœna relevat, ſi
quis ſolummodo per noctem foveat † bannitum, quoniam caupones, & ſi 41
qui ſunt hoſpites alii, ſingulorum conditiones inquirere non teneantur,
quod pluſquam incivile foret *l.un.§.fin.ff.furt.adverſ.naut.caup. adde conſtit.
Car.V.de anno 522. conſt. Auguſt. de anno 548. & conſt. Ferdin. de anno 559. §.*
Nach dem aber/ *& receſſ. Aug.de anno 866. Max.I. §.* Wir ſetzen/ *& receſſ. de
anno 567. Ratisb.* ubi deſcribitur prolixè gravis illa executio contra proſcri-
ptos, eorumq; receptatores Gothanos ſumpta, & *receſſ.circul.in anno eodem.
§.* Auff ſolches/ in quo receptatores ſuſpectos fugitivorum actione ad pur-
gandum ipſemet Cæſar convenire & perſequi minatur.

Atque hæc proſcriptionis pœna adeo ſtringit, ut quoque mulieres re-
ceptatrices coërceat, Mynſ. *5.obſ.58.* quæ tamen non ſeverius plectatur, Clar.
in §. homicidium.num.65. ubi ſtatuit, quod mulier bannita impunè adulterari
non debeat, idq; argumento *l.5.§.3.C.ad l.Jul.majeſt.* Johan.Bonifac. *in tract.
de furt.§.animo lucri fac. num.* 74. pertinet huc, quod † Patroni olim ſummâ 42
antiquitatis integritate, vendituri ancillas virgines expreſſe paciſcerentur, ne
virgines proſtituerentur, ſed incorruptus earum permaneret pudor. *l.1.C.ſi
mancip.ita ven. ne proſtit.l.10.§.1.ff.de in jus voc.§.fin.ubi Dd.inſt.de noxal.act.*
prout quoque de † muliere captiva receptum jure extat, ut ſiquidem à cuſto- 43
de carceris ſtupretur, is gladii animadverſione dignus ſit, uti ſtatuit Dam-
houd. *in pr.crim.c.17.* Guid. Pap. *deciſ.* 448. Par. de Put. *de ſynd. verb. adult.
in princ. incipit.officialis. num.1.* licèt hanc ſententiam duram eſſe dicat Mo-
deſt. Piſt. *q.92.num. 6.p.2.* quoniam ſine lege aliquem interficere nobis non
ſit integrum, ſunt verba Berlich. *d.p.4.concl.36.num.12.* qui diſtinctione the-
ma hoc reſolvit, nec dubitat, quin furioſam vel mente captam ſtuprans ulti-
mo ſupplicio afficiendus ſit. *d.p.4.concl.fin.*

Porrò hæc proſcriptionis nota quoque clericos ſive pacis publicæ fra-
ctores ſive receptatores afficit. *receſſ. Ratisb. de anno 598. §.* Danében ſollen.
Mynſ. *d.cent.5.obſ.58.* Gail.*1.de pp. c.1.& 2.c.4.num.21.* Gylman. *in d.deciſ. pag.*
125. qui priuſquam pœnam luant, ordinibus ſolenniter degradati, honoribus
demum exui, & ſeculari Curiæ tanquam membrum abjectum & morboſum
de medio tollendum, tradi debent. *c.prælatus.ext.de homicid.* Spring. *de pac.
rel. c.2.adde conſt.Max.de anno 495.& conſt. Aug. anno 548. §.* Doch auch geiſt-
liche Perſonen/ cujus rei exemplum memorabile recitat Sleidan. *lib. 4. pag.*
111 *& lib.6.pag.159.* Naucler. *in geneal.vol.2.gen.81.pag.323.* Hieron. Oſor. *in
hiſt.Af.lib.4.*

Super † conſtitutione de P.P. non decernenda eſſe mandata ſine clau- 44
ſula indiſtinctè tradit Gail.*1.de pp.c.6.* Quæ ſententia uti ſuſpecta nobis viſa
fuit, ita ſequentibus hiſce eam vix ſubſiſtere poſſe demonſtrahimus. 1. Quia

judex ſuperior ſine clauſula præcipere poteſt in his, quæ ad tuendam juriſdi-
45 ctionem vel pacem publicam conſervandam, † cujus ſalus omni re nummariâ precioſior eſt, ſpectant, *l.9. ff. de off. proconſ. ubi Bald.* Quidni ex hâc cauſa? cum parium imò eorundem idem ſit effectus, ²· ſequitur hoc, nempe quod melioris conditionis ſit is, qui ſpoliat rebus vel vitâ proximum vi armata, pacemq; publicam, bonum tantum, cui nec orbis totius Gazæ poſſunt comparari, quam qui privatim pignorat, canes venaticos, retia, haſtas, ligones per miniſtrum auferri jubet, quo tamen in caſu mandata de reſtituendo ſine clauſula decerni extra omnem eſt controverſiam. ³· Imò cum clauſula mandando, mandatum hîc eſſet pene eluſorium nulliusq; prorſus momenti & effectus, dann man muſte mit gepfandeter Hand in facto tam atroci litigiren/ ut ait Johan. Tilem. de Benig. *in ſyn.4.deciſ. Cam.3.vot.5.n.4.*

Neq; obſtat quod ex adverſo allegatur, ¹· quod ſtylus Cameræ pro lege ſit, *l.47. ff. de jud. receſſ. imp. de anno 570. & anno 599.* §. Ferner / ꝛc. Maſcard. *de probat. volum.3. concluſ.23. num.51.* Atqui juxta communem Cameræ ſtylum mandata cum clauſula decernuntur. Ergo. ²· poſſeſſione nemo eſt privandus ſine cauſæ cognitione, *§. retinendæ. §. commodum. inſt. de interd. l.35. ff. de acquir. poſſ.* Bart. *in l.1. C. ſi de mom. poſſ. l.9. Cod. de ſent. & interloc jud.* Ergo nec mandata ſine clauſula de reſtituendo decernenda.

46 Ad 1. quoad minorem Reſp. diſtinguendo inter † ſtylum Cameræ certum, præjudicantem, & ſtylum dubium ac fallacem, ut enim diverſas dominorum Cameralium conſtat fuiſſe ſententias, referente Johan. Til. de Benign. *d. loc.* ita hæc propoſitio de ſtylo Cameræ certo & indubitabili acceptari non poteſt, uti in terminis non diſſimilibus conſuluiſſe videtur Dec. *conſil.11.*

47 Ad ²· Reſp. nullam eſſe conſequentiam: adde, quod † is non videatur ſpoliatus poſſeſſione, qui juſſu magiſtratus ſpolia reſtituere tenetur, Bart *in*
48 *l.15 ff. de re jud.* Thil. de Benign. *d. loc.* Porrò quod † mandata ſine clauſula, ſuper ſolis minis de non offendendo decernantur, ubi ſaltem de periculo, illic de malo ipſo illato agatur, emanant vero illa mandata non ad nudam narrationem ſupplicantis, ſed inſtrumento vel epiſtola minatoria judicialiter
49 producta, cum † nemo præſumatur aliquem offendere velle ſine cauſa juſtâ. Bart. *in l. 28. §. 7. ff. de pœn.* Sed obſtare hic videtur ordin. Camer. *p.2. tit.9. §.1. ibi:* oder zu handeln vnderſtehen würde/ *& conſt. Ferd. anni 559.* §. Vnd haben vns/ *receſſ. de anno 555. §.* Wir ſetzen/ꝛc. accedit jus commune: quod in de-
50 lictis atrocioribus, cujuſmodi eſt † cauſa fractæ pacis, quæ bonorum & vitæ periculo reum exponit, conatus vel affectus delinquendi habeatur pro delicto conſummato, *l.1. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l.3. §.1. ff. de calumn. c. quiſquis. ext. de pœnit.* Dec. *conſil.* 482. Tiraquell. *de pœn. cauſ.37.* Ut dicendum, ſuper ſolis minis recta ex conſtitutione fractæ pacis agi poſſet, non ſecus ac qui incendia

diſminantur, ultimo afficiendi ſunt ſupplicio, Damhoud.*in pr.crim.cap.*105. nec non ſuſpectus de falſo, ut falſarius coërceatur, cum falſi ſuſpicio pro ipſo falſo regulariter acceptetur, Steph. Bertrand. *conſil.*139.*n.*10.*vol.*3. Bald. *in l. jubemus. C.de judic.& conſil.* 444. *volum.*1. Reſp. Quod verba dictæ ordinationis receſſuumque allegatorum juxta commune jus, quod affectus delinquendi non ἁπλῶς ſed κατά τι coërcet; ſint accipienda: jam vero ſupra diximus, † non aliter puniri conatus, quam ſi reus præter delinquendi affectum, 51 ad actum criminis ſeſe præparaverit, accinxerit, cœperit tractare actum, ad delictum ordinatur, Clar. *quæſt.*92.§.*fin.* Gilman.*in præjud.Camer.tom.*2.*ſymph. pag.*248. Quapropter ſi vis armata nondum apparet, nec fractor pacis arma de vi inferenda nondum tractat, ſed in terminis minarum & diffidationis uſque permanſerit, hinc mandata de non offendendo jam decernenda, Wehner *obſerv.pract. verb.* befehlen *pag.*54.*verſ. differunt.* Secus, ſi vis & injuria publica inſtat, puta, quia fractor pacis publicæ cogit homines, conducit & conſcribit milites, quod deterius eſt, jam in ipſo itinere eſt, acceditq; inferre vim publicam, hoſtiliter inimicum invadere, quo caſu ſuper conſtitutione fractæ pacis directò agi poteſt, ubi cumprimis mandata avocatoria ſunt neceſſaria, tam adverſus milites, ne prece vel precio militent, quam ipſos duces & authores ſcandali imminentis decernenda, *ordin. Cam. p.* 2. *tit.*9.*&* 15. *ubi Ciſner.* Johan. Thilm. de Benign.*in ſyntag.*4. *deciſ.*3. *vot.* 5. vide Sophocl.*in Philoctet.pag mihi* 877. ubi teſtatur, quod neminem niſi caſu tales tumultus Malum interficiant, ſed optimum quemq; ſemper, &c.

Poſtremò etiam † ad ſpeciem hanc 8. L. Juliæ ſpectat hodie vis religionis intuitu illata, unde *receſſ. imperii de anno* 541.*in comit. Auguſt.* ad majorem proteſtantium ſollicitationem à Carolo V. promulgatus, qui anno ſequenti Spiræ ad annos quinque, anno inſuper 44. ad ulteriorem adhuc declarationem prorogatus, & *in anno* 48. repetitus & confirmatus eſt, Sleidan.*lib.* 3.4.5.6.*& ſeqq.* donec tandem plenior & perfectior religionis pacificatio conſtitueretur per tranſactionem illam Paſſavienſem in anno 152. & publicum eum q; ſolennem imperii receſſum in anno 1555. in quo ſancitum eſt ſeriò & haud fucatè, ut remotis ſimultatibus, & ſuſpensâ juriſdictione Eccleſiaſticâ, Pontificii & reformati Auguſtanæ Confeſſionis ſtatus eorumq; ſubditi pacificè & dextrè inter ſe viventes, religionis reſpectu ſe invicem non offendãt, necdum rebus ſive perſonis, donec Chriſtianâ unione omnia componantur, *d. receſſ. de anno* 555.*§.* Damit auch/ ibi: Soll die Geiſtliche Juriſdiction, unde infertur, quod ſtante hac treugâ, † cognitio de veritate vel falſitate religionis prorſus ſit ſuſpenſa, ita ut neque vel ad Auſtregas, ſingulares imperii receſſus, vel ad cenſuram Eccleſiaſticam jure poſſit remitti. Spring. *de pac. relig.cap.* 6.*&* 7. hinc cum cives quatuor Trevirenſes, quibus mandatum erat ab Archiepiſcopo & Electore, ut unâ ſub ſpecie communicarent, proceſſus 52 53

peterent in Camera contra ſuum magiſtratum, mandata eis denegata fuêre,
quoniam hæc cauſa cognitionem de veritate vel falſitate religionis concer-
neret, Gylman. *in præjud. Camer. d. tom. 2. pag* 220. quod tamen diſplicet Frid.
Mindan. 1. *de proceſſ.* 29. *n.* 1.

Planè indiciis hiſce pendentibus ſtatibus imperii permittitur & libe-
rum eſt, à veteri ad Auguſtanam Confeſſionem, & vice verſa ſecedere, Eccle-
ſiasque reformare. Prohibetur verò vigore *d. receſſ.* ne alter alterum religio-
nis diverſæ adhærentem inſuſurrationibus clanculatibus ſeducat, atque ad ſe
pelliceat, §. Es ſoll auch kein Standt/ & *receſſ. de anno* 530. *Aug.* §. Vnd das
wider/ ꝛc. quanquam concionatores auditores ſuos, ne ad partes adverſario-
rum temerè accedant, adhortari poſſint ac debeant, Gylm. *in ſymph. p.* 1. *dep.* 2.
54 *pag. mihi* 199. ubi præjudicia aliquot recenſet: adhortatio autem illa † mode-
ſta & civilis eſſe debet, ne admonitionis & inſtitutionis prætextu novæ ſedi-
tionis faces accendantur: pereant itaque & diſrumpantur, ut ilia Codro, qui-
cunque pietatis prætextu, neſcio quo genio ſuadente callidè calideq; vociſe-
rantur & palam evomunt, purgandum eſſe imperium hæreticis maliſq; ho-
minibus, dehinc Turcam pridem aggredi conveniat, wann es dem Keyſer
müglich Græciam von deß Türcken Tiranney zuerretten/ ſo ſoll er es doch nicht
begehren/ biß er zuvor die Ketzer in Teutſchlandt außgerottet habe/ ſanè hæc
buccina ſeditioſis tam adjumento eſt, quam pernitioſa bono & ſaluti reipu-
blicæ, Eberh. à Weih. *in probl. de reg. cui Rex elig. &c.* Helvetii prohibuêre
jam olim, non ſolum libellos apud ſe edi eriſticos, ſed & conciones rixoſas
fieri nullas, ut teſtis eſt Sturm. 1. *part. antip.* 4. Eliſabetha Regina neque in
ſcriptis neque concionibus quicquam pronunciari permiſit, quod cuiq; no-
cere vel offendere adverſarios poſſet, quo edicto tota Anglia annos multos,
dum regnum adminiſtravit, quietè & pacatè floruit, Anton. Bembel. *in tract.
de pac. relig. p.* 2. & 14 Eò enim res devenit hodie, ait Selnec. *in orat. hab. Witte-
berg. ad quæſt.* 8. *lib. Phyſic. Ariſtot. pag.* 849. ut qui in officio Eccleſiaſtico non
valeat impudentiâ, audaciâ, temeritate, vociferatione, ſtudio & cupiditate ri-
xandi, calumniandi, ferè nauci fiat, & pro nihilo habeatur, ut omittam, quæ
Matthæus Colerus *in præfat. tract. de proceſſ. execut.* ſcribit, in tantùm Theo-
logorum (qui altera manu panem, alterâ lapidem offenſionis proponunt)
contentiones creviſſe, ut quaſi collatis invicem ſignis uſque ad ſanguinem,
quilibet pro tuenda ſua exiſtimatione phraſibus & ſententiis dimicare ſo-
leat. Ejuſmodi contentione graſſante, bello inteſtino imperii proceribus
debilitatis eviſceratis, ann 1593. bellum illud ingens Amurates 3. renovabat,
55 conſpiciens, ſe invicem Chriſtianos adeò † attriviſſe, ut ſi quæ reſtarent im-
perii Romani vires, ſupprimere ſibi forè facilimum. Vngeriſche Kriegs Hi-
ſtorien/ *de anno* 523. & *ſeqq. c.* 1. idem accidit ante devaſtatum Bizantium, ut re-
fert Crantz. *in Saxon. lib.* 11. *cap.* 32. & 33. & ſcribit Henric. Effer. *in homil. ſuper*
Ezech.

Ezech. cap. 38. *homil.* 4. quod cum Chriſtiani, debilitatis viribus, & potentia Romani imperii denuò fractâ, finem certaminibus religionis intuitu imponere pridem cœperint, Turcas cum Perſis pacem aut inducias ſtipulaturos atque conjunctis viribus Chriſtianos bello penitus oppreſſuros. Et idem *homil.* 7. hoſtis hic Chriſtianitatis ſibi certam promittit victoriam, cum viderit ſe nullis obſtaculis prohiberi, cum populum inermem cóſpexerit, vel ut Propheta Ezechiel loquitur: abſque muro viderit terram, id eſt Chriſtianorum, exponente hæc verba auctore, ſi res noſtræ eò pervenerint, ut inteſtinis bellis robur omne amiſerimus, robur hominum, robur munitionum, & hæc omnia, quæ ad ea conſervanda, reſtauranda & retinenda pertinent, &c. deſolatio illa magna, quam Propheta prædixit, Germaniam tandem vicinasq; provincias peragrabit. Eadem prædixit Hidaſpis Medorum Rex, vaticinio clarus, ſublatum nempe iri imperium nomenq; Romanum, ut ſexto millenario extante peragratura ſit clades univerſalis orbem totum, ſubvertens omnia, & tanquam meſſis cuncta proſternens, *per Apocal. cap.* 17. Et Lactant. *de divinat. lib.* 7. ait: fore, ut nomen Romanum, quo jam regitur mundus, tollatur de terrâ, atq; in Aſiam ante mundi finem revertatur, ſic ut Oriens dominetur, ſerviatque occidens, addens, horret dicere animus, ſed dicam quia futurum eſt, licet confutare ſatagat hoc vaticinium. Dreſſer. *in opuſ. orat. pag. mihi* 71. vide Wolff. *in proœm. p.* 1. *lect. memor.*

Sed ad rem redeo: Porrò quærit Frid. Mindan. 1. *de proceſſ. ex. cap.* 29. Quid ſi novæ confeſſionis ſtatus † jus patronatus in diœceſi religioſi veteris habeat, an ille præſentare teneatur talem, qui cenſuræ Epiſcopi ſatisfaciat, juxta regularitatem canonicam & vice verſa? & negat, quam ſententiam nos amplecti haud poſſumus. [1] Quod hac viâ impediretur liberum religionis exercitum ejusq; poſſeſſio vel quaſi, contra verba & mentem receſſus de P. R. Et quanquam [2] cenſura Eccleſiaſtica ſublata ſuſpenſaque ſit uſq; ad amicabilem & Chriſtianam inter Cæſarem & ſtatus compoſitionem, inde tamen Patronatus jura, alia beneficia Eccleſiaſtica quoad privatos vel etiam ſtatus non videri enervata, *d. receſſ. §.* Damit auch. *& §.* Wir befehlen / ꝛc. & ſumma foret laudatæ libertatis violatio, dummodo in viſcera alterius religionis ita graſſari liceret, atque Paſtori invito morbidum vel ſcabioſum pecus obtrudere, unde grex totus poſſet intoxicari, juxta illud: 56

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile.

3. Quod poteſtas religionis introducendæ penes immediatum loci magiſtratum vel ſtatum reſideat, *d. receſſ.* non extraneum, cui impunè non paretur, *l. fin. ff. de juriſd.* neque abſurdus quiſquam adeò erit, qui adſerat, juriſdictionem tribuere jus Patronatus, *t. t. ext. de jur. pat.* Gylm. *in lib. ſup.* 1. *p.* 288. ita enim judicatum aliquando fuiſſe conſtat ex præjud. Trux. *contr. Epiſc. Herbipol.* & Aichſtadt *contra* Br. *referente eodem d. loc.*

Præ-

57 Præterea dicta † cenſuræ Eccleſiaſticæ ſuſpenſio hoc quoq; præ ſe fert, nempe ne ſtatus in ſtatum ejusq; ſubditos tanquam hæreticâ infectos pravitate poſſit inquirere, nedum in proprios ſubditos, qui præter modum vexati, neque ære adeò locupletati, ut poſſint contra magiſtratum Cameræ deferre querelas, inibique ſumptuoſa ſuſtinere litigia, ſecundum dicterium tritum:
58 Cum pare certare eſt dubium, cum Principe ſtultum, cumprimis quod † in Camera Spirenſi ſpirẽt lites & ſerò exſpirent, bonis vel ablatis, vel divenditis poſſint tuto migrare, *d. receſſ.* ibi: Deme ſoll ſolcher ab- vnd Zuzug auch verkauffnuß Hab vnd Güter/ gegen ziemlichen vnd billichen Abtrag der Leibeygenſchafft vnnd Nachſtewer vnverhindert / männiglich zugelaſſen vnd bewilliget ſeyn / ꝛc. Prout jure communi obtinet, quod ob nimiam Dominorum ſævitiam ſubditi à juriſdictione eorum poſſint jure eximi, ita ut à Domino repeti & revocari nequeant, *c. literis. §. fin. ext. de reſt ſpoliat.* Ludov. Rom. *conſil.* 13.
59 Vaſq. 1. *illuſt. cont.* 8. Gail. 1. *obſerv.* 17. terminum † emigrandi Camera ad ſex menſes ſolet prorogare, dominisque factâ ſupplicatione inhibere, ne mi-
60 grantibus vis fiat. Gylm. *in d. tom. 2. præjud. Cam. pag.* 299. † nec verò neceſſarium adeò eſt hoc migrandi munus, ut ſi permanere malint ſubditi, ſuosq; ſusq; deq; ſuſtẽtare caſus, tolerari debeant, id quod ratione & authoritatibus præclarorum virûm admænivit Wilhelm. Antonii *in coroll. tr. de reſcript. morat. ſubject. ſect. 6. corol.* 1. modo quiete ac ſine ſcandalo vivant, nec publica religionis exerceant miniſteria, *argum. l. 1. ubi Dd. ff. quod quisq; univ. nom l. 1. §. 1. ff. de coll. & rip.* quanquam non impedientur extra diecœſin viſitare, & audire conciones ſuæ fidei & confeſſionis, communicare unâ, vel ſub utrâque, atque illũc infantes baptiſandos mittere, vel conjugii benedictionem accipere, *argum. receſſ. imp. anno* 530. *§.* Item etliche Obrigkeit / Frider. Mindan. 1. *de proceſſ. c.* 30. Spring. *d. loc. c.* 7. Vaſq. 1. *illuſt. contr.* 8. *num.* 12. ubi evincit, quod Princeps nedum Judæis parvulos eripere poſſit, ut baptizentur: quanquam in pleriſque locis Romano Catholicis huic conſtitutioni nonnunquam ab his, quibus vis pro ratione eſt, malè pervertantur calcei: prout D. Wilhelmus Antonii in fortioribus terminis ſibi accidiſſe ipſe mihi dequeſtus eſt. Cùm enim ante 12. annos cum Catharinâ ſuâ, viri quondam Nobilis Alhardi ab Hörden filiâ paulo extra Frideslariam (urbem quidem in Haſſia inferiori ſitam, ſed ad Archiepiſcopatum Moguntinenſem ſpectantem) in templo quodam reformato copularetur, deincepsq; finitis ſacris in urbem illam ſine ullâ pompâ cum cognatis quibuſdam ad reliqua nuptiarum peragenda reverterentur, ecce tandem ejus ſocrus vidua, quaſi neſcio quid temeraſſet, à præfecto illius loci apoſtatâ nobiliſſimo & Jeſuitarum catervâ (qui per religionem illis infenſiſſimi fuerant) ad aulam Reverendiſſimi denunciatur, reſcripto inde emanato, quo (non auditâ ullâ excuſatione, & quod cum conſenſu Dn. Decani hæc peracta, ſponſus quoque extraneus eſſet) vidua illa

illa actutum pro mulcta 100. Imperiales numerare juberetur, quam illi nebulones tantoperè urſerunt, ut etiam Illuſtriſſimi Haſſiæ Principis Ludovici interceſſio eos frangere nō evaluerit, quò fœmina illa indemnis penitus maneret, & dimidio ejus mulctæ ſibi parceretur, cujus facti hi ſanguiſugæ tandem aliquando Deo ter opt. Max. viduarum lachrymas non flocci facienti certo certius non procul à Cacodæmone ſunt reddituri rationem: quò, credo, prædictum Dn. Antonii ex juſto dolore alluſiſſe *in Coroll. tract. de reſcript. morat. ſubject. ſect. 1. c. 5. verſ. verum enim verò hic quoq; ſciendum.* Neque hic, ut ad priora regrediar, diſtinguitur, ſive majores ſive † minores ſint ſtatus imperii, gemeine Reichsſtand / religionem etiam in caſtris villiſve, quas fortè ab Eccleſiaſtico ſtatu feudi nomine teneat, reformantes: docet, hoc licitum eſſe ſubvaſallis Frid. Mindan. ſed vix eſt, ut ſalvari poſſit hæc opinio, modò ſtatus reformaturus, neque Landſaſſius neque ſubditus ſit Domini, nec juris Epiſcopalis omninò expers, Coth. *reſp.* 45. neque enim feudi datio vel inveſtitura, quam ruſticus quoque facere poteſt, atque ſibi vaſallos conſtituere, Dn. Gothofred. Antonii p.m. *diſp. feud. 2. theſ. 2. lit. C.* ejuſq; filius D. Wilhelmus *in addit. ad tract. Andr. Kohlii de ſubfeud. cap.* 1. *lit. i.* juriſdictionem ullam tribuit. Gail. *de arreſt. c.* 7. *nu.* 12. Chriſtophor. Wintzler. *de collect. & contribut. Imp. obſerv. 23. num. 3.* tantum abeſt, ſtatus tantam ſibi ſævitiam ſumant, ut vel adimant libros diverſæ religionis, vel quod crudelius, lectiones ſacrarum literarum ſubditis prorſus interdicant, de † quarum lectione extat *text. Novellæ* 133. *c.* 2. ibi: quas qui frequenter legunt, nunquam decipientur, cum cui quod plus eſt licet, id quod minus eſt, non denegari debeat. *l.* 21. *ff de R. J.* plus vero eſt concedere ſubditis, audire conciones, atque ſacra ſua perficere extra territorium, quàm domi legere poſtillas. Ergo. 61 62

Et ſanè, ait novella Leonis 91. miſeri eſſemus mortalitatis candidati, ſi fides noſtra in tam lubrica & ludicra humanarum traditionum cymbâ, quæ cuivis vel leviſſivæ auræ ludibrio objiciatur, ad portum ſalutis nuſquam paſſa naufragiū deberet appellere: Quinimo præſtat ex limpidiſſimis ſacrarum literarum fontibus bibere hianti ore, quam ex cœnoſis traditionum lacunis Hieron. *in c. fin. diſt.* 63. & ait Nicolaus Papa, † non quales ſacerdotes domini ſint, ſed quid de domino loquantur, attendendum eſſe, *c.* 86. *q.* 1. *cauſ.* 1. cum non alius ſermo hominibus ſit relictus, quam eloquium de ſolo Deo. Hilar. *de Trinit. lib.* 7. Frid. Mind. *de* 1. *de mandat. c.* 29. *in fine.* Reinkingk *de reg. Eccleſ. lib.* 3. *caſſ.* 1. *c.* 1. *num.* 16. & *c.* 8. *n.* 6. 63

Cæterùm quod ſupra † mandata ſine clauſula ſuper conſtitutione de pace publica decernenda eſſe ſtatuimus, id meritò hic repetendum, idem hic aſſerendum erit, aut ſubmirandum, quâ ratione mandata cum clauſula ſaltem decernantur ex conſtitutione religionis, licet quoque uff die vier Fälle / *ordin.* 2. *cap.* 24. ſupplicatio fundetur, referente Frid. Mind. *d. l.* 1. *c.* 33. *num.* 2. ratio 64

 Dn. Ca-

65 Dn. Cameraliũ, ut conjicere licet, proculdubio poteſt eſſe.[1] † Quod religioſæ vel prophanæ pacis cauſa reum & famæ & vitæ diſcrimini exponat, jam vero cauſæ tantæ gravitate ſtringente, à præceptis meris inchoare, admodum rigoroſum durumq; foret reſpectu rei, non ignominioſum judicis reſpectu, dicam, decreta hæc executiva paſſim revocare, quæ ſine indiciis & plenariâ cauſæ cognitione pronunciârat, juxta brocardicum regulare: Quod in cauſis, famam vitamq; hominis concernentibus, probationes liquidiſſimæ requirantur, antequam definitivi quicquam judicetur, per notiſſima. vide Frid. Mind. *lib.2.de mand.c.28.num.2.* ibi: cum contemptu executionem revocari oporteret, &c. Quod ſi ita eſt, uti veriſſimum eſt, certè non mandatũ, ſed ordinaria cauſæ cognitio, quam cum clauſulâ mandatum præ ſe ferre ſolet, fundabit judicium, juſtificabitq; demum fractæ pacis cauſas.[2] Quod licet ſupplicatio dirigatur auff die vier Fälle/ nec inde mandata ſine clauſula rectè decernantur, quoniam inde fraus fieret ſtylo & juri ſcripto, ne in cauſis adeo arduis & pars & judex præcipitentur, hinc illud: nimium properas Marcelle *l.1.C.de exec.rei jud.* ac per indirectum concederetur, quod viâ rectâ & ordinaria conſequi non licet, cum † in omni diſpoſitione & cauſa quid primario
66 fiat vel fieri debeat, non accelſoriè & per conſequentiam conſiderandum ſit. *l.de fideicommiſſ. ubi Dd.C.de tranſact.* Cornæus *conſil.14.vol.1.num.11.* quanquam hæc concluſio Cameralium anno 616. Heidelbergæ, diſputante pro Licentia viro excellent. Domino Georgio Gollio J. U. D. & Procuratore Cameræ primario, amico meo fraterno, egoq; pro virili anno 617. die 1. Maji pro Licentiâ quoq; ibidem diſputarem de mandatis ſine clauſula, auff die vier Fälle/ mandata ſine clauſulâ ex conſtitutione de pace religionis decernenda contenderim.

CAPUT XXXIIX.

DE INDICIIS AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA, incendiis, vi illatâ, litigantibus in judicio, ne proſequantur cauſam, vectigalibus, &c.

SUMMARIA.

1. *Lex Iulia de vi publica affectus delinquendi plectit.*
2. *Affixio literarum diffidationis pro conſummato delicto habetur.*
3. *Indicia hoſtilitatis & bellorum quanam?*
4. *Vates quiſq; pecuniam captat.*
5. *Vinium quaſtiones inter magnates belli fomenta præ ſe ferunt.*
6. *Declaratur hoc exemplis politicis.*
7. *Sub ſpecie opis, auxilii & præſidii, ſumma latet hoſtilitas.*
8. *Simultates motusq; excitati, belli & ma... na indices ſunt.*

9. Qui

9. *Quibus inſidiis Dux Albaniæ Angliam, Scotiam ſubjugare voluerit?*

10. *De ſervitute & interitu Franciſci Valeſii junioris.*

11. *Quæ inſidiæ ab Hiſpano populis ſeptentrionalibus ſtructæ?*

12. *Societates, uniones, Ligæ, belli indicia nõ obſcura.*

13. *Quando primum decretum factum ſit de extirpandis Lutheranis?*

14. *Quam nociva ſinceratio & ſubdola amicitia Reges & Pontifices perdens?*

15. *De aliis bellorum indiciis, emblematibus & picturis.*

16. *Ut quæſtionis argumentum tertium in Logicis, ita ſe habent indicia ad delictum.*

17. *Sol facibus illuſtrari non debet.*

18. *Exemplis ſacris & prophanis demonſtratur, quam infeliciter ceſſerint bella religionis intuitu geſta, ad extirpandas ſectas.*

19. *An heretici flammis uſtulandi?*

20. *Henricus III. Rex Galliæ abjuravit perſecutionem Hugenottarum.*

21. *Hiſpanus aliquoties obtulit liberum religionis exercitium ſtatibus belgicis.*

22. *Amazias religionem propugnaturus miſerè occubuit.*

23. *Sub primâ Monarchiâ nunquam bellis infeſtata peregrina religio.*

24. *Locus Sophoclis de non moleſtanda religione etiam devictis hoſtibus egregius.*

25. *Indicia incendii voluntarii referuntur.*

26. *De receptatoribus incendiariorum.*

27. *Incommoda pravæ vicinitatis referuntur.*

28. *Sub fletu latet aliquando riſus profundus.*

29. *Qui ignem temerè uſurpaverit, fuſtigabitur.*

30. *Ebrietas non excuſat culpam incendii.*

31. *De felibus demorum vel navium.*

32. *Quæ cauſa culpam inhabitantis purgent?*

33. *Contemptus peſtivi qui dicantur?*

34. *Species ſub genere ſuo caudas habentes colligatas.*

35. *An judex eſculenta vel ejuſmodi munera accipere poſſit ſine corruptionis indicio?*

36. *Summa philoſophiæ pars eſt, affectibus rationabiliter imperare poſſe.*

37. *Ignorantia judicis eſt calamitas innocentis.*

38. *De indiciis fraudati vectigalis.*

QUanquam vigore † Juliæ de vi publica ipſi affectus delinquendi pariter 1 ac effectus conſummati puniantur, prout in cauſa diffidationis id ipſum quam maximè ſtringit, quâ de re ſupra *lib.1.c.19.in fine.* adeò ut per ſolam † li- 2 terarum diffidatariarum affixionem, delictum pro perfecto & conſummato habeatur, neque pœnitentiâ maleficiendi conatus purgetur, præſertim in hiſce caſibus, ubi conatus pro ipſo delicto jure acceptatur. Angel. *in c. accuſat. ext. de accuſ. n.5.* Jul. Clar. *5. ſent. §. fin. q.16. n.5.* Covar. *2. reſol.* 10. adeò, ut indicia non niſi generalia hic ſtatui poſſe exiſtimandum ſit, juxta illud: quibus mens mala eſt, eos etiam ad ſcelera alia inſtruit, Sophocles *in Philoctete pag.* 411. nonnihil tamen ſupereſt, unde ad inquiſitionem affectatorum criminũ, vel ex affectatis delictis ad conſummata flagitia probabiliter argumentari liceat. Indicia itaque *ad l.1. & 2. ff. h. t.* erunt † genera quævis armorum præpa- 3 rata, tacita veteranorum conductio, coactio & concurſus deſidioſorum hominum, appoſitio ſignorum, vexillorum, annonæ apparatus. *Conſtit. Saxon. Auguſt. Elect. 16. p.4.* diffidatio, terrorq; diffidatis incuſſus, ſumptus in vigilias & defenſionum præparationem facti, Berlich. *p.4. concl. pract. concl. 23. num.* 8.

 atten-

attentata ſociorum, ſubditorumve ejus, qui vim timet, corruptio, pecuniæ depravatio, quæ urbes expugnat & omnia mala accerſit. Sophocl. *in Antigon. pag.*196. juxta illud:

Telis pugna argentatis & omnia vinces.

4 Cum † vates quiſque etiam pecuniam captet, idem Sophocles *d.loc. pag.* 221. Bald. *in l.2.C.de conſtit.pac.* ubi ait: habentem pecuniam cenſeri habere res omnes de mundo; quoniam nummis parent omnia, ſive ſocios ſive milites tibi adſciſcere contendas, ſive urbes ſive hoſtes perdere ſaragas. Cicero *in Verr.2. Philip.* Hœnon. *in diſp.polit.3.theſ.55.*

5 Porrò indicia vis inferendæ ſunt † finium lites paſſim motæ eæq; noviter inventæ, ſic Philippus Macedoniæ Rex non immerito fuit ſuſpectus Græcis ditionis eorum finibus ſeſe ingerens, cenſuerunt itaque oppida ab eo capta recuperanda, reprimendamq; ejus potentiam eſſe, quos opinio non fe-
6 fellit, etenim † Philippo defuncto, Alexander Magnus nō modo Græciam totam, ſed univerſam Aſiam, Syriam, Perſiam ſibi ſubjugavit, vide ſuprà *lib.* 1.*cap.*57. cujus capitis indicia hic ſpecialia ſunto, quandoquidem novum nō ſit, ut indicia generalia ſpecialium effectum ſortiantur, uti juriſdictio, adoptio, & generis & ſpeciei nomen, omenq; idem diverſo reſpectu præ ſe ferunt.

Sic cum Hiſpani Gallos Neapolitano regno, quod ope eorum acquiſierant, ejicere machinarentur, finium quæſtiones Gallis movere, integram regni partem, quæ ipſis antea attributa erat ſtipendiorum vice, iis eripientes.

7 Nonnunquam ſpecie † opis & auxilii oblati vis publica inferri, imò tota regio adimi poteſt, etenim eidem Hiſpani, quaſi Sfortiæ opem laturi eſſent contra Inſubros capto Sfortiâ, ſibi vendicarunt totam Hetruriam.

Sæpenumero præſidiis, ſpe ſocietatis & amicitiæ, miſſis, inſidias fovent capitaliores, ſic Engeri, unde Angli nomen adepti ſunt, populi Weſtphaliæ Britannis contra Pictavos opem laturi, Britannos regno & dominatu ſpolia-
8 runt. Crantz. *in Saxon. lib.1.cap.*29. Cæterùm † ſimultates, lites inteſtinæ inſtillantur regni proceribus, quæ ut vermes in caſeo rodunt & conſumunt ſe
9 invicem ipſos, certiſſima belli, viſq; publicæ inferendæ ſunt indicia. Sic † Dux Albaniæ in Scotiâ, Angliâ, ejuſmodi motus ſeminavit, ac tandem proſcriptam à ſe Angliam vi occupare intendit, illucq; transferre belli ſedem contra Belgas, modo Philippus Rex Hiſpaniæ tunc temporis illi annuiſſet, exſpectans aliam ad hæc expedienda occaſionem, quam ſi occupare potuiſſet, Oceano Gallico & Britannico unâ ſubjugato, facilior fuiſſet aditus ad opprimendos Belgas, cæteroſq; populos Septentrionales, tandem fata quoque præparavit ipſis regnorum capitibus, non obſcura regni evertendi indicia,
10 ſic idem in Gallia non tam motus ſuſcitavit varios, quam ut † Franciſcus, Franciſci Valeſii filius, natu major veneno occideretur à Sebaſtiano Comite de M.C.

de M.C. effecerit, qui in diverbio paſſim habuit, ein Salmenkopff gelte mehr dann 50. Fröſch oder Heringsköpffe / Carolus V. verò, quo ſuſpicione tanti facinoris, is enim tunc pro obſide habebat hunc filium, ſe purgaret, nihil gravius toto bello illo, quod cum Franciſco geſſerat, ajebat, ſe accepiſſe, quam hujus cædis in ſe factam relationem, quanquam cum filii bini regii non procul à fonte rapido vicino Galliæ, mutatis captivis, & redeunte patre, Tuſſetum abducerentur, ſatis duriter tractati habitiq; fuerint, atteſtante Ferrono *de reb.geſt. Fri.pag.* 204. adeò ut cum de redimendis filiis regiis deliberaretur, conſuluerint Epiſcopi Gallici filios per Cauco magum quendam avocandos, atque per aëra in Galliam tranſvehendos. Wolff. *in epiſt.dedic.1.lect. memor.*

Præterea ſi vicini coaleſcunt in ſocietatem ejus, cujus vis bellumq; inferendum præſumitur, ſic † Hiſpanus amicitiam cum Joanne Rege Succiæ contraxit anno 1586. in perniciem & everſionem Regis Daniæ, & proculdubio ex animi ſententia eventus conſilia ſubſecutus fuiſſet, modò mors immatura Stephani Poloniæ Regis conatus, conſilia omnia non fregiſſet, vide Theſaurum Polit. ibi: ſin autem ab altera parte Succiæ Princeps Rex factus arma converteret in Regem Daniæ, &c. 11

Quinimò † non obſcura ſunt vis & belli inferendi indicia, comitia & conventus ſuſpecti, conſpirationes, uniones, ligæ: pompoſa illa unio præcedebat bella Boëmia, liga longe antea, quæ pridem inita Bononiæ, de quâ Luther. *Tom: 5. Jenenſ.pag.mihi* 304. *& poſt Ferrarii anno* 1586. ubi decretum fuit de Calvinianis primo, † Lutheranis omnibus loco ſecundo funditus evertendis. Poſtremo bellorum indicia ſunt ſimulatæ ſincerationes & fucata verborum blandimenta & ineſcationes, juxta illud: *la parole belle & i cattivi fatti, ingannato li ſavi & limatti.* Sic Abner necem fratri intentans, blandè eum alloquebatur, & Gerardus Brazutus Benedicti 9. familiaris † familiaritate ſubdolâ 6. Pontifices Romanos, intra ſpacium 13. annorum è medio ſuſtulit, referente Blond. *in vit. Bened. 9.* quorum nomina ſunt hæc; Clemens, Damaſus, Victor, Leo, Stephanus & Benedictus 10. qui per vim potius ab illo occiſus traditur, Juſt Juſtinop. *in conſid.conſid. 5.p.* 26. & ferunt Urbanum 8. Papam hodiernum cuncta bellaria & eſculenta, quæ ex Hiſpania Romam adferuntur, nunquam attingere, ſed aliis viciſſim donare, ut exploret ſine ſuo diſcrimine ſinceritatem illorum. Idem *d.loc.pag.* 27. nihil hic de bonis verbis & ſincerationibus in rebus publicis occurrentibus jam dicam, potius penna, quam ſcribendi materia deficeret, vide eundem *conſid. lib.2.* 12 13 14

Sed ut propius, uti par eſt, ad rem accedamus, referenda hîc ſunt vis publicæ indicia partim generalia, ut famâ virorum deſpectâ, concuſſio & cōſuetudo vim inferendi, probatio unius teſtis de vi illatâ, inventio rei vel ſuppellectilis alicujus in loco factæ vis publicæ, † nominatio ſociorum, diffi- 15

dationes, picturis & emblematibus factæ, ut cum antehac emblemate depicta fuit, & inciſa orbiculis imago Principum quorundam imperii, ubi locus Palatino Electori conveniens, vacuus relictus, ſed inferius in peculiari orbe B. Ducis depicta effigies expreſſa, quæ mox in ſuperius ſpatium collocanda fuit, cum natura non patiatur vacuum. Quemadmodum & paucos ante annos in tabella circumtulerunt depictum Divum Ignatium Lojolam, ex milite Monachum, qui totum terrarum orbem manu ſua teneret, atq; igne ex corde ſuo orto, mundum inflammaret, cum ſymbolo ſcripturę: veni ignem mittere, &c.

Porrò ſi reus arma hominesve celare viſus ſit, poſt dumeta, frondes in loco propinquo, ubi vis publica commiſſa dicatur. Referenda itaq; huc indicia paſſim ex locis ſpecialibus de indiciis raptus, incendii, latrocinii, &c. quæ delicta niſi, ut plerunque accidit, concurrant cum vi illata, *l. 3. §. 3. ff. h. t.* vix eſt, ut certiora dentur indicia, [1] tum quod ſolus conatus, qui indicium immediatum eſt vis illatæ, hic pariter ac vis ipſa coërceatur, *d. l. 1. & ſeqq. ff. h. tit.*
16 ut autem indicium à delicto diſtinguitur, ut jus à facto, † argumentum à quæſtione, ut loquuntur Logici, certè conatus indicium appellari non debet, *argum. l. 1. ff. h. t.* niſi quæſtio vetilaretur de conſummatâ vi, unde aut de qua perſonâ, quibus auxiliatoribus ipſa profecta eſſet, puta vim illatam fuiſſe à reis incognitis. Si itaque viſi ſint homines, cum telis ambulare in loco vis *factæ*, paulò antequam delictum perpetraretur, ſi certum ſit, pendente conſilio quoſdam coaluiſſe, ut vim inferrent, deprædarentur, hæc & indicia alia, etſi conatus ſunt delinquendi, ipſique coërcendi L. Julia de vi publica, *l. prætor ait, ff. h. t. l. qui falſam. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Gail. 1. *de pp. c.* 14. *num.* 3. non tamen dubium eſt, quin ad majus inquirendum, nempe ad vim realiter illatam faciant indicium etiam ad torturam pro qualitate criminis commiſſi, cum quod delicta, certam perſonarum demonſtrationem habentia, qualia maximè ſunt vis publica & privata repetundarum, & quodammodo peculatus, &c. quærere de indiciis particularibus videatur eſſe ſupervacaneum.
17 Cum quod per ſe conſtat, de eo amplius inquiri non debeat, † ne facibus, ut dici ſolet, ſolem illuſtrare videamur, niſi inquiſitio adverſus ſocios auxiliatores ad indagandam aliorum, adhuc eorumque gravium præſumptorum criminum veritatem inſtituatur, quandoquidem, ut paulò ante memini, delictum hujuſmodi utplurimum annexa habeat alia flagitia, vel proditionis, tumultûs adverſus Cæſarem vel rempub. Gail. *part. 1. de pp. per tot. raptus, incendii. d. l. 3. §. 3. ff. h. t.* quâ in parte ne cœpta vis publica renovetur, continuetur ve à ſociis, matura opus eſt inquiſitione & remedio; ne latens malum in deterius erumpat, cum melius ſit in tempore currere, quam poſt exitum & vulneratam cauſam remedium quærere, *l. 1. C. quando lic. unic.* unde Perſius *lib. poem. Satyr. 5.*

Helle-

Helleborum fruſtra cum jam cutis ægra tumeſcit,
Poſcentes videas, venienti occurrere morbo.

Atque tantum de primæ ſpeciei indiciis vis publicæ, ſpeciem ſecundam, quod attinet, ea non minus in affectibus vim publicam inferendi, utplurimum conſiſtit, qui flagitio conſummato ea propter haud immeritò capiuntur, non ſecus ut diffidatio, pro vi ipſa illatâ, pro ipſo homicidio vel incendio, quod intendebatur, jure acceptari aſſolet, Clar. *5 ſent. § fin. q. 16.* quia autem in præcedenti capite, hac de re parum vel nihil diximus, modo quod ventilari cœperit quæſtio illa, ſubjectæ materiæ familiaris, an pro religione arma capere liceat contra magiſtratum, cui ſpeciei & quæſtioni quò nonnihil pro re nata addamus, ſtatuemus (quantum indicia & exempla politica ſuggerũt) magiſtratum plus æquo religionis intuitu imbecilliores urgentem, fortunæ partum in receſſu ſperare poſſe, cotidiana plenius attingenda eſſe ſcribit Paul. *in l. 52. ff. de liber. legat.*

De fidei datæ nec non juratæ contemptu quoad ſtatum reipublicæ in Germaniâ πολιτῶς nihil hic afferam, licet motus iſtius contra religionem conſtitutionibus imperii admiſſam eventum pronunciet, *l. 2. C. de reb. cred.* adeò ut Tiber. Imperator ſolitus ſit dicere, Deorum † injurias Diis curæ eſſe, & 18
Marc. Anton. ne Chriſtianis liberum religionis exercitium concederet, interpellatus reſpondit, ſiquidem non alia ſit accuſationis cauſa, cur condemnarentur, committendam eſſe Diis ſentẽtiam, qui procul dubio contemptores ſuos punituri eſſent, in eandem ſententiam Cyprian. concedit, contra Demetrianum, ſi quid Deis tuis (inquit) numinis & poteſtatis eſt, ipſi in ultionem ſuam ſurgant, ipſi ſe majeſtate ſuâ defendant, ſi ſe de non colentibus & indicare non poſſunt, qui & colentibus præſtare poſſunt, nam ſi eo, qui vindicatur pluris eſt, qui vindicat, tu Diis tuis major es, ſi verò iis, quos colis, major es, non tu ipſos colere, ſed ab ipſis coli debes, pudeat te eos colere, quos ipſe defendis, pudeat tutelam ab illis ſperare, quos ipſe tuearis, &c. Quanquam verò Auguſtinus *de correct. donatiſt.* † igni comburendos hæreticos eſſe di- 19
cti ter: & Hieron. *in Matth. cap. 13.* idem quoque pronunciet, & Cyrill. ut hæreticos de medio tolleret, inſtantiſſimè apud Valentin. inſtiterit, inde tamen non infertur: Ergo arma contra ſtatus, communitates, regum exotica, religionis intuitu ſtringenda ſunt, Eraſm. Roterodam. ſcitè & eleganter *de laud. ſtultit.* neque etiam apparet magiſtratum ad Auguſtini vel Cyrilli preces importunas contra Donatiſtas aliosq; hæreticos capitale ſtatuiſſe ſupplicium, ut refert Bodin. 4. *de republ.* 7. quin quod Auguſtin. alio loco ſcriptum relinquat, eum, qui perſecutionem movet, ex Diabolo eſſe, qui patitur, ex Deo. Porrò Hieron. non de ſeculari, ſed æterno potius igni loquitur, *d. loc.* quaſi diceret, hæreticos relinquendos eſſe juſtò Dei judicio. Tantum quoque abeſt, Cyrillum importuna contra hęreticos ſub & obreptione obtinuiſſe id,

quod

quod intenderit, qui ſcilicet reſcripſit Cæſari: Quod religio formitatem non ex potentia & juſſione, ſed potius ex conſenſu haberet, hinc Theodor. Gothorum Rex Epiſcopis in hæreticos pœnam poſtulantibus, eodē ſenſu etiam reſpōdit: cum Divinitas religiones diverſas eſſe patiatur, ſe unam nō audere defendere, alteram condemnare, Caſſiod. *lib.*10. *var. cap.*26. Quapropter Bodin. egregiè 4. *de republ.* 7. hæc ratio (*ait*) omnium efficaciſſima eſt mihi viſa, ſupplicia, quæ religionis ſpecie irrogantur, tollenda, neque exempla triſtiſſimorum eventuum deſunt, & ſupplicia eorum divina, qui religiones temerè, neſcio, quo religionis zelo infeſtare, pacemq; inde turbare fuerunt occupati.

20 Henricus III. † Galliæ Rex Hugenotas nimium infeſtans cecidit in diſcrimen maximum, quod expoſuit Gregorio 13. per Legatum hac proteſtatione, ſe dehinc religionis intuitu, contra ſubditos arma haud laturum, Anton. Muret. *in orat.*25. anno 1576. qui paulo ante obitum regni ſtatus ita admonuit, *jeſcai què le roy de Navarre mon bon frere legitimè ſucceſſeur de ceſte couronne eſt aſſer inſtruict es loix de brien regner pour ſcavoir commandar choſes raiſonnables & je ne promets, que vous, lui devoer Remetter le different de la religion a la convocation des Eſtats du Royaumè & apprenez de moy, que la piete eſt un devoir de l' hommo envers dien ſur, laquelle bras de la chaiz n'a point de puiſſance,* Joan. de Serrers *in inventio. Gall. de vit. reg.*

21 Hollandiæ ſtatus † præter fas ab Hiſpaniæ regibus propter religionem infeſtati, dominationem Hiſpanicam jam olim de ſe excuſſerunt. Jn welchen extremis (ait author in diſcurſs. de auton. *pag.*141.) es ſonder zweyffel nimmermehr kommen wehr/ da man anfänglich über die Gewiſſen nicht tyranniſiert hette/ ſondern dieſelbe mit dem Blut-Raht gar verſchonet/ oder doch dieſelben beyzeit widerumb abgeſchafft / vnnd eingeſtellet hette / ſonder zweyffel würde das Hauß Hiſpanien nicht nötig gehabt haben / von ſeinen ſelbſt eygenen Vnderthanen den Frieden durch bitte zubegehren / auch ſie dahero für freye Stände zu declariren, wie vor wenig Jahren bey dem von Joan. Najo angefangener friedens Tractation geſchehen / da fern dieſelben hiebevor der Religion halber nicht wahren gedrucket / gedrenget vnd beſchweret worden.

Jch will nicht ſagen/ daß höchſtermeltes Hauß Hiſpanien nunmehr den General Ständen die Freyſtellung der Religion / ja andersmehr gern einräumete/ wie die Handlung der vor wenig Monaten verſühnter Auſtandes prorogation, vnd was dabey an ſeiten Hiſpanien vor Vorſchläge beſchehen/ genugſamb zuverſpüren / wann dann der gewiſſens Zwang durch vnzweiffentliche ſonderbahre Schickung Gottes / einen ſolchen hohen vnd vnwiderbringlichen Schaden vnd Verluſt ſo viel ſchöner herzlicher Provincien vnd Länder denen/ ſo ſich deſſen vnterfangen/ zufügen kan/ iſt ja billich/ daß ein jeder ſich an ſolchen Exempeln beſpiegeln vnd die Straſſen nicht ſuchen ſoll / die andere geſiegelt/

vnd

vnd Schiffbruch erlitten haben. *Hactenus ille.* Amazias † religionem enſe 22
propugnaturus bello ſuperabatur, captus ſervitutem ſuſtinebat, & ſanctuarium in Hieruſalẽ miſerè dilacerabatur, derowegen daß Gleichnuß (air Dem. à Diſſingav. *in tract. de auton. pag.* 42.) für Joas außgeſprochen/wehre werth daß man es mit güldenen Buchſtaben an die palatia der Herrn vnnd Fürſten ſchreibe/vnnd in Taffelen zum ewigen Denckmahl/daß man odio religionis (da man ſonſt keine erhebliche Vrſachen hat/ nichts wider rühige vnnd friedſame Völcker vnnd Nachtbaren anfangen ſolle) mit eyſeren Grieffelen einpreſſen/ꝛc.

Nimrodis ſeculo † plura ſchiſmata ſuborta fuiſſe legimus, nunquam 23
verò, quod pax politica inde turbata fuerit, hinc Jacob coram fratre Eſau, ethnico homine, ſepties genua flectebat, eumque exoſculabatur, verò & ſincero haud fucato corde, Jacob Pharaoni benedicebat, maledicebat verò filiis propriis Simoni & Levi, quod occidiſſent Sichem, affinem ſuum, non tam propter ſtuprum ſorori illatum, quam quod coëgiſſent, ipſum recipere fœdus circumciſionis, cum antè non ſatis ſuperque de Deo vero & cultu ejus informatus eſſet. Neque etiam conſtat à Pharaone, Iſraëlitas propriè moleſtatos fuiſſe, retinuerunt enim illi durante ſervitute, 1. linguam nativam, 2. religionem, 3. & nomina agnationis & familiæ. Tandem religione Hebræorum poſt eductionem ex Ægypto, certis ritibus & ſtatutis à Deo aucta & propagata. Aarone vitulum fabricante, non propterea is à Moyſe occiſus nec à Deo reprobatus eſt. *Exod.* 32. Et licèt ſub Moyſe inde uſq; ab hoc exceſſu permanſerint reliquiæ falſorum dogmatũ, hæreſeos in populo Dei, ut conſtat, *Joſ.* 24. *act.* 1. *apoſt.* 5. haud tamen vi, flamma, ferro, laqueo, ſchiſmata offenſa, inquiſitiones inſtitutæ, bella contra fratres fuerunt mota.

Porrò Ducibus Iſraëlitarum cum filiabus Moabiticis fornicantibus idolaq; eorum Baal in Peor adorantibus, Moyſi, ut magiſtratui politico, non ab Aarone ſacerdote, ſed Deo ipſo ſingulariter commiſſa & data eſt vindicta & executio harum iniquitatum, 4. *Moſ.* 24. & quæ ſunt exempla ſacra alia.

Proinde Annales Valentinianum Imp. hoc moderamine principaliter inclaruiſſe referunt, quod inter diſſentientes de religione medius ſteterit, nec quenquam inquietaverit, neque ut fieret, unquam conceſſerit, interdictis minacibus ſubjectorum cervices ad id, quod ipſe colebat, potius inclinans. Cæterum intemeratas reliquit partes, quas comitate componi haud poſſe perſpiciebat, refert Am. Marcellin. *lib.* 10. *Chronol.* quam benignitatem ſummis laudibus extollit Chryſoſtom. *homil.* 56. *in Matth.* ibi: Chriſtus non cogit, non impellit non urget, ſed liberam ſingulorum voluntatem efficiens dicit: ſi quis vult, &c. Hilar. *in Matth c.*13. Nunc, prohdolor, divina fidei ſuffragia terrena commendant, terret exiliis & carceribus Eccleſia, quæ carceribus & exiliis eſt credita, fugat ſacerdotes, quæ fugatis ſacerdotibus eſt pro-

Ggg pagata.

pagata. Mores Valentini in hac re ſecutum fuiſſe Conſtantin. tradit idem Marcellin. *d. loc.* qui Chriſtianorum diſſentiẽtes Epiſcopos, cum plebe diſciſsâ, in Palatium regium vocavit, eosque admonuit, ut conſopita civili diſcor-
24 dia quiſque ſuæ religioni ſerviret. Perelegans † huc pertinet locus Sophoclis in Philoctete *pag. mihi* 414.

Hoc verò memineritis, cum terram
Vaſtabitis, ut religionem tueamini.
Quia alia omnia poſteriora ducit Juppiter,
Pietas enim ſimul moritur cum hominibus,
Et ſeu vivant, ſeu moriantur, nunquam interit.

Præterea ſecundæ partis principalis vis publicæ eſt vis illata fœminæ vel puero ingeñuo, ut maſtupretur, uti diximus *c. præcedenti.* quia vero indicia harum ſpecierum ſat ſuperq; ſupra de ſtupro enucleavimus, operæ precium non eſt, eadem hic repetere, vel multis inutilibus hominum aures prægravare. Per-
25 gamus proinde ad indicia incendii, cujuſmodi ſunt: cum quis paulò antè quam incendium ortum eſt, materias ignem occultum diu foventes aut facile concipientes ut picem, pulverem bombardicum, fomites tractare viſus ſit. Eſt ſiquidem præparatio & ordinatio hujuſmodi valdè ſuſpecta, indicans incendium præcogitatum, unde cum delictum hoc occultè fieri ſoleat, ex præparationibus non immeritò inducitur probatio. Blanc. *de ind. num. 64. con. crim. art. per* 1. ibi: Wo dann derſelbige ſonſt ein argwonig Geſelle iſt / vnnd man ſich erkunden mag / daß er kürtzlich vor dem Brandt / häliger vñ verdächtlicher weiß mit vngewöhnlichen / verdächtlichen / gefährlichen Fewrwercken / damit man heimblich zu brennen pflegt / vmbgangen. Porrò ſi minæ præceſſerint incendium & literæ diffidatoriæ, Abſagung vnd Feindes Brieffe oder Brandzeichen, aut ſi quis levioris vitæ minans dixerit: Ich will dir einen rothen Hanen auff das Hauß ſetzen / indicia ad torturam ſufficientia ſunt. Damhoud. *in prax. crim. c. 103. num. 10. adde conſt. Frid. de incendio lib. 5. feud.* Cæterùm ſi de ſociis incendiariorum opem & conſilia ferentibus delinquenti, qualiter ex indiciis arguantur, quæratur, Reſp. referenda huc indicia eſſe generalia, quæ adverſus fures, latrones ſtringere ſupra demonſtravimus. *arg. conſt. Carol. V. art.* 46. ut ſi reus cũ veris incendiariis ſcienter & doloſè participaverit, vel res ejuſmodi vendiderit, quæ incendarius mercedis loco, ut incendium immitteret, receperat, vel aliis modis ei adjumento fuerit, ſuccurrerit, & patrocinatus fuerit, ad facinus & ſcelus hoc adeo grave & nefandum perpetrandum, Boſſ. *in tract. crim. in tit. de jud. num.* 61. Maſc. *vol. 2. de prob. concluſ.* 831. Item ſi nomine incendiariorum ſe offerat de delicto tranſigere, *arg. d. art.* 40.
26 Porrò ſi doloſè † receperit homines de delicto hoc incendii publicè diffamatos, quandoquidem vulgò receptatores peſſimũ genus eſſe hominum, JCtus teſtetur. *in l. 1. ff. de recept.* ut proinde non immeritò adverſus eos inducatur

indicium

indicium, Clar. *in §. quicunq;. d. tit. feud.* ut ſi recepttentur, recipiens damnum & injuriam paſſo pro facultate ſua reſtituat, judici verò decem libras monetæ de illa diœceſi, in qua crimē commiſſum eſt, perſolvat, ac Domino Imperatori pro voluntate & gratia ſua, ut ſonant verba text. diſponat. Si quis autem ſuper hac culpa innocentiam ſuam probare, vel oſtendere voluerit, cum duobus viris veracibus culpa in præſentia judicis ſe expurget. Si quis autem cuiquam impoſuerit, quod incendiarium receperit, & de hoc ipſum jure voluerit convenire, hoc neqnaquam ei fieri liceat, hiſi præſtito primo calumniæ ſacramento. *hactenus verba d. conſtit. Frider.* Denique fuga ſuſpecti incendio exorto inter cetera indiciū præſtat, quò refer caput de fuga inter judicia generalia relatum: Ubi hoc quoq; deciſum eſto, ut ſiquidem contentio ſit inter † 27 vicinos, cujuſnam culpâ incendium exortum ſit, præſumatur culpa ejus exortum, qui focum & fumum quam negligentiſſimè curare ſolitus fuerit, vel quibus in ædibus ut plurimum micare ſoleat focus, ut cum Poëta loquar, igne diurno nocturnoq;. Unde illud Plauti *in mercat. act.* 4.

Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus,
Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.

Et Virgilii *Eclog.* 1.

Nec mala vicini pecoris contagia lædent.

Et 9. *Eclog.*

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Et Martialis *lib.* 8. *epig.* 55.

Jugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ.

Quamvis venditori prædii demonſtratione fundi factâ, non erat neceſſe cōfines emptori nominare. *l. cū ſervo. §. ult. ff. de contra empt.* veruntamen ſi quis in vendendo prædio confinem celaſſet, quem emptor, ſi audiſſet, empturus non eſſet, teneri venditorem ad intereſſe, dicit Juriſconſultus *in l. quod ſæpè. §. ult. ff. eod. quem text. intelligunt gloſſ. & doct.* in vicino malo, & per illum text. dicit Bald. *conſil.* 482. quod propter malos vicinos res minoris valeat, minoriſq; ematur & vendatur. Marcus Cato *lib.* 1. *de re ruſtica.* illud monet: Ut cum prædium comparare cogitabimus, animadvertamus vicini quo pacto niteant. *lib. rei ruſticæ c.* 3. De vicini commodo (*inquit*) non eſt quidem certum, quem nonnunquam mors, aliæq; nobiſcum diverſæ cauſæ mutant, & ideò quidam reſpuunt Catonis ſententiam, qui tamen multum videntur errare. Nam quemadmodum ſapientis eſt, fortuitos caſus magno animo ſuſtinere, ita dementis eſt, ipſam ſibi malam facere fortunam, quod facit, qui nequam vicinum ſuis nummis parat, cum à primis cunabulis, ſi modò liberis parentibus eſt oriundus, audiſſe poterit:

Μηδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽ εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
Nec bos intereat, vicinus ſi improbus abſit.

Themiſtocles Athenienſiū Princeps, ut Plutarchus in Apophthegmatibus & in vita ipſius retulit, cum agrum venalem proſcriberet cæteris commendationibus illud addere præconē juſſit: ὅτι καὶ ἀγαθοὺς γείτονας ἔχει, id eſt, quòd vicinos bonos haberet, quaſi vicini commendatione futurus eſſet longe vendibilior. Hinc Mart. *lib.7.epigr.* 92.

Propter vicinum, qui pretioſus erat.

Apud Jov. Pont. extat exemplum īnſtrumenti, veteris contractus *empt. vend.* ibi: *Tribules ac vicinos bonos habet, quos mox nominat.*

Vide Petr. Royz. *in deciſ. Lituan. c.3. p. m.* 180. ubi poſt alia refert ex Ulpiano *in l. ſi quis fumo. §.1. ff. ad l. Aquil.* ibi: qui exorto in vicinia incendio, proximas ædes, ne longius procedens ignis, ad ſe perveniret, intercediſſet, actione L. Aquiliæ non teneatur. *l. ſi alius. ff. quod vi aut clam*, ubi ſinguli tamen vicini pro refectione domus periculo inſtante dirutæ contribuere coguntur, *arg. l.1. & 2. ff. ad L. Rhod. de jact.* unde Brocardicon: Quod damnum pro communi utilitate acceptum, commune eſſe debeat. Bald. *conſil.* 491. Hyppol. *ad l. 1. num.7 ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Salyc. *in d. l. quæ fortuitis. circa finem. C. de pignor. action. facit text. in l. metum. §. ſed licet. ff. quod metus cauſ. & text. in l. cum duobus. §. quidam ſagariam. ff. pro ſocio.* Franciſc. Turzanus *concl.155. n.5. in l.1. commun. opin.*

Præterea incendii voluntarii indicia ſunt, quandocunque incendio exorto, adſtantes & aſpectantes homunciones riſum vel apertum vel occultū non diſſimularunt, quos proculdubio incendii reos appellat, atque ſubjugandos quæſtioni, docet Laurent. Cavalcan. *conſil.65. in fine.* non ſecus, uti diffamatus veneficii, lætabundus per mortem defuncti. Farinac. *vol.4. tract. crim. q. 122. tit.* 14 *p.*4. quemadmodum triſtitia fletusq; in caſu converſo indicia incendii purgat, niſi corde Crocodiliano profecti. Foller. *in pr. crim. in verbo. quod ſuffocavit uxorem. num.*46. hinc text. *l.19. ff. de off. præſid. & c. irriſor. de pœn. di-*
28 *ſtinct.*3. ubi dicitur: ſub perſonâ † flentis latere ſæpenumero riſum profundum, &c.

Sed hactenus de indiciis doloſis: de incendiis culpa inhabitantium exortis, eorumq; indiciis jam dicemus, quâ de re agit *text. l.3. §.1. ff. de off. præ-*
29 *fecti vigil.* qui ſancit, quod † fuſtibus caſtigari debeat is, qui negligentius ignem habuit, & refert Farinac. *p.3. q.* 110. *num.* 18. ad triremes aliquem condemnatum fuiſſe, qui jocandi causâ duos larvatos indutos ſtupâ incenderat tripudiantes, qui inde penè combuſti fuiſſent, atque hinc tot actiones damnum paſſi contra incendiarios culpabiles, Farin. *d. loc. num.* 10. Bald. *in l. 11.*
30 *C. de his qui accuſ. non poſſ.* † neque ebrietas excuſat reum, Bald. *ibi num.* 5. adeò ut qui damnum reſarcire non poſſit, luat in corpore pœnam. *l. 9. ff. de incend. ruin. nauf. l.28. §.12. ff. de pœn.* Bart. *in l.3. ff. de off. præf. vigil. num.* 5. Indicia verò hujus incendii, quoties dubitatur, quod ſæpè accidit, cujuſnam in ædibus

ignis

ignis exortus fuerit? ſunt mala ignis cuſtodia vicini, Bart. *in d.l.3.* vel qui paterfam. lucernam vel lumen ſolitus fuit committere manibus puerorum in ſtabulis, aliorumq; domeſticorum levioris & imprudentioris animi. Cagnol. *in l.23.ff.de R.J.num.*70. Joſeph.Ludov. *deciſ.Peruſ.25.num.12.verſ.* exemplum tamen poni poteſt, &c. item qui paterfamilias peregrè abiens vel convivia frequentans, reliquit liberos & ancillulas incautiores domi. Pet.de Anchor. *conſ.*443. Bald. *conſ.*149. Joh.de Anan. *conſ.*71. Jaſ. *conſ.*116.*vol.*1. Far. *in pr.crim. p.3.q.*110.*cap.*2.*n.*88. Menoch. 2.*arb.jud.q.cent.*4.*caſ.*390. ſiquidem tamen eo in loco incendium oriatur, quo domeſtici raro vel nunquam perveniunt accenſo lumine vel igni, præſumitur potius incenſum caſu quam culpa inhabitantium exortum. Damhoud. *in pr.crim.c.*104.*num.*9. quod ſi ex fœno humido, quod flammam concipere ſolet, incendium videatur ortum, aliter dicendum apparet. Bertaz. *in conſil.*481.*num.*155.*lib.*2. Farin. *p.* 3. *q.* 110. *num.* 61. Præterea indicium præſtat, ut ſi quis ſolitus ſit ignem magnum & immoderatum habere in magna ligni copia, isque inſuper luxui operam dare conſueſcat. Salyc. *in l.* 11. *ff.de per. & commod. rei vend.num.*2. Farin. *d.p.* 3. *q.* 110. *c.* 2. *num.* 47.

Porrò qui † canes feles alat plures, noctu focis incubantes, qui ſæpenumero ſolent accenſis villis tranſportare flammulas, & accendere ſtramenta. 31
Socin. *in c.ſi quis domum.6.ext.de injur.& dam.dat.* prout in converſo, nauta non tenetur conductoribus navis de damno murium, quod arroſione mercibus intulere, ſiquidem feles domeſticas in navi habuerit. Benev. Strach. *de naut.p.3.num.*48. & quia jure placuit damna paſſum, quoties de culpa lata & levi agatur, probare oportere culpam allegatam contra inhabitatorem. Bald. *in l.4.C.de pig.act. num.*4. Menoch. 2.*arb.jud.qu.cent.*4.*caſ.*390.& 1.*præſ.q.* 97.*num.*10. Coler. *deciſ.*186.*num.*5.*p.*1. Cephal. *conſil.*362 *lib.*3. Mynſ. *cent.* 6. *obſ.*88. Gail. 2.*obſ.*21. Jam præſumptiones & indicia alia indaganda ſunt, quibus culpa ejuſmodi declaretur, probetur, ſunt verò indicia illa hæc, 1. ſi unicus paterfam. in ædibus conflagratis habitaverit, non inquilini & ſocii, adverſus quos alias probanda erat culpa in individuo. Alexand. *conſil.*50.*n.*9.*lib.*1. Farin. *p.*3.*q.*110. *c.*2. *num.*46. quo caſu incendium culpa illius ſolummodo ortum præſumitur, Salyc. *in l.* 11.*ff.de per. & comm. rei vend.nu.*7. Farin. *d.loc. n.* 44. licet hoc indicium non ad torquendum ſed inquirendum ſaltem ſufficere contendat Menoch. 2.*arb.jud.qu.cent.*4.*caſ.* 390. 2. Si tempore indecenti, utpote turbine ventorum inſtanti, aliquis ignem magnum domi habuerit. Farin. *d.loc.num.*54. Salyc. *in d.l.*11.*num.*2.*verſu.tempore,&c.arg. l.ſi quis fumo. ff.ad l.Aquil.* 3. Si quis in loco periculoſo & inſolito accenſus fuerit. Salycet. *in d.l.*11. Socin. *in c.ſi quis.6.ext.de injur. & damno.* Damhoud. *in pr.crim. cap.* 104.*num.*9. Angel. Aretin. *in tr.de malef.verb. incendiario. num.*13. 4. Si noctu paterfam. non habet ignem ſopitum velatum & coopertum. Salyc. *d.loc.*

Digitized by Google

Angel. *d.loc.* quod non de cinere, ſed teſtâ & tugurio ſubaudit. Soc. *in d. c. ſi*
quis domum. num. 21. Farinac. *d.q.* 110. *c.* 2. *num.* 56. *& conſil. crim.* 60. *p.* 1. ſed
32 quia præſumptio præſumptionem trudit, non deſunt argumenta, quibus ſe †
defendat paterfam. contra actorem, 1. ſi probet, ſe diligentem adhibuiſſe
cuſtodiam in conſervando igne nocturno, ſerioque admonere ſolitum fa-
mulos, ut ignem haud perperam ſed fideliter cooperiant & cuſtodiant. *Bald.*
conſil. 442. *lib.* 2. Menoch. 2. *arb jud qq. cent.* 4. *caſ.* 390. Salyc. *in d.l.* 2. Bart. *in l.*
3. *ff. de off. præf. vigil.* Gail. 2. *obſ.* 21. *num.* 3. 2. Si doceat, ignem ab incendiariis
vel hoſtibus tempore belli immiſſum. Farinac. *d. q.* 110. *c.* 2. *num.* 87. Dam-
houd. *in pr. cap.* 104. *num.* 9. Salyc. *in d.l.* 11. niſi ab inimicis & diffidatoribus
privatis damnum eſſet datum. Damhoud. *c.* 104. *num.* 10. Farin. *d. loc. nu.* 67;
quo caſu damnum reſarcire tenetur vicinis, 1. quia poterat facere pacem cum
inimicis. *gloſſ. in l. ſi merces. §. culpa. ff. locat. ubi Bart.* vel 2. deferre minitato-
res magiſtratui, quod quia neglexit, culpam videtur dediſſe incendio. Farin.
d. loc. num. 70. *& ſeqq.* Benev. Strac. *in tract. de nund.* ubi perinde concludit, ut
ſiquidem nauta ab inimicis ſuis, forte piratis, ſpoliatus ſit navi & mercibus,
is de damno dato teneatur conductoribus navis, ſive culpa ſive ſine culpâ ini-
micitias illas contraxerit. *hæc ille. p.* 3. *n.* 3. Si probet paterfam. incendium
aliunde, quam in domo ſua eſſe ortum. Alexand. *conſil.* 74. *vol.* 6. Damhoud.
d. cap. 104. *num.* 9. Marſil. *in l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de Sicar. num.* 113. Gail. 2. *obſ.* 21.
Matth. de Affl. *in deciſ. Neap. dec.* 57 Pariſ. *conſil.* 87. *lib.* 1. Notatum hic eſto, in-
cendiorum authores antiquitus per ferrum candens tanquam indicia fuiſſe
manifeſtatos, qua de re Albert. Crantz. *in Wandalia.* 8. *cap.* 30. ibi: incen-
dium ædium furtim procuratum imponebatur eo oppido innocenti: Ille
quam ſanctè jurans ejus ſe culpæ non eſſe affinem, purgationem offerebat
vulgarem de ignito ferro, ferrum ergo ignitum ille deportabat itinere non
parvo, tunc manibus excutiens nihil læſionis præferebat. Evanuit ferrum ex
oculis mirantium omnium. Annus pene totus interceſſerat, cum alius jam
ſilicibus viam ſtraturus in oppido publicam, in arena loci manum vertit, & in-
vento ferro, adhuc igneſcente dextram adurit, mirati qui adſtitêre rem, refe-
runt loci præfecto: Illi mox incidit ſuſpicio illum eſſe criminis reum, quod
innoxio imponebatur, mox jubet ad quæſtionem abripi, confitetur incendiũ,
& ultimo ſupplicio, fractis rota cruribus, interimitur, &c. vide Fr. Hottom.
in diſp. feud. cap. 44. *& p.* 2. *ſupra de indic. noſtris. cap.* 3. *in fine.* Denique ad hanc
materiam incendii, qui plura concupiſcit, omnino videndus & conferendus
erit noviſſimè Johan. Lüblerus *in tract. exquiſito de incend. paſſim per tot.*

Quarta ſpecies eſt, ne cauſas actor in judicio proſequatur, & quæ ſimi-
lia, &c. Indicia autem hujus ſpeciei ſunt † contemptus poſitivi magiſtratus,
33 ut ſi juſſus præſtare nonnihil in judicio, protervè ſe parere nolle, reſpondeat;
vel ſe juſſa magiſtratus flocci pendere, Menoch. *de arb. jud. qq. caſ.* 416. *nu.* 29.

cui ſimi-

cui ſimiles in committendo & omittendo juxta commiſſæ contumaciæ, ut ſi cui captivi vel rei pignoratæ injunctum fuit, non modo ut dimittat captivum hominem vel pignus, ſed aliam perſonam familiæ denuo, vel rem actoris capiat pignoretve, quæ obſtinata malitia & malitioſa contumacia procul dubio parit indicia ejuſdem farinæ delictorum, quæ non cognata modo maleficia, ſed ſpecies ſub genere contentæ merentur appellari, quæ † ſub genere 34
caudas habent colligatas *gloſſ. in c. accuſatus. §. eum qui. verb. judicati. de hæret. in 6.* Zaſ. 2. *conſil.* 16. *num.* 8. Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 48. *num.* 42.

2. Reſpectu judicis indicia ſunt, diſgratia & inimicitia jus dicentis, Frider. Mindan. *lib.* 2. *de mand.* 29. qui partem tanto odio ſæpe perſequitur, ut vel per ſe vel alium tutò & pacificè litigare, vel ſua ritè defendere vel ſententiam finalem exſpectare non permittat, ut ait Frider. Mindan. *d. loc.*

3. Indicia ſuggerunt, quandocunque judex ipſe ex cauſa commodum aliquod ſperat, judicandi munere ſe haud abdicans, videtur enim judex in re propriâ decernere, quod iniquum & ſummè moleſtum erit litigatori, *l.* 10. *ff. de juriſdict.*

4. Indicia ſuggerunt judicum corruptio, quâ nihil eſt deterius immaniusq; in republicâ, *l.* 18. *ff. de off. præſ. l.* 6. *§. fin. ff. de off. proconſ. Deuter.* 16. *verſ.* 19. *Proverb.* 17. *v.* 25. quanquam juxta nonnullos † eſculenta vel potulen- 35
ta judicem accipere poſſe non dubitetur, quæ calcar litium expediendarum nonnunquam dicuntur, Bald. *in d. l.* 6. *& c. etſi. ext. de ſimon.* Lancell. *de off. prætor. §.* 1. *num.* 6. Neviz *in ſylv nupt. lib.* 5. *num.* 90. & vinum in amphoris non in doliis capere poſſe judicem exiſtimavit Damh. *in pr. crimin. c.* 138. quod tamẽ Tholoſano & quibuſcunq; aliis meritò diſplicuit, & diſplicere debet, cum in minimis lateat affectio, & ex minimis tranſitus ſit facilis ad majora, juxta illud Plautin. *in Menæch.* nunc in te folia, mox arbores cadent, &c. ſcitè igitur Plutarch. in Hypparch. concludit, ſceleratos & impios eſſe, qui ſciunt, nullius precii eſſe ea, ex quibus lucrantur, & tamen ex imprudentia lucrum amplecti audent, Johan. Wolff. *p.* 1. *lect. memor. in proœm.* & qui alii judicum affectus hic recenſeri poſſent, unde leo ex unguibus tandem agnoſcatur, hinc illud: tout vienta proiuct, qui pout attendre: & ſanè † ſumma eſt Philoſophiæ 36
pars & regiæ poteſtatis ſignum, affectibus rationabiliter imperare poſſe, &c.

Quandoquidem ſpecies & ſequela & pars eſt antecedentis: idem hic erit judicium de parte, quoad totum, Eberhard. *in topic. loc. à part. ad tot.* adeò, ut quæ vicia modo in judice taxavimus, utpote indicia illius delicti, eadem hic adaptari poſſe ac debere conſequens eſt, qui judex enim inimicus, qui conſors litis eſt, qui corruptus, qui ll. & ſtatutorum neſcius, idem ſtatuere præſumitur contra civem Romanum, non agnoſcere eum pro tali velle, quòd imprimis judex illiteratus machinabitur, cum † ignorantia juris plerunque fit 37

calami-

Digitized by Google

calamitas innocentis, Auguſt. *de Civ. Dei, lib. 19. cap. 6.* vel ut Joach. Beuſt. *in l. admonendi. ff. de jurjur p.* 350. indicavit hoc verſiculo:

Judicis officium noli committere ſtultis,
Ars docto regitur, regitur ſapientia docto.

38 Septimam ſpeciem de † vectigali improbe haud exercendo vel violando, quod attinet, ſupervacaneum eſt, de indiciis quærere, cum vectigalia non niſi aperta vi & injuria ſubditorum vel peregrinorum publicè exerceantur, nec delictum hoc in abſcondito, quo indicia propriè ſpectant, committatur, nec per rei naturam poſſit clanculum perpetrari, niſi actus aliqui clandeſtini proponantur commiſſi ad hoc, ut novi vectigalis authori inde actus poſſeſſorios acquirere geſtiar, quæ ratio quoque effecit, quod indicia duarum priorum ſpecierum directa dari ſupra haud potuerint, quæ non niſi pro ſubjectâ materia operari in propatulo eſt: quia verò vectigalis violatio & defraudatio ſuas præ ſe fert, rimas juxta illud: nequam quærit angulum: fraudati vectigalis delictum ſua indicia & demonſtrationes habeat, neceſſe eſt, quæ partim ex ſede generalium indiciorum, ut conſuetudine fraudādi fiſcum, perſonæ levitas & turpitudo, celatio rerum vectigali obnoxiarum, quæ pro re natâ & indicium & delictū inferunt: diverſo reſpectu partim ex aliis cauſarum figuris depromi & ventilari debent, proſpiciendum autem eſt jus dicenti, ne dum anxiè in defraudatores, qui minus nocent, inquirit, fures majores *ipſi* publicani interea dilabantur. juxta illud:

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

qui felium inſtar ad caſeos tuendos propoſitarum plus nocent uno morſu, quam omnes mures totius viciniæ nocebunt: & adſerit Benev. Strach. *in tr. de nund. part. 3. num.* 8. permiſſum eſſe viatoribus, quacunq; arte prætervehere vectigal, ſiquidem præter fas à publicanis urgentur, & addit, publicanos damnum, quod inde Regi vel Principi emergat, reſarcire teneri, *l. igitur. §. fin. ff. de lib. cauſ.* quod enim injuſta tributa ſeu vectigalia licitè fraudari poſſint nec fraudantes in foro conſcientiæ ad eorum reſtitutionem teneantur, tradit Petr. de Ubald. *in tract. de collect. num.* 37. Johan. Bonifac *in tract. de furt. §. fraudaloſa. num.* 31. *ubi tamen vide notabilem limit.* Denique ſpeciei 8. ultimæ indicia ex loco læſæ majeſtatis ſuprà *c.* 3. *&* 4. haurienda ſunt, quibus hoc caput jam concludo.

* * *

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

AD LEGEM IVLIAM DE VI PRIVATA.

SUMMARIA.

1. *Conciliatio l.1.§.2.ff. de vi privat. & l. 3.§.5.ff. de vi publ proponitur.*

2. *Navicularii annonæ publicæ ſubſervientes immunes ſunt ab oneribus publicis.*

3. *Nautæ privati tenentur conductoribus de culpa lata & levi.*

4. *Quo anni tempore tutò navigandum?*

5. *Quando nauta teneatur de deprædatione & ſpolio navis?*

6. *Referuntur 10. culparum ſpecies, quibus nauta tenetur conductoribus navis.*

7. *Examinatur ſententia Bartoli ad l.1.§. 3.h.t.*

8. *An Emphiteuta ipſo jure privetur re emphitenticâ ob non ſolutum canonem? & quid ſit ipſo jure cadere causâ, bonis & rebus ſuis?*

9. *Quando ſine degradatione clericus puniri poſſit?*

10. *Mulieri licet domina dotis non permiſſum eſt, defuncto marito res ſuas ſine authoritate prætoris, auferre.*

11. *Emphiteuta vi dejectus, dejicere viciſſim poteſt ſpoliantem dominum.*

12. *An ex intervallo liceat prædoni vel furi auferre res ablatas?*

13. *Facto impediri poteſt creditor, ne diſtrahat pignus.*

14. *De mandatariis vim privatam inferentibus.*

15. *An teneatur mandator, quoties mandatarii fines mandati exceſſerint?*

16. *Familiæ delicta non obligant dominum, niſi indicia accedant de voluntate, & ratio ejus.*

17. *Quæ requirantur ad fundandam juriſdictionem Cameræ in causâ pignorationis?*

18. *Quomodo differant cauſa pignorationis ab actione legis Iuliæ de vi privatâ?*

19. *Quomodo pignoratio locum teneat in rebus non ablatis, ſed corruptis, prece vel precio redemptis?*

20. *Qualiter conatum vis inferendæ l. Iulia plectat?*

21. *Delicta ficta quæ dicantur?*

22. *De concurſu facto, ne quis in jus produceretur?*

23. *Zaſius ſibi contrarius in hac juris parte.*

24. *An teneatur l. Iul. ſiquidem ſtatus per territorium ſuum deductum reum ſiſtat.*

25. *An ſtatus imperii pœnarum remiſſiones habeant?*

26. *Qualiter ſtatus delinquentes à Cæſare ſint coërcendi?*

27. *Quicunque ſeſe oppoſuit executori ſententiarum, hac lege tenetur.*

28. *Executio ſententiam, ut filia matrem, ſequatur.*

29. *An judici de facto procedenti impunè poſſit reſiſti?*

30. *Iura pro ſententia Menochii & Dd. citata vulgò diluuntur in hac quæſtione.*

31. *Nobilis ſcurra in aulis pluris quam vir bonus æſtimatur.*

32. *Explicatur l.33. C. de decur.*

33. *De coitione improba ſuper lucro litis participando.*

34. *Concuſſio quid? & concuſſio quomodo differat ab eo quod metus cauſa, &c?*

35. *Spiritus ſanctus in os prætoris poſuit, quod metu geſtum non ſervabo, &c.*

36. *Falſi crimen quomodo in hanc ſpeciem ſubintret legis Iuliæ de vi privata.*

37. *Falſarii deteriores eis, qui manu occidunt, vel bona aliorum diripiunt.*

38. *Calumnia falſi ſpecies eſt.*

39. *Sophocles tragicus annorum 72. ſtrenuam adhuc navans operam in conſcribendis tragœdiis, inde à filiis quaſi res domeſticas perperam adminiſtraret, accuſatus eſt.*

40. *Calumniatorum proprium eſt, contra manus & ſigilla diſputare.*

41. *Calumniator non habet jus revocandi,vel declinandi forum.*

42. *Quomodo in cauſa inquiſitionis non repertis juſtis indiciis, calumniator coërcendus ſit?*

43. *Iuramentum ſuppletorium an in cauſa criminali quicquam operetur.*

44. *Fama eſt multitudinis quoddam teſtimonium.*

45. *Talionis pœna irroganda calumniatoribus.*

46. *Prævaricatio quibus modis committi dicatur?*

47. *Prævaricatio cur ſic dicta?*

48. *Qualiter Demoſthenis prævaricatio detecta ſit?*

49. *Rabulæ forenſes utplurimum prævaricari præſumuntur.*

50. *Deſcriptio rabularum.*

51. *Rabulæ & leguleii indocti ab officiis honeſtis repellendi ſunt.*

52. *Trium Imperatorum teſtimonio dicuntur infames.*

53. *Officium procuratorum olim fuit gratuitum.*

54. *Advocato debetur ſalarium licet ſuccubuerit in cauſa.*

55. *Quantum ſtipulari liceat pro advocatura?*

56. *Omnia interdicta poſſeſſoria pro re nata pauciſſimis explicantur.*

57. *Ruina juſtitiæ deteſtabilis eſt non practicari legem ſi quis in tantam C. unde vi.*

58. *Hodie mandata reſtitutoria decernuntur loco interdicti ex l. ſi quis in tantam, &c.*

POrrò ad l.Juliam quoque ſpectat vis privata, quam leges civiles & canonicæ maximè deteſtantur, reisq; pro delicti qualitate varias, easq; graviores infligunt pœnas.*l.1.§.1.& 2.ff.ad l.Jul. de vi privat.* Species hujus delicti à Marciano & Scævola JCtis referuntur difformes & diſtinctæ, *l. 1. 2. 3. 4. h.t. t.t.hoc tit.*

1. Eſt, ſiquidem de naufragiis,ut JCtus loquitur,non nihil diripiatur, *d.l.*1. §. 2. dubitari verò hìc meritò poſſet, quò jure accidat, direptionem rerum nauticarum naufragio facto, vim privatam ſaltem inferre, *d. l.* 1. contre-
1 ctationem vero bonorum tempore incendii exportatorum, † vim generare publicam, *l.3.§.5.ff.ad l.Jul.de vi publica.*durus videtur diſſolvendi nodus,ſed res plana & expedita eſt,textu juris paulatim conſiderato, quantum enim *d. l.3.*concernit,ea non ἁπλῶς direptionem rerum incendii cauſa expoſitarum, coërcet, ſed demum cum gladio & telo rapiendi cauſa quis apparuerit, vel prohibendi dominũ, ut res ſuas ſervaret,*d.l.3.n.5.*Lex Julia de vi privata reum ſine armis,ex naufragio quid ſurripientem dolo malo plectit.*d. l.1.§.1.ff ad l. Jul.de vi priv.* inde & hoc infertur, ut ſiquidem vi armatâ reus per naufragium res expoſitas occupaverit, ex l. Julia de vi publica teneatur,*argum.d.l.3. §.5.ff.de vi publ.* quoniam is à pirata parum vel nihil differat, quod hominum genus peſſimum appellat.authent. navigia, *C.de fur. & l. poſtliminium.§.à piratis.ff.de capt.& poſtlim.reverſ.* Cæterum quod vis nulla nautis fieri debeat, juxta reſcriptum divi Pii,eaque ſeriò prohibeatur, dictante *l. 1. §. 2. h. t.*id in-
2 primis ſubaudit, *l.1.C. de navic. lib.* 12. de † navicularиis annonæ reipublicæ ſervientibus atq; ſpecies annonarias delegatas transferentibus, quos à muneribus publicis immunes eſſe, nec ulla ratione per concuſſiones offendendos,

Digitized by Google

dos, jubet *d.l.1.& l.3.§.negotiatores.C.de jur.immunit.* † nautas privatis, pro 5
priisque commodis operam dantes, quod attinet, ſi prorſus omnis immu-
nitatis ſunt expertes, & ſiquidem in tranſportandis mercibus noceant con-
ductori de dolo, culpa lata & levi teneatur, *l.5.§.12.ff.commod.l.nauta.ff.naut.*
caup.ſtabul. Benev. de Strach. *in tract.de navig. part. 2.num. 3.* ubi evincit, ma-
giſtrum navis quoad ducendam navim teneri de culpa leviſſima, culpa autem,
quæ regulariter nautam aggravat, eſt, [1] ſi tempore inſolito & periculoſo na-
vigaverit: periculoſum tempus aſſerunt vulgò illud, quando † intra Calen- 4
das Octobris & Calendas Aprilis ſe mari commiſerit, *l. quoties.C.de naufrag.*
gl.in l.qui petitorio.ff.de R. V. in fine. [2] Si nauta relinquat itinera ſolita ſeque 5
ſtudio, de viis & tramitibus parum tutis credat, ubi ſi ſpoliatur navis, nauta de
damno tenetur, *l.cum proponas.C.de naut.fœn. l. qui fiſcales. C. de navicul.lib.11.*
modo ne neceſſitatis ergò, quæ legem neſcit, vias ſubire extraordinarias
coactus fuerit, Bald. & Salycet. *in d. l. cum proponas.* [3] Culpæ reus eſt nau-
ta, qui merces de ſua in aliam navim fortè deteriorem & fragilem transfert,
l.fin.§.ſi ea.ff.ad l.Rhod.de jactu. [4] Tenetur, † quoties miniſtros haud indu- 6
ſtrios vel peritos navi præfecerit, quorum negligentia vel navis vel merces
pereant, *l. 27. §. 9.ff. ad l. Aquil.* ibi: ſi negligens in eligendis miniſtris fuerit.
[5] Si plus juſto navim oneret nauta, *l.unica.C.ne quid oneri publico,&c.* [6] Por-
rò ſi homines ignotos, fures, latrunculos in navim recipiat, qui dum manus
voraces habent, ſuffurantur de navi merces, *argum. §.fin. inſtit. pro ſoc.l.fine.§.*
final. ibi: nam cum alienos, &c. *ff.naut. caup.ſtabul.* [7] item tenetur, cum ſi-
gnis & vexillis falſis utitur nauta, unde res vel merces publicarentur, idem ſi
res illicitas veheret, unde navis in commiſſum caderet, *d.l cum proponas.* ubi
Bald. & Dd. [8] Si per imperitiam non vim ventorum ad ſcopulos navim al-
liſerit, cum imperitia culpæ annumeretur, *l.culpa. ff. de R.J.* [9] Si tempeſtate
ſuborta & imminente reliquerit portum vel littus temerè, neque tempus
tranquillum exſpectaverit, *gloſſ.in l fin. C. de naufrag.* [10] Si tempus naviga-
bile neglexerit, recubans in portu juxta vini amphoras, atque fœminarum
pulcrarum illecebris indulgens. Benev.Strach. *d.loc.num.6.* unde perelegans
textus *l.2.§.ſi non propter.ff.ſi quis cautionib.&c.* ibi: Si quis cum poſſet non
incidere in tempeſtatem vel vim fluminis, ſi ante profectus eſſet, vel tempore
opportuno navigaſſet, ipſe ſe arctaverit, cauſa cognita ſtatuendum erit, ut ex-
ceptio non proſit, *& l.fin.C. de navic. graviſſimè.* Si judices patiuntur (ait)
tempore rectæ navigationis naucleros in ſuo territorio cum onuſtis navigiis
immorari, & ipſi municipes punientur, &c. tempus navigabile hic non tam
venti ſecundi, quam ſecuritatis ergo piratarum reſpectu conſiderari oportet,
ut ſi tutò navigare poterant nautæ coram hoſtibus, ſpreverunt autem opor-
tunitatem. *arg.d.l.2.§.ſi non propter.ff.ſi quis caut.&c.* Ubi quæri ſolet, an em-
tor navis piraticæ teneatur deprædatis, inde, quod poſſideat navim? vide

Hhb 2 pro-

prolixè hoc thema ventilatum à Benev. Strach, *d. loc. in tract. de navibus. p. 2. num.* 14. *& ſeqq.*

Sed ad rem redibimus: principium *l.* 1. *ff. h. t.* ait: quod de vi privatâ
7 condemnati pars tertia bonorum publicetur: ubi Bart. *in d. l.* 1. *num.* 3. quærit, an per ſententiam vel ipſo jure publicatio hæc fiat, & reſpondet requiri ſententiam judicis, cum textus dicat: non publicata ſint, ſed publicentur. Relu-
8 ctari autem videtur, 1. quod † Emphiteuta propter canonis ceſſationem ipſo jure cadat prædio emphiteutico. *l.* 2. *C. de jur. emphit.* ubi facultatem Domino jura tribuunt, ejiciendi emphiteutam, Salycet. *in d. l.* 2. Sichard. Coraſ. ibidem Hoſtienſ. *in c. potuit. ext. de loc. cond.* hinc trita illa juris ætiologia: ut quæ fiant ipſo jure, ſententiam judicis declaratoriam non exigant. Jaſon *in d. l.* 2. Bald. *in conſil.* 404. *lib.* 3. ibi: quod ipſo jure fit, non deſiderat ſcientiam hominis. Gail. 2. *obſ.* 51. *num.* 7. ubi ad Emphiteuſin Eccleſiaſticam hanc reſtringit regulam, nec non ad feloniam, quoties cliens in notoria verſatur rebellione, idem *in tr. de pp. lib.* 2. *c.* 3.

2. Movetur, quod in cauſis criminalibus quoque procedat jam dicta concluſio contra ſententiam Bartoli, patet hoc exinde, quia proditio manifeſta & notoria pœnam poſcit abſque ſententia. Alvarot. *in c. ſancimus.* 2. *num.* 5.
9 2. *feud. quo temp. milit.* Item † clericus atrociter delinquens ſine degradatione pœnam luere poteſt. *c.* 1. *in fin. de homicid. in* 6. Marſil. *in l.* 1. *num.* 59. *ff. ad l. Cornel. de ſicar.*

Reſp. ad 1. Imperatorem *in d. l.* 2. *C. de jur. emp.* quoque verbis non præteritum, ſed præſens tempus ſignificantibus uti, quæ pœnam ut plurimum non ipſo jure, ſed ſententiâ ſoleat infligere, *gloſſ. in l. jubemus.* 2. *§. œconomus. C. de SS. Eccleſ. Roman. in ſing. ſing.* 2. porrò ſuccedit & hæc ratio, quod nemo ſine cognitione cauſæ privandus ſit poſſeſſione, *l. creditores. C. de pign.* ne ſcilicet occaſio tumultus faciendi detur, *l. non eſt ſingulis. ff. de R. J.* & ad arma rixasq; temerè procedatur. *l. ſi cujus.* §. *ſed ſi. ff. de uſufr.* Atqui emphiteuta poſſidet naturaliter. *l. naturaliter. ubi Dd. ff. de acquir. poſſ.* Ergo: Atque hinc eſt,
10 quod † licet defuncto viro dos ipſo jure ad fœminam revertatur, *l. in rebus. C. de jur. dot. l. dotis. C. ſolut. matrimon.* non tamen permiſſum ſit mulieri, authoritate propriâ res dotales auferre, ſed officio demum prætoris vel judicis cõpetentis. *d. l. in rebus.* Sic nec Emphiteuta expellatur ſine ſententia judicis declaratoriâ. *arg. l. extat. ff. quod metus cauſ. l.* 7. *C. unde vi.* tametſi non pauci adſtruant, colonum expelli poſſe ob non ſolutam, item conductorem haud præſtitam, juxta pacta conventa, penſionem. *l quæro. §. inter. ff. locati. l. æde. C. loc.* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 5. *numer.* 13. *ibiq; Dd. allegat.* neque argumenta ſequentia hoc inferunt, nec infringunt ſententiam Bartoli. Cum alias hoc paſſu & quantum 2. argumentum refert, diſtinguatur inter civiles & criminales cauſas, maleficia excepta & non excepta, ſic ut de illis exaudienda

audienda ſint exempla recitata: deinde pervolvendi ſunt juris textus de pœna ipſo jure vel ſententia infligendâ loquenies, utrum in futurum vel de præſenti loquantur tempore. Bart. *d.l.*1 *num.*3. Intantum, ut † Emphiteuta propter nō ſolutum canonem à domino dejectus ſine magiſtratus ope & officio, reſtituendus ſit interdicto unde vi. Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 1. *num.* 78. *pag.mihi* 26.*& pag.*85.*remed.*5.*num.* 44. qui quoque in continenti ad inſtar alterius dejecti dejicere viciſſim poteſt ſpoliantem, vide Donell. 15.*comm.* 25. imò amicos convocare poteſt ad recuperandam poſſeſſionem vi amiſſam. *gloſſ.in l. cum fundo.in verbo poſtea. ff.de vi & vi armat.* Bart *in l.devotum. C. de met & Epid.lib.*12. Jaſ.*in l.*1.*§.fin ff.de nov op.nunc.* Marſil.*ſing.*456. Menoch. 1.*remed.recup.poſſ.num.*339. quid autem ſit in continenti recuperare poſſeſſionem,latè & diſertè & explicat idem Menoch. *remed.*1.*num.*224. *& ſeqq.* uti eadem ratione jure permiſſum apparet,furem, prædonem vel abactorem cōvocatis vicinis perſequi,atque rem furto ablatam recuperare Jaſ. *in l.*1.*num.* 8. *C.de teſt.* ubi exiſtimat, quod † ex intervallo quoque liceat auferre furi rem 12
furtivam,quoties judex non confeſtim actoris querelæ deferat,capiatque vel rem vel furem. vide Menoch.*remed.*9 *recup.poſſ.num.*791. Sic debitor pignus creditori conſtitutum interverſurus,ne id faciat, † facto impediri poteſt, cū- 13
primis cum pacto ei facultas data eſt, pignus propriâ authoritate occupare, modo vis privata abſit. Idem Menoch. *remed.*1.*num.*232.*& remed.* 9.*nu.*197. cui etiam permiſſum cōſtat debitorem, *ex l ſi quis in tantam.C.unde vi,convenire.* Menoch *d.loc.* Sic quoq; ſervis & famulis mercedem ſuam, quam à dominis ullà ratione reportare nequeunt,clepere & clam eis ſubripere permiſſum eſſe, conſtat ex his,quos ſequitur & allegat Wilhelm Antonii *de reſcript. morat.concl.*44.*n.*12.

Porrò ſecunda vis privatæ ſpecies eſt,quoties hominibus convocatis vis facta fuerit, quò quis verberetur, pulſaretur,neque homo occiſus erit, ut ait Scævola *in l.*2.*ff.h.t.* in quâ lege notandum eſt,ait Bart. ibidem in princ. non tam teneri convocantem,quam convocatos homines vim inferentes, cum mandatarius æquè ut mandator jure conveniendus ſit. *l.*11.§.3.*ff. de injur. l.* 15. *ff.ad l.Cornel.de ſicar.l.*1.*§.*1.*ff de eo per quem fact.&c.* Sed quid ſi † mandatarii 14
de vi privata ſaltem inferenda à domino ſint requiſiti, modum excedentes, hominem occidant,vel alia ratione vim publicam committant. Reſp. † man- 15
datorem ultra vim privatam ejusq; pœnam haud teneri, cæteros pro admiſſo crimine,& exceſſivo delicto coërcendos eſſe. *l.*53.*ff. de furt. l.* 26. *C. ad SCtm Vellej. l.*1.§.3.*l.*3.§.1.*ff ad l.Cornel.de ſicar.* Cum voluntas & propoſitum maleficia diſtinguāt. *d.l.*53. & principium non exitus delinquendi conſiderandū *d.l.*26. hinc illud:conventionis æquitas juxta initium non exitum regulanda. *l.de fideicommiſſo. C.de tranſact.* Philip.Corn.*vol.*1.*conſil.*14.*num.*11. quod initium reſpectu mandantis juxta delinquendi proaireſin commenſurandum

Digitized by Google

hic erit. *l.22 C.de pœn.l.26.ff eod.* neque refragatur, quod ait JCtus *in l. nihil intereſt.ff.ad l.Cornel.de ſicar.* nihil intereſſe ſive quis occiderit,an mortis cauſam præbuerit, ubi communiter reſpondent, utrumque hic accipiendum de occidendi proaireſi, quæ de mandatore vim privatam inferendi, revera prædicari nequit, vide Dom. Arnm. *exerc.juſt.15.th.9.* multo minus de exceſſu tenetur dominus pignorationem permittens, aliudve pro cōſervatione juris ſui miniſtris concedens,ultra pignorationem,qui pignorandi forte reſiſtunt, vim privatam inferentibus,cum limitata cauſa limitatos pariat effectus, & fines mandati diligenter ſint cuſtodiendi. *ʃ.9. ubi Dd. Inſt. de mandat.* adeò ut miniſtri mandata tranſilientes,privata quadam cupiditate & vindicta potius, quam contemplatione domini, videantur proceſſiſſe. *l.1.§. quoties. & §. quid igitur ff.de vi & vi armat.* quorum factum mandato indignum neque dominus ratum habere tenetur, atque nequitiam famulorum juſtificare, quod incivile & indecorum foret. *c.ratum.de reg.jur.in 6.c.cum quis.de ſent. excomm.*
16 *l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de negot.geſt.* Quocirca vulgo dicitur † familiæ delicta non obligare dominum, niſi indicia accedant de domini voluntate vel rato. Matth.de Afflict. *in c.1.§.inſuper.2 feud. de prohib.feud alien. per Frid. per text. l.27.ʃ.9 ſi.ad l. Aquil.* tantum abeſt pignoratum etiam unà vim paſſum,dominum ex delicto familiæ *ſuper conſtit de pignorat.* coram Camera, rebus ita ſtantibus,convenire poſſe, multo minus ipſos miniſtros utpote non *imperii* ſubditos immediatos. *arg.l.4.§. toties.ff.de damno infecto.*cum conſtitutio illa
17 † ad fundandam Cameræ juriſdictionem requirat, 1. ut litigatores utrique immediate imperio obediant, 2. pignorator jus novum acquirere geſtiat per capturas 3. pignoratus poſſeſſionem vel quaſi prætendat in loco, ubi pignoratio facta proponitur, 4. ne propter aliquod maleficium pignoratio vel captura fiat. Gail. *de pign.obſerv.3.* Mindan.*de proceſſ.cap 34.35.36.& ſeqq. lib.1.*

Sed ad textum revertar, planè quod ſi hominibus non coadunatis quis in ędibus agro villa privatâ & propriâ pulſaretur,verberibus exciperetur, nonne pœnæ vis privatæ locus eſt? Reſp. Bartol. Si unà nonnihil de rebus offenſi auferatur, vis privata committatur. Bart. *in d.l.2.* Si delictum inde patratur, de pœna nulla poteſt eſſe dubitatio,cum pœnæ delictis commenſurādæ ſint. *l.22.C.de pœn.l.5.ff.h.t.* ubi JCtus ait: Sed ſi nulli convocati nullique pulſati ſunt per injuriam,tamen ex bonis alienis quid ablatum ſit, hac lege teneri eum qui id fecerit. Atque hæc legis Juliæ pars quoque affinis eſt conſtitutioni pignorationis, ubi de rebus vel perſonis ablatis agitur. vide Gail. *de*
18 *pign.obſerv.4.* quæ in hoc apprimè † differunt, 1. quod pignorator prætenſi cujuſdam juris ex cauſa civili ad ablationem vel capturam rei alterius vel innocentis, (ut loquuntur) prorumpit, vis privatæ violator,turbator, ubi parum vel nihil prorſus juris prætexere poſſit, ſcelerata graſſandi in res & bona,

imò

Digitized by Google

imò perſonas audacia & libidine depravata manus voraces & deteſtabiles immittit, *t.t.ff.de vi privat.* 2. quod pignorationis conſtitutio, uti diximus, ſolet imperii Romani immediatos, lex Julia, ſecundùm prædicta, & mediatos & immediatos imperii ſubditos coërceat *d.l.*1.2.3.

Deinde locus eſt conſtitutioni l. Juliæ, quanquam res non auferatur, modo ea domi penes actorem viciata corrupta & deteriorata fuerit, ut ſi homo effrænis vi ædes alterius irruens vibrando enſem, quo grandia minatur, offendit familiam, jumentum, ſupellectilem patrisfamilias, prout pignorationis ſpeciem, non ablatis ſolummodo, ſed ruptis & perfractis rebus. Mindan. *de proceſſ.lib.1.c.36.num.* 8. ubi ſtatuit contra Comitem Ottingenſem, qui domos civium quorundam irrupiſſet, doliaq; perfudiſſet, ut vinum omne efflueret, mandata ſuper conſtitutione pignorationis in Camera decreta fuiſſe, paria quippe dicit eſſe, rem meam mihi auferri vel inutilem redditam relinqui. Idem *num.* 9. (quæ Maxima fortiſſimè ſtringit contra gravidicolas nonnunquam cum equis ſuis ne hilum quidē penſandis viatores miſeros ad permutandum urgētes digni longâ literá nebulones) quod aliqui exaudiunt, modo res ita ſit deteriorata, ut forma, per quam res eſt id, quod eſt, ut Philoſophus ait, prorſus deteriorando interierit, alias actio l. Aquiliæ ſolummodo locum teneret. *t.t.ad l.Aquil.* Quemadmodum diſſimilia non ſunt hujus legis Juliæ exempla, quoties vim ſpirans, vim inferens, rem ſubducere, auferre ſatagens prece & precio victus eam relinquat poſſeſſori, non ſecus uti conſtitutioni pignorationis locus eſt, quum pignorationem paſſus rem redemerit juſto precio à pignoratore, cum res quoque ei abeſſe videatur, cui precium abeſt. Mynſing. 3. *obſerv.* 39. Gail. *de pig. obſervat.* 11. *&* 16. Frider. *d. cap.* 36. *numer.*14.

Cæterùm præter notata dicta obſervatum hic & illud eſto, quod *d.l.*3. *&* 2. † conatum inferendi vim privatam quoque coërceat, arguunt id verba 20
*l.*2. ibi: quò quis verberaretur, &c. prout in genere, quandocunque delinquendi conatus in actiones delicto propinquas, in criminibus exceptis in remotas, ordinatas tamen ſine controverſia ad patranda delicta ſeſe exeruerit, puniuntur, raro vel nunquam autem ordinariis pœnis, niſi in exceptis delictis, ubi delicta inchoata vel conatus delicto proximi demum modo ordinario plectuntor, qua de re toties ſupra. hinc Eraſm. Roterod. *in declamat. Lucian. reſponſ.pag.mihi* 164. in maleficiis lex conatum ſimplicem ſupplicio proſequitur, in benefactis ſemper exitum requirit, &c. *& pag. eadem.* ibi: Ergo qui prudens & ſciens, certam atque evidentem noxæ cauſam dederit, eum perinde lex cenſet, quaſi facinus manu peregerit, de quo plura confer apud Anonym. *in not.ad Hartzii tr. de inquiſ.reor. concl.* 4. *num.* 3. Sed hæc ſecundum jam dicta ſuſcipienda eſt ſententia, neq; ubivis crimina ficta ponderant, & pœnam merentur indifferenter. Petr. Royz. *in deciſ.Lituan.deciſ.* 3. *nu.* 63. ubi

Digitized by Google

21 ubi delicta haud conſummata † delicta ficta appellitat à lege intra ſuos cancellos concluſa, ab homine præter caſus lege expreſſos rarò vel nunquam admittenda, declaranda. *gloſſ. in §. ſed hæc. in verbo quibuſcunq;, Inſt. de V. O.* Bart. *in l. ſi fortè ff. de conſt pec.* quæ ſemel inducta quoque tantæ eſt efficaciæ, ut probationem in contrarium non admittat. *gloſſ. in c. 1. de arb. in 6.* vide latè Alciat. *de præſ. reg.* 4. exempla fictorum nimirum ſunt, uti monuimus, omnia pene delicta excepta, ut læſæ majeſtatis, parricidii, ſodomiæ, proditionis, &c. quibus conatum corrumpendi judicem & quæ alia addit Royz. *d. deciſ. 3. n.* 488.
22 Tertia vis privatæ ſpecies eſt, [1] cum † concurſus factus fuerit, quo minus in jus quis produceretur, *l. 4. ff. h. t.* [2] Si improba facta coitio ſit in alienam litem, ut quicquid ex condemnatione in rem ipſius redactum fuerit, inter eos communicaretur, ut ait *l. 6. ff. eod.* De primo dicemus membro, primo loco: in jus vocatio quonam pacto antiquitus fuerit etiam manus injectione celebrata, quoties vocatus ſequi confeſtim aut ſatiſdare tergiverſaretur, tradunt *Dd. in l. 5. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. l. 9. ff. de V. S.* Duaren. 1. *diſp. anniverſ.* 1. Vult. 1. *diſcep. ſcholaſt.* 1. Robert. 3. *ſent.* 1. Donell. *ad l. 22. ff. de reb. cred.* cujus violentæ citationis vel realis jus vocandi ritus, veſtigia in cauſis criminalibus hodie mos ſequitur, quâ de re ſuo loco. Quia verò commiſſa hac citatione facile erat, in jus protracti domeſticos vel familiares ſeſe opponere apparitoribus, unde pax privatorum turbari ſcandalumque hinc non minimum progerminare poterat, lex Julia, ne tale quid fieret, ſeriò prohibere voluit, incidit cumprimis hoc legis Juliæ membrum *in tit. ff. in jus vocati ut eant, &c.* Item, *ne quis eum, qui in jus vocat. eſt, vi eximat, &c.* Porrò de eo, per quem factum eſt, &c. *lib. 1. ff.* Ubi ſimiliter notatum eſto, quod lex Julia hoc in loco conatum eximendi, ne quis compareat coram magiſtratu, coërceat, quantumvis haud immeritò dici queat, vim privatam hic potius ab turbam motam, quam exemptionem tanquam finem ſecundarium & cauſam cauſæ (ut loquuntur) conſiderari, plecti, *d. l. 4. ff. h. t.* cum è contra jure expeditum ſit, exemptionem manere impunitam, quoties citatus nihilominus comparuerit, Zaſ. *in ſumm. ne quis eum, qui in jus vocat. &c.* Vel cum eximitur talis, qui jure comparere non tenebatur, utpote non ſubditus citantis ju-
23 dicis, vel qui jus revocandi domum habebat, † Zaſ. *d. loc. pag. mihi* 51. contrarius ſibi eodem *in tract. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit.* ubi pro regula exhibet, teneri citatum coram judice quocunque comparere, atq; allegare cauſam ſive exceptionem, cur parere, & coram ſuo tribunali ſtare haud cogatur, *l. 2. ff. de in jus voc.* Innoc. *in c. veniens. ext. de accuſ.* adeò ut ſiquidem cauſa illa allegata non fuerit, judicium ſubſiſtat, nondum eversâ jus dicentis juriſdictione, ut ait idem Zaſ. *d. loc. pag. 49. pag.* 51. ſubdit & hoc, non teneri etiam eximentem, quoties reus per loca parum tuta & ſecura, puta ob vim latronum, piratarum vel hoſtium deducendus eſſet, *argum. l. 1. §. fin. l. pen. §. docere ff. eod.*
l. 2. §.

l.2. §. legatis. ff. de judic. quæ ſententia quoq; non adeò crude erit ſubintelli-
genda, niſi ab hoſtibus ipſis interciperetur, quos vel ignorantia facti, vel juſta
bellandi cauſa excuſaret, *argum. d. l. 1. §. fin. ubi Dd.* tantum abeſt purgari ex-
emptionem inde, quod eximens ſit perſona egregia, uti idem aſſerit, *d. p. 51.*
Quanquam enim imperii ſtatus jus indulgendi delicta & remittendi cauſas
capitales habeant, *argum. l. ad beſtias. ff. de pœn. receſſ. imp. de anno 1526. §.* es ſoll
auch/ꝛc. Thom. Mich. *de juriſdict. concluſ. 76.* vix tamen defendi poſſe arbitra-
mur, † reum per territoria Comitis vel Ducis deductum, eximi de manibus 24
ſpiculatorum poſſe, quod non tam turbatio foret imperii meri, quod quis,
datis reverſalibus, hoc caſu exercere poteſt in alieno territorio, *argum. l. de-
fenſores. 7. C. de def. Novell. 15. c. 6. §. 1.* quam remiſſio pœnæ indifferens, & ſine
omni cauſæ cognitione facta, quandoquidem in hypotheſi quoq; anceps &
crinomenon ſit; † poſſitne ſtatus imperii remittere pœnas capitales, quod 25
peccatum enorme eſſe evincitur Scriptura ſacrâ: *Matth. 10. Marc. 1. Luc. 5.*
Innocent. *in c. cum P. Tabellio. num. 2. de fid. inſtr.* hinc in regnis Hiſpaniæ eam
poteſtatem nõ habere Duces, ſcribit Don. Garſ. Maſtrill. *ad indult. Gener. Phi-
lip. 3.* quam communem opinionem eſſe teſtatur, de qua nunquam receden-
dum, Farin. *in pr. crimin. tit. de inquiſ. quæſt. 6. num. 2.* Cacheran. *in deciſ. Pe-
dem. deciſ. 101.* ubi tradit, ſingulari indultu hanc prærogativam cõpetere Du-
cibus Sabaudiæ, vide latè Tiraquell. *de pœn. in proœmio.* adeò ut receſſibus im-
perii expreſſe caveatur de anno 1530. *reform. polit. Auguſt.* Von Gottes Läſte-
rung/ ut ſi imperii † ſtatus delicta impunita relinquat, ipſe in pœnam cadat 26
Cæſareæ majeſtatis, Petr. Frider. *1. de proceſſ. c. 9.* Ruland. *de commiſſ. p. 1. lib. 2.
cap. 3. num. 6.* Pœna vero ſtatuum delinquentium pro arbitrio ſtat ſolius Im-
peratoris, Vent. de Valent. *in parth. litig. lib. 2. c. 3. num. 29.* ubi commemorat,
quî olim Imperator ſtatus refractarios condemnârit, ut canem collo inje-
ctum humeris portarent per mille paſſus, omnibus id paſſim ſpectantibus:
proinde verſ. Günth. *lib. 5.* ibi:

Quippe vetus mos & ibi, ſi quis rege remoto,
Sanguine vel flammâ vel ſeditionis apertæ
Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis,
Impoſitum ſcapulis ad contigui comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre.
——————— *Cujus diſpendia pœnæ, &c.*

Porrò familiare eſt huic membro, † quoties coitio fit, ne judex exequa- 27
tur ſententiam latam, mittat in bonorum poſſeſſionem ex primo vel ſecundo
decreto, vel ſi pacto & modo quovis impediatur, ne pars victrix fructum cõ-
ſequatur ſententiæ latæ, vide Reinkingk *2. de reg. ſec. claſſ. 2. cap. 17. numer. 62.
pag. 285.* Zuvorab weil das fürnembſte Stück der juſtitien an der execution
geſprochener Urtheil gelegen iſt/ uti ait Die Fe. Br. Hoffgerichts Ordnung/

28 *art.*70.*in princ.* Imò † executio ſententiam ut filia matrem, effectus cauſam ſequi debet, Thil. de Benign. *in apoſp. deciſ. Camer. decad.* 2. *vot.* 2.*n.*54.cum ſatius ſit non determinare, quam determinata non exequi velle vel poſſe, Coler. *de proceſſ.execut.in præf.n.*4. Ruland *de commiſſ lib.* 1. *c.*27.*num.*1. Moller. *ad conſtit.Saxon.*32.*num.*2.*p.*155.Gregor. Tholoſ. *de rep.lib.* 10.*c.*4. Wilhelm Antonii *de reſcript.morat.concluſ.*51.*num.* 66.ubi ajunt, ſententias ſine executione eſſe campanarum inſtar, quæ piſtillis careant. Ut ſatis ſuperq; intelligatur, quam grande nefas, auſu nefando reſiſtere executori, liberum juſtitiæ vi privata impedire curſum, litem ex lite, ceu primâ litis materia ſeminare, ut ait *l.*3.*C.de fruct.& lit.exp.*

Quinimò legis Juliæ hujus ratio prohibitiva in tantum ſtringere etiam videtur, ut nedum judice extrajudicialiter procedente, partemq; præter fas premente, homines cogere, atque reſiſtere vim inferenti liceat, quanquam
29 omnes uno ore clamitent, † judici de facto procedenti impunè reſiſti poſſe, *l.prohibitum.*5.*C. de jure fiſci. lib.*10. quam allegat Alciat. *de præſ.reg.*3.*præſ.*9. Dec. *in l.*3.*ff.de J.& J.num.*24. per textus alios, ut *l. omnes.*33. *C. de decur.l.*10. *l.contra.*4.*C.de exec.& exact.lib.*12.*c.judicet.*3.*quæſt.* 1.*c.priuſquam.diſt.*28.*&c.* Anonym. *in not.ad tract.Hartzii de inquiſ.reor.concluſ.*4.*num.* 8. ratio prohibitionis eſt, [1.] quod coitio hominum tumultuoſa facile prorumpere poſſit in vim publicam damnumque irreparabile, quod, quantum fieri poteſt, præcavere vult lex Julia de vi privata, *argum.d. l.* 3. *&* 4. *hoc tit.* hinc illud Plautinum *in Menech.* nunc in te cadunt folia, poſt cadent arbores, &c. [2.] Quod ſpoliatus à judice ante cauſæ cognitionem non reſtituatur, *c. ad decimas.ext. de reſt.ſpoliat.* cum alias à privato ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, per notiora. Proinde Felin. *in c. dilectus. num.*1. *de reſcript.* ſpoliatum à judice, *ait*, cumprimis probare teneri, quod injuſtè ſpoliatus fuerit, Menoch. *de recup. poſſ.rem.*1.*quæſt.*20.*& remed.*7.*q.*1.*num.* 4. *& n.*27. ratio juris ita conſtituti eſt, quoniam juſtitia pro judice præſumatur, quæ præſumptio onus probandi in gravatum transfert *l.*2.*Cod.de off.civ.jud.* Alciat. *de præſ. reg.* 3.*præſ.*9. Tanto minus itaque adſerendum, ut quod in continenti judex reparare nequeat, id-
30 ipſum parti temerè concedendum, *l.*21.*l.*176.*ff.de R.J.* Jura † in contrarium adducta, quantum concernit, ea profectò communem Doctorum concluſionem haud probant. *Ad l.*5. *C. de jur.fiſci.* itaque Reſp. diſtinguendum eſſe inter judicem quàm judicem procedentem, & judicem quàm privatū, remoto omni actu judiciali ſive antecedenti ſive præcedenti officii publici prætextu & velamine: ita ut ſi qua judex procedat, licitè eidem reſiſti nequeat, *c.ad decimas.ext.de reſt.ſpoliat.* Cæterum ſi extra & præter officium offendat privatum ut ſi nobilis ſcurra juriſdictionem aliquam ſimplicem ſibi in pago quodam uſurpans, colonum in via, villa, caupona (talia qui moliuntur, vulgariter Schuffte/ Bawrenplager dicuntur) protervè moleſtat, & injurioſè vim in-

fer

fert, plagis & fuſtibus immerentem invadit, dubium non eſt, quin reſiſti & vis illata vel inferenda, vi pari propulſari poſſit, *l.3.ff.de J. & J.* & de hujuſmodi officiali procul dubio loquitur textus *d. l. 5.* qui quod ἀπλῶς Dd. tradunt, nequaquam aſtruit, cum officiales principes dici quoq; haud inconvenienter poſſint ſcribæ, actuarii, ſatellites, & ejuſdē farinæ miniſtri, &c. † nobiles aulici vel paganici, qui in aulis (quod deplorandum ait Camerarius *in hor.ſucciſ.lib.3.cap.41.*) pluris quam vir bonus æſtimantur, non egregias, quas præter venationis & potationis uſum Princeps perſonas alit, hic taxo, quod abſit, &c. 31

Ad † *l.33. Cod. de decurion.* reſp. ſpeciali privilegio eſſe indultum decurionibus, ne torqueantur in cauſis criminalibus, quâ de prærogativâ textus cumprimis agit, adeò, ut ſi judex poſthabito privilegio procedat, decuriones judicis pertinaciæ demum liberam contradicendi (non reſiſtendi) habeant facultatem, unde tanquam à particulari nihil infertur, *l.14. l.16.ff.de ll.* neque enim jus ſingulare ad conſequentias trahendum, *d.l.16.* 32

Ad *l.5.C.de exec. & exact.* reſp. nihil quoque inde inferri, quoniam textus diſertè dicat, executori vetitam ſibi exactionem vendicanti, legitimè obviandum eſſe, id eſt, remediis juris competentibus, *d.c. ad decimos.ext.de reſt. ſpoliat.* Denique *quæſt.1.cap.3.& c.priuſquam.diſt.28.* nec quicquam probant, *c. priuſquam.* nedum mentionem facit hujus thematis, ergo nihil inde arguendum ſupereſt, pergamus itaq; ad alia.

Quarta ſpecies l. Juliæ de vi privata eſt, † quoties improbè coëunt litigaturi, ut quicquid ex lite lucrentur, id commune ſit utriq; vel pluribus litigantium, *l.6.ff. h.t.l.1.§.1.ff. ad l. Cornel. de falſ.* quæ ſpecies pro re natâ incidit in concuſſionem, *l.2.ff. de concuſſ.* eſt autem † concuſſio, definitore Donello *15.comm.40.in princ.* id maleficii genus, cum metu poteſtatis publicæ noſtræ alienæ, aut judicii futuri illicitè injecto, aliquid extorquetur ab aliquo id agente, ut alicujus rei præſtatione ſe eo metu liberet, hæc Donell. *d.loc.* qui metus tamen hic paulo mollior conſideratur ab actione, quod metus cauſâ nonnihil recedens, eo ſaltem natus, quòd imperium & vis poteſtatis metuatur, Donell. *d.c.* 40. venuſtè admodum, ibi: in hoc extorſione incidit ille minor metus, qui magis aſſiduitate quatiendi, quam impetu quid extorqueat, hinc natum eſſe cōcuſſionis nomen veteribus, metaphorâ ductâ vel aliis, qui ædificium ruinoſum concutiunt, ut quod inde ceciderit, auferant, vel potius à furibus pomariis, qui quoniam fructus ex alienis arboribus adhibitâ morâ legere non audent, ne in furto deprehendantur, arbores concutiuntur, quæ poma ceciderint, ſtatim & raptim inde auferant. *hactenus ille citato loco*, quin quod adeò vim illatam quamcunque deteſtetur prætor, *t.t. quod vi metuve cauſ.&c.* ut quidquid animum formidine territum loco & certo de ſtatu ſuo dimoveat, ut ait Cicero *pro Cæcinna*, vel impellat hominem ad faciendum id 33 34

ingruente metu, quod alias facturus non erat, *d.l.2.ff.de concuſſ.* Dion. Gothofred. *in d.l.1* §.1 *ff. ad l. Cornel. de falſ.* Bald. *in rubr. de contr. inveſt. in uſib. feud.*
35 ubi ait: Spiritum † ſanctum in os prætoris poſuiſſe, quod metu geſtum eſt,
36 non ſervabo, Arniſæ. *in tract. de transl. imp. cap.7. n. 2. pag.192.* Porrò † incidit hæc ſpecies in falſi crimen, *d. l. 1. §. 1.* ut quoties ſocietatem perverſi coierint ad falſa teſtimonia ferenda adverſus innocentes, *d. l. 1. l. 19. Cod. de teſtib.* Paul. *5. ſentent. 26. §. 2.* quâ de ſpecie agens Giov. Ant. Palaſ. *p. 4. der gover de ſtato cap. 11.* dicit: Quod exercitus calumniatorum non aliter atque apium apud tribunalia convolent, & mendaciis falſiſque teſtimoniis contra veritatem, Chriſtum & divina præcepta pugnent, adde Vent. de Valent. *in part. litig. lib.1. c.10. num.37.* Sic Chriſtus ipſe coitione teſtium accuſatorumq; falſorum, & tumultu populari ſpirante à Pontio Pilato condemnatus fuit, Tiraquell *de pœn. cauſ. 46. num.2.* Sic Suſanna, plurimique martyres, ſic Simmachus & Bootius ſub Theodorico, Ætius ſub Valentin. Cæſare, injuſtè ſunt condemnati. Procop. *in hiſtor. Wandal. lib.1.* quos conſpiratores Deo odibi-
37 les eſſe ait Apoſtol. *2. ad Corinth. 12.* † deterioresq; eis, qui manu occidunt, & prædia bonaq; aliorum diripiunt vel devaſtant. *c. homicid. in 1. de pœn. diſt. 2. c.6. q.1.* cujuſmodi conſpiratores non niſi viros bonos pati ſcribit Plutarch. *in lib. quem de ſilent. Pyth. orac.* habet, ubi commemorat Corinthi in Oeco inter templi anathemata extitiſſe Palmam æneam, cujus ad radices *ranæ* & ſerpentes viſæ fuerint efformatæ; quibus ſignificatum ſit à vitilitigatoribus & conjuratis accuſatorum maledicorum linguis, veneno exitiali armatis, impeti res & bona imo ipſam illorum vitam, qui non obliquâ ſed ratione rectâ ad dignitatis vel fortunæ faſtigia emerſerint. *Hæc ille.* Sed de falſitate teſtium ſupra ſatis ſuperq; de crimine falſi, quò remitto lectorem.

Præterea coincidit hæc ſpecies cumprimis in calumniam, Menoch. *2. arb. qq. cent.4. caſ.322. num. 2.* quæ alicujus in litibus per fraudem & fruſtrationem vexatio dicitur. Paul. *5. ſent. 5. l.233.* ubi Gœd. *ff. de V. S.* ex Briſſon.
38 Vent. de Valent. *1. c.8. num.16.* † calumniam crimen vocat falſi, ut quando adverſarii litigantes aut malum, quod non patravimus, objicit, aut bonum, quod feciſſe nos adſtruimus, in contrarium interpretari deſudant. *l. 1. ff. ad*
39 *SCtm* Turpill. *l.4.§.4. ff. de his qui not. infam.* Sic † Sophocles jam annum 72. agens, à filiis, quaſi nimium vanitati tragædias ſcribendi operam daret, interea res domeſticas perdide & inſulsè adminiſtrans, judicialiter fuit accuſatus, qui citatus ad tribunal judicum recitavit, jam pridem à ſe conſcriptam tragædiam de Oedipo Coloneo nobiliſſimam, quæſivitq;, num carmen illud deſipientis videretur, quo recitato, ſententiis omnium abſolutum fuiſſe, refert Cicero *in Catone Major.* & Winsheim. Joach. Camer. *in proleg. prædict. tragædiæ.* alibi extat locus Ciceron. *2. de rep.* ibi: ut Carneadi reſpōdeatis, qui optimas ſæpè cauſas ingenii calumniâ ſolet ludificare. Menoch. *2. arb. jud.*

cent.

cent.4.caſ.321. num.2. cujuſmodi calumniatores jure-moras & juri-fugas vo-
cat Fr. Pollet. *in hiſt.for.Rom.c.9.* latè dicendo, † calumniatores contra manus 40
& ſigilla ſua diſputantes nuncupat Zaſ. *in l.1.§.edit.num* 40 *ff.de edend.* Coth-
man. *conſil.30.num.280.* Pruckm. *conſil.50.num.569.* item quibus juſta alter-
candi defuit ratio, in expenſas condemnatis, Ordelap. *in l.fin.num.138.ff.de
R.V.* meritò infamia & turpitudine notandis, Pruckman. *d.loc.* quæ in gene-
re vi publica & de calumnia convictos, ſequitur, *l.1.ff.h.t.l.4.§.4.ff.de his qui
not.infam.* adeò, ut † calumniator non poſſit declinare forum, ſiquidem jus 41
revocandi habebat ſuccumbens in lite, quoad expenſas & damna reſarcie n-
da, quod cumprimis in cauſa criminali, † factâ inquiſitione necdum repertis 42
indiciis ſtringere, ait Johan. Papon. *de Arreſt. 7.tit.7.arreſt.46.* planè judex nō
coërcens in cauſa denunciationis calumniatorem puniatur ipſe. Gram. *deciſ.
39.* præcipuè verò hæc ſpecies in vim privatam cadit, quotieſcunque coëunt
inſtigator & accuſator ipſe, Guid. Pap. *ſing.362.* modo ne inſtigator mature
ab inſtituto deſiſtat, nec litigatori causâ pendente, adſiſtat. Franc. Marc. *p.2.q.
199.* prout calumniæ reus non eſt, nec in vim privatam labitur, qui licet coie-
rit ad accuſandum, indicia nonnulla delicti probaverit, vel demonſtrare reve-
ra poſſit. Abb. Panorm. *in conſil.vol.1.conſil.78.* uti nec pravo conſilio cojiſſe
dicentur, qui ſemiplenè cauſam probaverint. Spec. *de cal.in fine.* Felin. *c.2.ext.
de calum.* quæ ſententia tamen non niſi in civili negotio obtinebit, quoniam
in cauſis criminalibus juramentum ſuppletorium non deferatur, uti ſtatuit
Menoch. *d.loc.num.7.* Confer Cunrad. Hartz *in tract.de inquiſ.reor.concluſ.12.
num.30.& ſeqq.* ibiq; Anonym. *in not.* Sed ne ἁπλῶς id capiatur, videtur ſtrin-
gere hoc, quod licet † juramentum in ſupplementum non admittatur in lite 43
criminali, ſufficiat tamen judici jurejurando jam præſtito in tantùm ſatisfa-
ctum, ut videat perversâ prorſus coitione non litigaſſe accuſantes, cumpri-
mis quod ſemiplenâ probatione exhibitâ, jam urgens quæſtionis indicium
nactus fuerit, quod proſequi & jam officii vigore veritatem ipſemet preſſius
indagare teneatur. vide prolixè ſuprà *1.cap.70.cum aliquot ſeqq.* Porrò vim
privatam nec calumniam incurrunt coëuntes, quoties pro ſe habent famam
à viris fide dignis profectam, Bart. *in d.l.4.§.4.ff.de his qui not.infam.* cum † 44
fama publica ſit multitudinis quoddam teſtimonium, ac vices accuſatoris
ſubeat. Cothman. *reſponſ.1.n.743.* imò ſi probare poterunt, teſtes à ſe produ-
ctos ante judicium inchoatum, teſtimonia ſeſe perhibituros ultrò promiſiſ-
ſe, qui ſub examine parum vel nihil pro producentibus deponant. Abb. &
Dd. *in d.c.2.ext.de calumn.* perinde eſt, quanquam teſtes nonnihil deponant,
unde purgari calumnia poſſet, rejiciuntur tamē propter defectus perſonales,
ſingularitatem vel contradicentiam non omninò obſtativam & inſanabilem,
quos defectus indicia ut plurimū generare diximus ſupra *1.c.74.& ſeqq.* Bald.
in l.non ignorat.C.de fr.& lit.exp. Marſil. *ſing.444.* nonnulli tradunt criminis

attocitatem quoque purgare coitiones, uti ea calumniam excludit. Felin. *in d. c.2.de cal.nu.6.* ubi cautelam adverſus accuſatores improvidos eam ſtatuunt, ut ſiquidem calumniæ reus ſeipſum prodat, quæſtione contra vilem & obſcurum delatorem forte habitâ, ultimo ſupplicio ſit afficiendus, quod in crimine proditionis potiſſimum ſtringere refert Rota Avinion. *deciſ.98.* prout
45 in genere † talionis pœna ſolet in cauſa criminali irrogari calumniatoribus, *l. fin.§.2.C.de accuſ.l.2.C.de accuſ.* quod conſentaneum eſt juri divino: *Exod.21. & Deut.20. Eſth.c.8.* apud Romanos, urbe expulſos fuiſſe ſcribit Tacit. 5. *annal.* in quadruplum condemnandos eſſe ejus, quod pro calumnia ab inſtigatore acceperunt, ſcribit Bart. *in l.unica.C.ex delict.defunct.* porrò, quod falſi pœna plectendus ſit, tradit Alexand. *conſil.11.lib.1.num.4.* Menochius judicis arbitrio calumniatorem pro gravitate facti coërcendum cenſet, quem hic ſequimur. *2.de arb.jud.qq.cent.4.caſ.321.n.3.*

Cæterùm ſpecies hæc vis privatæ in prævaricationis crimen quoque coincidit, cum omnis prævaricator falſarius ſit & calumniator juxtà, de quo L. Sylla Dictator, referente P. Manutio de ll. Romanorum, ſancivit, ut falſi pœna plecteretur, qui litem falſificaverit acceptâ pecuniâ, eamve in rem coiverit, ut colluderet cum reo actoreve, ad fruſtrandam vel depravandam cau-
46 ſam. Modi † prævaricationis diverſi traduntur, 1. cum advocatus vel procurator cauſam prodit, ſecreta actorum adverſario detegens. *l.1.ff.de prevaric.l. pravaricatores.212.ff.de V.S.* 2. Si colludit cum reo, & tranſlatitiè munere accuſandi fungitur, eo quod proprias diſſimulet probationes, falſas rei accuſationes admittens. *l.1.ubi Dd.ff.ad SCtm Turpill.* quò fit (ait Gœdd. *in d.l. 212.*) ut reus, qui ſi verum & ſedulum accuſatorem nactus, damnaretur, hoc accuſantis conniventia ac fraude judicium eludat & pœnam dignam effugiat, 3. vel quando parti adverſæ gratificando hortatur clientem juſtè litigantem ut tranſigat conditione iniquiſſima, quaſi cauſa fundamento bono careat, & lis futura ſit diuturnior, &c. Vent. de Valent. *in parth. litig. 1. cap. 9. num. 28.* Dicitur prævaricatio à varicibus, crurum & coxarum laxiorum venis, quæ propter bilem atram turgeſcunt, pedesq; ſæpè diſtorquent, ut recta incedere
47 non liceat. Hyppocr. *aphoriſ.ubi Galen.aph.12.* Veſalius aliiq; medici † prævaricationem ajunt vicium eſſe venarum in ſuris ſitarum, quæ inflexæ curvum & contractum hominem reddunt, ut incedere recta nequeat, quo morbo affecti etiam varices vel vari appellãtur in uſu juris. *l.idem Ofilius.§.quæſitum. ff.de adil.edict.* Frider. Taubman. *in Plaut. milit.glor. act.3.ſc.1.verb. varum. pag.704.* dicens, huic opponi valgum, qui crura veluti in cornua extrorſum ſinuata, infra coëuntibus talis habet. Hinc prævaricari, diſtortis pedibus, ſive inceſſu vario & lubrico ambulare & in tranſverſum commeare dicitur, notationem aliam adducit Menoch. *d.loc. num.2.* Juſtin. Gobler. *ad conſt. Car. V. crim.art.115.* Plin. 18. *cap.19.* aratorem non niſi incurvum prævaricari dicit,

quam

quam phraſin exponit Gœd. *in d.l.212.* 4. Si advocatus cauſam jam mercede acceptâ deſerit, & in partem aliam tranſit. Menoch. *d.loc.num.5.* quo reatu Tuſcillius damnatus fuit, quod Vincentorum cauſam hoc pacto deſeruiſſet, referente ex Plinio, Alciato *in d.l.212. ff. de V. S.* Menoch. *d. loc.* Oldradus à Pontifice, coram quo cauſas aliquando dixit calumniator, vel, ut mavult Menoch. *d.loc.num.*10. prævaricationis reus appellatus, præ nimio animi dolore contabuit & vitam cum morte commutavit. Eberh. *in top. in loc. ab author. doct.* Sic † Demoſtheni probro datum, quod unâ die cauſas reipub. Athe- 48
nienſis dixiſſet, alterâ die precio corruptus tacuiſſet contra Milleſiorum legatos, prodiens in publicum collo lanâ circumcincto, ſe anginam pati fingens, cui ex populo aliquis exclamans dixit: non anginam ſed argentaginem pateris, Demoſtenes Gell. 10. *noct. attic. cap. 9.*

5. Prævaricari dicuntur fiſcales, quadruplatores & delatores publici, prece vel precio victi, crimina patrata, quæ debebant denunciare, ſubticentes, ſic Servilius & Cornelius, Scauro perdito, quia à Vario Ligure omittendæ delationis ergò cœperant, in inſulas, interdicto igni & aqua, deportati ſunt, vide Tac. *5. annal.* Menoch. *d. loc.*

6. Pluresalios modos prævaricandi tradit *Parth. litig. d. lib. 9. num.* 28. ut cum ſententiæ executor colludit cum reo, vel advocatus cautelas ſuadet malitioſas, quo evadat reus, quæ non poſſunt ſine ſexaginta peccatis mortalibus exerceri, ut ait Parth. *d. loc.* quarum cautelarum uſum ſeriò diſſuadet & nullitatem earum denudat Menoch. *d. caſ. 223. num. 16. & ſeqq.* atq; † hi ipſi 49
ſunt curiarum canes, latratibus implentes angulos quoſvis, Plaut. *in Menech.* pecuniæ accipitres, mureſque miſerorum burſas exhaurientes, Senec. *de mort. Claud. imp.* rabulæ † à rabie dicti, Quint. 12. *cap. 9.* vel juxta Apu- 50
lejum vultures togati, capita viliſſima & pecora, boves & aſini forenſes, viperæ ſibilantes, pauperum dilaniatores, Weſenbec. *in par. de poſt. num. 7.* Sycophantæ improbi, phormiones & holophantæ, qui profitentur ſe tribus menſibus fore JCtos, Schonborn. 3. *polit. cap.* 4. & ſæpenumero ab imperitioribus pro Ill. Doctoribus ſalutati, Reinkingk *de reg. ſec. 1. claſſ. 5. c. fin. n.* 47. ad jura confundenda & permiſcenda nati, quibus in republica nihil pernitioſius, Cujac. 4. *obſerv.* 40. moloſſi ſtridentes, hiantique ore ſcelus & nefas omne evomentes, cumprimis, ut cum Poëtâ Prudent. loquar:

Quando canina foro latrat facundia toto:

ubi verba, ſicut capra ſtercora paſſim effundunt, præſentiſſimæ reipublicæ peſtes, Johan. Ferr. *lib. de appell.* vel ut Iſocrat. *in orat. de pac.* ait: τὸ γένος οὐδὲν ἐςὶ κακουργότερον ἐν πλήθει πονηρῶν ῥητόρων καὶ δημαγωγῶν, &c. faciunt huc quoq; Mantuani verſus *Eclog. 6.*

Stultorum eſt aliud genus immedicabile quoddam
Cauſidici, latratores, rabulæq; forenſes,

Num-

Nummorum aucupium docti legumq́; Tyranni
Arte patrocinium vendunt, producere cauſas,
Et lites pendere diu vindemia quædam eſt.

Hinc eſt quod procurator & rabula litigioſus fidejuſſor idoneus non ſit, Batt. *& Dd. in l. 2. ff. qui ſatisd. cogn.* Jaſon *in l. 2. num.* 19. *ff. ſolut. matr.* non tam
51 quod vile & infame ſit ejuſmodi variis technis cõfertum † tabularum officiũ, à collegiis & artificiis honeſtis quoque arcendorum, *arg. l. 34. C. de dec.* quàm quòd ab annoſis & verſutis hiſce ſociis etiã propter egeſtatem, qua plerunq; premuntur, difficilius quicquam poſſit extorqueri, Rebuff. *in l. ſi ita ſtipulatus col. 4. de V. S.* Hering. *de fid. c. 7. n.* 591. Ergo magis tutum, ne quiſquam nitro & cardonibus acetum affundens, ſibi lites cũ talibus locutuleis attrahat immortales, qui ὑπὲρ τὸν ὑπέρβολον tinnulis nugis, teretiſmatum ſtrophis, ſophiſmatũ claſſibus, captiunculis formularum, ſutelis, ſycophantiis, technis centuriatis & factitiis fabricis in labyrinthos mæandrosq́; litium æternarum collitigatores ſuos imprudentes intrudunt, Hering. *d. c. 7. num.* 594. Pollet. 2. *hiſt. Rom. for. cap.* 3. Parth. *litig. d. lib. 9. num. 32. Dd. in l. 34. C. de decur. lib.* 10.
52 qui † trium Imperatorum teſtimonio dicuntur infamoſiſſimum exercere munus, infamoſiſſimam exinde ſuſcipere utilitatem, Bocer. *in diſp. ff. diſp.* 12. *theſi* 20. *per d. l.* 34. hinc Plato in Hyparcho quoque ſceleratos eſſe atteſtatur eos, qui ſciunt ſe parvi precii ergò tractare munus deteſtandum, & *per imprudentiam* lucrum potius quam honorem venari ſatagunt, Johan. Wolff. *in procem. lect. memor. p.* 1.

Denique ad ſpeciem l. Juliæ hujus quoque ſpectat pactio de quotâ litis cum patrono cauſæ facta, *l. ſalarium. ff. mandati. l. 15. C. de procur.* ubi probatur,
53 quod † officium procuratoris turpis quæſtus excludendi cauſa penes viros bonos fuerit gratuitum, cui non reluctatur *l. 1. §. 10. ff. de extraord. cogn. & L. 1. C. mandati.* vide Hyeron. Treutler. *diſp. ff.* 27. *theſi* 1. *part.* 1. adeò ut primus Nero conſtituerit, litigatores pro patrociniis ſalaria dare æquum eſſe, ut ſcribit Sueton. *in vita ejus cap.* 17. idq; pro modo litis & facundia ſive peritia ad-
54 vocatorum, *l. 1. §. 10. ff. de extr. cognit.* Debentur † autem honoraria advocato, non ſolum tunc, cum vincit advocatus & cauſam obtinet, verum etiam cum ipſe ſuccumbit & vincitur, argumento *l. ſed an ultro. §. 1. de negot. geſt.* & ejus, quod dicit gloſſa *in cap.* 1. 83. diſtinctio: medico eſſe mercedem ſolvendam, licet ægrotus moriatur, quinimò ſi Martiali fidem habemus, amiſſa cauſa plus debetur advocato, quam ſi vicerit, nam laus fuiſſet loco præmii, cum advocatus victus ferat pudorem, ita enim Martialis *lib.* 8. *Epigram.* inquit:

Egi Sexte tuam pactus duo millia cauſam,
Miſiſti nummos quot mihi? mille, quid eſt,
Narraſti nihil, inquis, & à te perdita cauſa eſt,
Tanto plus debes, Sexte, quod erubui.

Supra

Supra † centum tamen aureos advocatus pro ſingulis cauſis exigere non po- 55
teſt, centum aureos licite exigit, *d.l.1.de variis & extraord. cognit.* Johan. Borcholt. *de pact. c. 5. in fine.* ubi hæc latius proſequitur. Quanquam Raph. Cuman. ex Baldo ſeſe audiviſſe referat, ſumpſiſſe Baldum in cauſa ſubſtitutionis ultra 15000. ducatorum, Johan. Schneidwin. *in princ. inſt. de vulg. ſubſt. n.1.*

Deniq; de pacto quotæ litis in terminis agit Vent. de Valent. *in parth. litig lib.1.c.9. num.19.* Quintil. *lib.12. declam. cap.7.* ubi pactionem hanc cauſidicorum piraticam appellat.

Quinta ſpecies vis privatæ eſt comprehenſa *in l. 5. 7. & finali. ff. de vi privat.* Lex 5. vim ejuſmodi taxat, quoties coadunatis hominibus quidem homo ex agro, domove, villa vel vinea expellitur, at ſine armis, ſcilicet ad differentiam vis publicæ, quam non niſi vi armatâ inferri ſupra diximus, ubi liberũ eſt actori vel agere ex hoc capite, quod ſugillat famam rei, *l.1. ff. h.t.* vel mitius procedere cum adverſario, ut quando interdicto deſtinat recuperare poſſeſſionem, *l. is qui deſtinavit. ff. de R.V.* quam legem hac in re commendabat ſingulariter Dn. Cludius quondam Præceptor noſter, cum in Academia Julia res quotidianas jam typis excuſſas legeret, aureis literis notandam. Obtinent verò quamprimis interdicta poſſeſſoria, non cum aufertur ſaltem poſſeſſio, ſed quoties eadem diminuitur, quod quomodo accidat, jam patebit. Aufertur † poſſeſſio, re per vim occupatâ, dejecto inde prius poſſeſſore, cujus 56
maleficii cauſâ comparatum eſt interdictum unde vi, *t.t. ff. de vi & vi armat.* quod pertinet ad recuperandam vi amiſſam poſſeſſionẽ, & recuperandæ poſſeſſionis dicitur, *l.14. ff. unde vi l.7. §. eſt. ff. ubi poſſ.* cauſa interdicti hæc eſt: Si quis aliunde dejectus ſit, expreſſa verbis his edicti: unde tu illum ejeciſti, aut familia tua dejecit, &c. Ut quis autem dejectus videatur, quatuor his in rebus poſitum eſt, in perſona dejecti, in re, unde dejicitur, in deijciendi modo, & in dejectionis effectu.

In perſona ejus, quem dejectum videri volumus, hoc exigitur, ut poſſideat cum dejicitur, qui enim non poſſidet, dejici & vis ei fieri non poteſt, quamobrem non interdictum hoc ei competit, *l. 1. ff. unde vi.* Hinc ſequitur, quod neque colonus, utpote qui affectu domini non poſſidet, interdicto unde experiri poſſit, *l.1.§. eum. ff. eod. niſi in caſu l. 1. C. inſt. per vim, &c.* ſicut nec interdictum habet, qui dejicientem viciſſim dejicit in continenti, *l.1. §. vi. ff. eod.* ratio reddita *in d. l. 1.* Deinde vi dejectus non dicitur, qui compulſus vi poſſeſſionem alii tradiderit, *l. 5 h. t.* nam ex hac cauſa actio quod metus cauſa locum habet. *t.t. quod met. cauſ.* Porrò nec vi dejectus intelligitur, qui quidem corpore dejicitur, ſed habet familiam ſuam in fundo adhuc. *l.1. §. interd. ff. h.t.* An malæ fidei poſſeſſor hoc interdicto experiri poſſit, hîc communiter quæri ſolet? Affirm. *in l.1. §. qui à me. ff. h.t.* vide Donell. 15. *comm.* 32. *Dd. in §. retinenda. inſt. de interd.*

Digitized by Google

Cęterùm ut interdicto locus ſit requiritur, ut res de qua quis ejicitur, ſit immobilis, *l.* 1. §. 2. *&* 3. *ff. h. t.* itaque ſi proponatur, aliquem detrahi de vehiculo, aut de navi pelli, hoc interdictum non intentatur, *l.* 2. *§.* 4. *ff. eod. l. ſi quando. C. eod.*

Dejiciendi etiam ſua ratio & modus eſt: Dejici autem quis intelligitur tribus modis. Uno ſi quis cum in fundo eſſet aut ædibus, vi inde expellitur, *l.* 1. §. *idem. ff. eod.* Altero modo, ſi quis cum de agro ſuo aut domo peregrè proceſſiſſet, nemini ibi relicto mox revertens, prohibitus ſit ingredi, ſive quod in itinere detentus eſt, ſive quod occluſo aditu prohibitus, ſive quod poſſeſſionē occupat, cum audiſſet illic armatos eſſe territus non acceſſit, *l.* 1. *l.* 3. *ff. eod.* Tertiò etiam is dejici videtur, qui cum in fundo eſſet corpore quidem dejectus non eſt, ſed retentus, verum vinctus ab occupante aut ibi opus facere coactus, pro imperio occupantis, quaſi non poſſideat, qui cępit ab occupante poſſideri, *l.* 1. *ff. eod.*

Denique ut interdictum locum habeat, illud quoq; hic attenditur, ſitne effectus dejectionis ſubſecutus nec ne? id eſt, utrum quis dejectione amiſerit poſſeſſionem? Vide de hac re prolixius Donell. 14. *com.* 32.

Hactenus conſtat, quomodo poſſeſſio vi aufertur: ſequitur proponere jam ex quibus cauſis poſſeſſori minuatur? cum vetere poſſeſſore non dejecto ſed manente in re poſſeſſa, turbatur ei poſſeſſio, id eſt, prohibetur tantum quibuſdam in partib. re ſua non libere uti. Vindicatur hæc vis ſimiliter *edictis* prætorum, ſed non criminaliter inferri ſolet vis iſta, aut manu, corpore, inficiatione, aut facto & opere in ea, cujus poſſeſſio aliena eſt.

Vis tribus prioribus modis illata vindicatur interdicto uti poſſidetis, & utrubi retinendæ *inſt. h. t.* quod interdictum hi ſimiliter ſaltem habent, qui poſſident. *l.* 1. *ff. h. t.* hinc creditores miſſi in poſſeſſionem rei ſervandæ hoc interdicto non agunt. *l.* 3. *§. creditores. ff. eod.* De fructuario hic quæri poteſt, an experiatur hoc interdicto? Affirmatur *l.* 3. *§. unde vi. ff. de vi.* ſicut utilitatis cauſa ſuperficiarius interdicto agere poteſt, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de ſuperfic.* Neque verò ei datur interdictum, qui vi & clam precario poſſidet, utpote malę fidei poſſeſſori. *l.* 1. §. *perpetuo. ff. h. t.* quid ſit vi clam & precario poſſidere? vide Joh. Sneid. *in* §. *fin. inſt. de ſervit. n.* 11. Donell. 15. *com.* 33.

Comparatum eſt interdictum uti poſſidetis tuendæ & retinendæ poſſeſſionis cauſa. *d.* § *retinendæ.* 1. *de interdict. l.* 1. §. *eſt igitur. ff. uti poſſidet.* hinc vulgò dictum retinendæ poſſeſſionis: *d.* §. *retin.* hoc interdicto hoc unicum intendere & petere debet actor, ut poſſeſſor declaretur. *l. ſicut. §. ſi quæritur. ff. ſi ſerv. vindic.* Quid ſi uterque poſſideat is, cum quo agitur interdicto, & is qui agit, quod fieri poſſe oſtendit Ulpian. *in l.* 3. *ff. uti poſſid.* Reſp. Utrumque tuendum eſſe in poſſeſſione. *d. l.* 3. neque obſtat hic: quod duo rem eandem in ſolidum poſſidere non poſſint. *l.* 3. *§. ex contraria. ff. de acq. poſſ.* vide Donell. 15. *com.* 33.

Porrò

Digitized by Google

Porrò hoc interdictum etiam ad ſervitutes pertinet, ſi igitur vis fiat ei, qui ſervitutem habet, rectè agit interdicto. *l.3.§.in hoc.ff.de itin.actu.priv.*

Denique vis facto & opere in ea re, cujus poſſeſſio aliena eſt, commiſſa vindicatur interdicto, quod vi aut clam, *t.t.ff. quod vi aut clam.* opus factum hic intelligo, quicquid factum eſt, quod rei faciem & naturam mutat, rei autem cujusq; facies & natura mutari intelligitur, aut inferendo aut immittendo aliquid in eam rem, aut de ea detrahendo, ſi quid ædificatur in ſolo, quod propriè factum opus dici poteſt, *l.7.§.1.ff.quod vi aut clam.* item ſi quis agrũ paſtinando lapides tollat & projiciat in prædium vicini, ſi terram, ſi fimum in vicini locum congerat, inferendo opus facit, quod interdicto vindicatur *l. ſemper.§.ff.quod vi aut clam.* Detrahẽdo mutatur res, ſi quis ædificium demoliatur, ſi arbores ſuccidat, aut ramos defringat. *l.7.§.notav.ff.eod.* intervertendo rei facies mutatur, ſi quis agrum aret aut foſſam faciat. *l.ſi alius.§.pen.ff.eod.* vide Barr.& Dd. *in d.l ſi alius.* Donell.15.*com*.35.

Neque tamen interdicto tenetur, ſiquidem vi aut clam opus quis faciat, quem Dominus vi & clam viciſſim demoliatur, *l.7.§.belliſſimè.ff.h.t.vide huc l.3. §. penult.ff.eod.* vide Donell. *dicto loco.*

Huc pertinet interdictum de arboribus cædendis, nam ſi vicini arbor in noſtrum propendet, atq; ſic impedit, quò minus poſſimus poſſeſſione noſtra liberè uti, locus eſt huic interdicto. *l.1.ff.de arb.cæd.l.1.§.fin.eod.*

Denique poſſeſſioni & detentioni veræ, de qua hactenus tradidimus, quædam jura poſſeſſoria ſunt ſimilia, ut de his ademptis denegatisq; pariter interdicta prodita ſint, appellantur ea interdicta adipiſcẽdæ poſſeſſionis. Sunt ejuſmodi interdicta ſex, 1. quorum bonorum, quod proponitur de rebus hæreditariis ei, qui bonorum poſſeſſionem apud magiſtratum agnovit adverſus eum, qui quid ex his bonis poſſidet pro hærede vel poſſeſſore, aut dolo facit, quo minus poſſideret, ut id agenti reſtituat. *l.1.ff. quor. bono.* 2. Eſt quorum legatorum, *de quo l.1.2.3.ff.quod legat.* 3. Eſt de tabulis teſtamenti exhibendis *l.1.ff.de tab.exhib.* 4. Eſt de glande legenda propoſitum domino, cujus ex agro in alienum glans cadit, ne vis fiat ei, quò minus eam glandem legere poſſit, atque ita rei ſuæ adipiſci poſſeſſionem. *l. unic. ff. de gland. leg.* 5. Eſt interdictum Salvianum, *de quo tit.in ff.de ſalvi.interdict.* 6. competit his, qui à magiſtratu miſſi ſunt in poſſeſſionem bonorum, *de quo l.1.ff.ne vis fiat ei,&c.* cauſæ ex quibus in bonorum poſſeſſionem fit miſſio, comprehenſæ ſunt, *in l.1.ff. quib. ex cauſ.in poſſ.&c.* vide Speculat. *in §.de prim.& ſecundo decret.*

Alia ſunt adhuc interdicta nempe *in l.1.ff.de mort.inter juſt.2.§.fin.ff. ne quid in loc.pub.l.unc. ut flum. pub. navig.l.1. ne quid in loc.ſacr.l.1.ff.de hom. exhib.l.1.de prec.l.1 ff.de migr.* hæc autem ſunt omnia penè interdicta, quæ jure prodita deprehendimus.

Porrò *l. penult. & ult.h.t*, quantum attinet, ea affinis eſt legi † *ſi quis in* 57

in tantam.C.unde vi. utraque quondam ſpreta, uti amodo lex Julia dormit'
victa jacet pietas, & modeſta rerum propriarum continentia. Caſſiod. *lib. 9
var.edict.* hinc illud Taciti *in annal.*15. ubi Tiridates ſuis finibus non conten-
tum etiam aliorum invadere poſſeſſiones, egregiam ducit laudem, ſic perſua-
ſum ſibi habens, privatæ domus eſſe ſua retinere, at de alienis certare facti re-
gii & egregii. Scribit autem Caſſiod. *d.loc.* ab Athalarico rege reductas fuiſſe
hujuſmodi conſtitutiones ſaluberrimas, nempe quò compeſceretur homi-
num audacia & effrænis rerum alienarum tunc temporis vulgata concupiſcẽ-
tia, quin quod Longobardi quoque haſce ll. ſacratiſſimas in uſum revocarint,
ut refert Menoch. *remed. 9.recup.poſſ.in princ.* nec non Pontifices maximi *in
c.placuit.16.q.6. c.eum qui. ext.de præbend.in 6.* taceo, tot reſpublicas & civita-
tes in modos ſtatutorum etiam recepiſſe ejuſmodi conſtitutiones, referente
Menoch. *d.loc. num.* 8. ut ſubmirandum ſit, quâ injuria, uſus & practica divi-
narum illarum conſtitutionum hodie in foris penitus ſileſcat, ubi loco execu-
58 tionis ll. dictarum † mandata reſtitutoria, eaq; ſæpenumero cum clauſula de-
cerni ſolent, ut meritò exclamandum eſſet cum Poëta:

——— *ubi nunc lex Julia dormis.*

Sed quia hæ ll. à Dd. præſertim à Menoch. *remed.9.* tam eleganter & nervosè exponuntur, hic ſuperſedeo, ne ſolem facibus illuſtrare videar, *c ſi omnia.6.q.1.l.1.ff.de dot. præleg.l.2.C.quando & quib.&c.* plenitudo enim non eget adjectione.*c.bene.diſtinct.*96.Zaſ. *de reſt.in integr.in ſumma pag.mihi* 111. Wilhelm Antonii *de reſcript.morat.concluſ.*48.*n.*63.*cum ſimilibus ibid.*

CAPUT XL.

DE INDICIIS VIS PRIVATÆ.

SUMMARIA.

1. *Indicia direpti naufragii referuntur.*
2. *Qualiter à majori ad minus concludatur?*
3. *Piratis præda licitè auferri poteſt.*
4. *Iure canonico delinquentium bona omnia tacite ſunt oppignorata ad ſatisfactionem pro maleficio.*
5. *Qualitas adjuncta verbo juxta tempus verbi eſt capienda.*
6. *Navis piratis erepta, qualiter reſtituatur Domino?*
7. *De ſpeculis uſtoriis, quibus tota claſſes fuère conſumpta, memorabilia.*
8. *Latronum appellatione comprehenduntur piratæ.*
9. *An piratæ furibus potius aſſimilandi? diſquiritur.*
10. *Reſponſum Demetrii piratæ jucundũ, ad Alexandrum M.*
11. *De Carocota pirata memorabile.*
12. *Quæ indicia contra latrones, eadem cõtra piratas ſtringunt.*
13. *Regula generalis traditur de jure navigiorum.*
14. *An liceat tempore belli occupare naves privatorum, eaſq; ad uſum bellicum uſurpare?*
15. *Princeps belli tempore privatis auferre poteſt dominia rerum.*
16. *In cauſâ pari paria jura deſiderantur.*

17. *De*

17. *De indiciis partis ſecundæ de vi privata.*

18. *Litigioſiſſimus in tumultu præſumitur pulſaſſe actorem.*

19. *Deſcriptio hominis faſtuoſi.*

20. *Qui candelam exſtinxit in tumultu nocturno, præſumitur offendiſſe, & quæ indicia alia recenſentur ibidem.*

21. *Ratio quædam dubitandi diſſolvitur.*

22. *Indicia alia referuntur.*

23. *Indicia aliquot recenſentur, quibus mãdatum Domini arguitur, cujus familia vim fecit privatam vel alias deliquit.*

24. *Status hominis dividuus eſt admittitq́ distractionem.*

25. *De temporis diuturnitate ratum argumento.*

26. *Contumacia poſitiva quæ?*

27. *Seditioſa contumacia quæ?*

28. *Indicia quoad exemtionem, ne quis ſe judicio ſiſtat.*

29. *Inter conjunctos fraus citius præſumitur, quam extraneos.*

30. *Amicitia ſæpè plus ponderis præ ſe fert, quam fraternitas.*

31. *An exempla vel præjudicia jus faciant, & quouſq́ præjudiciis & deciſionibus fidendum?*

32. *An Magnates & ſtatus imperii delinquentes puniantur.*

33. *Referuntur indicia quartæ ſpeciei hujus delicti.*

34. *Calumniæ idea deſcribitur.*

35. *De facti obligatione jurata.*

36. *De perjurio circa reſponſiones ad articulos libellorum.*

37. *An juramentum temerarium obliget?*

38. *Allegans cauſam perjurii non commiſſi, audiendus eſt.*

39. *Qualiter judicium mutari poſſit contra contumacem?*

40. *De inimico omne malum præſumendum eſt.*

41. *Reipublicæ intereſt, ne ſubditi litigiis non neceſſariis vexentur.*

42. *Quænam inimicitia pariat indicia?*

43. *Quæ inimicitia propriè ſit & dicatur capitalis?*

44. *Pecunia eſt loco ſanguinis.*

45. *Viri rixoſi & leves præſumuntur inſidiari viris bonis.*

46. *Inimicus non curat ſalvum conductum.*

47. *De indiciis ſimulatarum ceſſionum memorabilia.*

48. *In expenſas litis ut plurimum condemnandi divites cum tenuioribus litigantes.*

49. *De triplici militiæ ſtatu.*

50. *Explicatur l. 2. C. ut nemo ad ſuum patroc. ſuſc. &c.*

51. *Repugnantia nihil operantur.*

52. *Reus in factum agere poteſt contra creditorem jura ſua malitioſè cedentem.*

53. *An actio injuriarum vel criminalis accuſatio cedi poſſit?*

54. *De indiciis calumniæ notabilia.*

55. *Tempus præſens connexitatem habet cum tempore præterito.*

56. *Quam parvi fiat juramentum calumniæ?*

57. *Boni viri non allegant, quod probare non poterunt.*

58. *Quid de eo, qui jurare nolit de calumniâ, vel ambiguè & captioſè juravit.*

59. *Dolus doloſum ut lepra leproſum ſequi debet.*

60. *An exceptio calumniæ poſt ſententiam cum effectu poſſit allegari?*

61. *Referuntur 14. caſus, ubi ratihabitio nihil operatur.*

62. *Fictiones legum præſcripto non hominũ arbitrio fundari debent.*

63. *Lis omnis temeraria calumnia dicitur.*

64. *In omni cauſa appellabili provocator præſumitur calumniari, priuſquã de calumnia fuit juratum vel cauſa denuo deciſa.*

65. *Fatalis pœna advocatos temerè appellantes ſæpè obruit.*

66. *Index medius ſæpenumero præteriri poteſt in appellationibus devolvendis.*

67. *Inimicus pejor eſt omni peſte.*

68. *Inimico ſub agone aliquid atteſtãti non creditur.*

69. *Dictum inimici juratũ, vel tortura mediante emiſſum, ſolummodo indicium facit.*

70. ***Pauperi non defertur juramentum in litem.***

71. ***Pauperibus in Camera non confeſtim decernuntur inhibitiones ſed compulſoriales.***

72. ***Invidia deſcriptio traditur.***

73. ***An quinta dilatio probandi detur?***

74. ***Comparatio advocati cum ſutore.***

75. ***Nihil eſt difficilius, quam mutare animi mores.***

76. ***Indicia pravaricationis enarrantur.***

77. ***Munerum acceptio eſt veritatis pravaricatio.***

68. ***Indicia pacti de quota litis referuntur.***

79. ***Inter conjunctos facilè fraus præſumitur.***

80. ***Quando juramentum malitia exigendum?***

81. ***Advocati in propriam animam meritò jurabunt de calumnia.***

1 INdicia vis privatæ ſunt, [1.] quantum † direptionem rerum naufragio per-
ditarum attinet, res penes hominem obſcuræ ſortis & famæ deſpectæ, re-
pertæ, non ſecus, ut latrocinium rapinamve ejuſmodi demonſtrationes di-
ctitant, Bart. *in fin. ff. de qq.* Blanc. *de ind. num.* 16. Hyppol. de Marſil. *in princ.*
crimin. §. diligenter. num. 9. cum parium idem ſit indicium, judicium & juris
diſpoſitio, *l. 32. ff. ad l. Aquil. argum. l. 21. ff. de fideic. lib.* Porrò participatio vel
communis promiſcuusque rerum iſtiuſmodi uſus direptionem arguit, adeo-
que delicti ſocietatem, *argum. conſtit. crimin. Carol. V. art.* 40. ibi: So einer
wiſſentlich vnnd gefährlicher weiſe von geraubtem Gut Theyl vnnd Beute
nimbt/ꝛc. Deinde relatio & familiaritas eorum, qui indiciis direptionum lu-
culentioribus aggravantur, indicium parit ſocietatis occultæ & auxilii *mutul.*
d. conſt. ibi: Oder ſo einer die Thaten wiſſentlich vnnd gefährlicher weiſe ätzet
oder träncket/ꝛc. Prout accolæ & vicini maris, ad cujus littora depulſas mer-
ces fuiſſe proponatur, item hi, quibus obviam in mari natabant merces in-
tercipiendæ, indiciis premuntur. Benev. de Strach. *in tract. de naut. & navib.*
p. 3. & ſeqq. Cumprimis verò direptionis piratæ ipſi arguuntur, qui cum pu-
blicè graſſari atq; diripere naves non verentur, tantò magis præſumuntur res
2 projectas navis levandæ cauſa intercepiſſe, cum † à majori ad minus firmi-
ter concludatur. Eberhard. *in top. à maj. ad min.* Sic caupo, ſtabularius, nau-
ta, penes quem res direptæ inveniuntur depoſitæ, cumprimis, quoties de re-
bus deponenti non reſtituendis, teſtato fuerint admoniti, indiciis non im-
meritò gravabuntur, cum nedum res depoſita, ſecundum Bodini ſententiã,
1. *de rep.* 1. piratæ vel prædoni ſit reſtituenda, & quod magis eſt, res † pirata-
rum unicuiq; potentiori liceat occupare & viciſſim deprædari, cum hoſtibus
comparantur ipſo jure diffidati. *auth. caſſa & irrita. C. de ſac. Eccleſ.* Bald. *in l.*
3 *furti. C. de furt.* ubi ait: Quod † jure Pontificio omnia delinquentium bona
ſatisfactionem tacitè obligentur, *c. parrochiano. ext. de ſepult.* quod intelligẽ-
4 dum eſt, quouſque res in poteſtate piratarum fuerit, cum † qualitas adjuncta
verbo, juxta tempus verbi ſit intelligenda, *l. ſi Titius. ubi Bart. ff. de teſt. milit.*
Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 22. *num.* 63. Proinde ſequitur, ut
5 ſiquidem † navis à piratis capta vendicetur à domino navis, qui eadem ſpo-

liatus

Digitized by Google

liatus erat, non niſi precio ſoluto audiatur, *l. mulier. ff. de capt.* Benev. Stracha *de navib. num.* 18. quod in cauſa furti longè ſecus jure receptum apparet, per notiſſima: minoris dubii eſt, quin † totam claſſem piraticam, in qua naves & 6
merces direptæ continentur, nautæ periclitantes perdere & evertere queant, nulla inde damna dominis, quorum naves & merces ſunt, reſarcire obligati, Benev. *d. loc.* De Leone 3. Græcor. Imperat. annales referunt, quod † 7
ſpeculo uſtorio plurimas piratarum naves exuſſerit, quamprimum enim id ſoli obvertiſſet, fulgor ſpeculi percuſſit navem quampiam, aut quidvis aliud ex ligno fabrefactum, ſtatim concepit flammam & conflagravit, ita ut nemo poſſet reſtinguere quibuſcunq; fontibus ignem.

Quo inſtrumento atque artificio idem Leo Saracenorum claſſes & militaria arma tantoperè perdidit & vaſtavit, ut pauciſſimæ naves integræ, vel in manus Græcorum pervenerint, vel in Saracenorum caſtris perirent.

Præterea multos Duces & Centuriones militum Saracenorum hic ignis & prodigium adeò terruit & ſtupefecit, ut diutius in caſtris perſeverare neutiquam voluerint, ſed clam profugerint ex caſtris in urbem ad Cæſarem, & ſponte ſe illi ſupplices dederint atq; ſubmiſerint.

Literis quoque proditum eſt, Archimedem Syracuſanum, qui librum de ſpeculis comburētibus ſcripſit, habuiſſe ejuſmodi ſpeculum, quo hoſtium naves arma & caſtra cremaverit. Tale etiam fuiſſe Alexandriæ Ægypti perhibetur in excelſa quadam ſpecula, quam vocant Pharcam, & per illud incolas, quandocunque voluerint, fuiſſe ſolitos exurere & expugnare hoſtium ſuorum naves eminus, quando adhuc longè in mari aberāt ab urbe ſua, quam peteba nt illi hoſtiliter Alexandria, *imp. & ſup. PP.* 87. *Gregorio.* Wolff. 1. *lect. memorab. cent.* 16.

Porrò quæ adverſus direptores ejuſmodi ſtringunt, ex loco de indiciis rapinæ vel latrocinii deprompta, eadem quoque adverſus piratas militant indicia, quoniam † latronum vel prædonum appellatione etiam piratę comprehendantur, Petr. Santern. *de aſſecur. p.* 4. *num.* 50. *per l. in rebus. ff. commod.* ubi 8
caſus latronum, incurſus hoſtium & piratarum inſidiæ æquiparantur, quanquam non pauci exiſtiment, † piratas furibus potius aſſimilandos, cum fures 9
per inſidias ſoleant utplurimum operari, non vi apertâ, proinde Bald. *in c.* 1. §. *ſimiliter. quib. mod. feud. amitt.* ait: Piratas occultas fovere & poſſidere latebras in mari, ut vix à nautis, priuſquam inſurgant & ſe velis committunt, dignoſcantur. Reſpondeo ll. conſiderare, quæ fiunt ἐπὶ τὸ πλεῖστον, potiſſimum, non quæ ἐκ παραλόγου accidunt, dicente Pompon. *in l.* 3. *ff. de lib.* nam licet ſe mari nonnunquam occultent poſt ſcopulos vel dumeta, quâ de re exemplum refert Crantz. *in Saxon.* 8. *cap.* 9. adeoque nomen furis ſæpenumero mereātur piratæ, Petr. Santern. *d. loc. num.* 55 Dubium tamen non eſt, quin potius latrones & raptores ſint dicendi, Santern. *d. loc.* Johan. Bonifac. *in tract. de furt.*

furt. §. furtum. num. 51. ſubjiciens ex Petro Luſitano, hos nequiores eſſe latronibus, qui & impunè occidi poſſint, *auth. navigia. C. de furt. l. poſtliminium. §. à piratis. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. 3. in fin. ff. de ſicar. l. proditores ff. de remilit.* Bonif. *d. loc. num.* 52. adeò ut qui caſum latronum, qui alias inter caſus fortuitos numeratur, *d. l. in rebus. ff. commod.* in ſe receperit, piratarum pericula quoque in ſe derivaſſe judicetur, *authent. navigia. C. de furt. & ſerv. corr.* Petr.
10 Santern. *d. loc. num.* 56. quamobrem † Demetrius pirata commodè reſpondit Alexandro Magno ſibi latrocinia objicienti, quòd præter piraticam nihil didiciſſet, nec aliud quicquam de paternâ hereditate, præter duos myoparones percepiſſet, Alexandrum verò, qui piraticam in Demetrio improbaret, cum exercitu potentiſſimo terrâ marique impunè latrocinari, tametſi à patre regnum Macedoniæ florentiſſimum accepiſſet, Bodin. *de rep. 1. cap. 1.* Sic Au-
11 guſtus Imperator † Coracotam piratam magnum non furum, ſed latronum ducem appellat apud Dion. *lib.* 56. qui (Imperator) decies ſeſtertium edicto promiſerat iis, qui Coracotam ad ſe adducerent, Coracota, re intellectâ, Auguſto ſponte ſeipſum obtulit, ac præmium ex edicto popoſcit. Auguſtus & veniam latroni & pactum præmium dari juſſit, hæc Dion. *d. loc.*

12 Imprimis verò † contra piratas eorumq; complices ſtringunt & obtinent indicia latrocinii, *conſt. Carol. V. art.* 40. expreſſa & à nobis de indiciis rapinæ, latrocinii, infra notata, quò remitto lectorem, quæ & alia indicia tãtopere & contra direptores mercium naufragio perditarum vel expoſitarum, & piratas majores ſive minores dominantur, ut conſuetudines quævis, de rebus ejuſmodi lucrandis, è contrà nullâ ratione poſſint allegari, *d. conſtit. crimin. Carol. V. art.* 218. ibi: So ein Schiffman mit ſeinem Schiff verfährt / ꝛc. *d. auth. navigia. C. de furt.* quam verbotenus ad explicandam illam conſtitutionem tranſcribit Göbler. quâ de re ſpeciali a nonnulla vide apud Franconiæ JCtum Paul. Matth. Wehner. *obſ. pract. verb.* Gewonheit / *pag.* 231. Quantumvis conſuetudines aliæ maris rationabiles & honeſtæ jure probentur magis, quam infringantur, *argum. l. de precario. ff. ad L. Rhod. de jact.* Bald. *conſil.* 57. *volum.* 2. *num.* 2. Alexand. *in l. 1. num.* 51. *ff. ſol. matr.* Socin. *in l. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſt.* Petr. Santern. *de aſſ. p.* 3. *num.* 55. Benev. Strach. *de navib.*
13 *& navigat. num.* 24. ubi † generalem hanc tradit hoc in paſſu regulam ante omnia obſervandam, nempe in his, quæ ll. cauta non ſunt, nec conſuetudine nauticâ recepta, recurrendum eſſe ad relationem nautarum peritorum, ut deponant, quid inter nautas uſu receptum ſit nec ne? Abb. Dec. Felin. *in c. propoſuiſti. ext. de probat. gloſſ. in §. præterea. inſt. de rer. div. Dd. in l. 1. ff. de vent. inſpic.* quo procul dubio etiam ſpectat conſuetudo à Ranzov. *in tract. bellic.*
14 *allegata lib. 2. de bellis maritim.* † permiſſum in mari prælianti bus, ſiquidem naves perdiderint, etiam de facto occupare naves prætereuntes, eaſq; contra hoſtes denuò uſurpare, quæ conſuetudo, ſi toleranda eſt, inde fortè fomenta

acqui-

acquiret, quod belli tempore multa inuſitata concedantur, cum bellum II. civiles neſciat, liceatque Principi etiam ædes ſubditorum ſuadente publicâ utilitate demoliri, utpote pro dilatandis caſtrorum foſſibus, extruendo fortalicio, &c. *l. ædificia l. ſi quando. C de oper. publ. l. item. §. 1. ff. de R. V.* atque hæc cauſa juſta eſt, ut loquuntur, unde † Princeps jus alteri quæſitum poteſt auferre, *c. Eccleſiarum. de conſtit. l. fin. C ſi contr. jus vel util. publ. l. Barbarius. ff. de off prætor. ubi Jaſon. num.* 26. Dec. *conſil.* 287. *num.* 4. Andr. Gail. 2 *obſ.* 56. *in fin.* ibi: Si ſuburbia civitatis tempore belli (Princeps) diruat, ne hoſtibus ſint adjumento, & civitati offenſioni, ſummâ & abſolutâ poteſtate hoc fieri præſumendum eſt, ut utroque caſu ad reparationem damnorum non obligatur, quia potentior graviorque eſt cauſa & utilitas publica, quàm privata, unde meritò vincere & præponderare debet, *hæc* Gail. *d. loc. & obſ.* 57. *idem de pac. publica.* 2 *cap.* 19. *num.* 25. *& ſeqq.* Mynſing. *cent.* 4. *obſ.* 9. *FF. in c. imperialem de prohib. feud. alien. per Frider.* 15

Secundæ ſpeciei indicia ſunt, ut cum ignoretur, quis pulſaverit in tumultu, licet omnes teneantur de vi privata, alter altero tamen plectendus ſit gravius pro qualitate delicti, *argum. conſt. Carol. V. art.* 34. *& art.* 148. *l.* 11. *§.* 3. *ff. ad l. Aquil.* quanquam autem citata jura ad l. Corneliam propriè ſpectent, juxta communes Dd. theoricas, Gilh. *in arb. crimin.* 2. *de homicid.* 12. *num.* 20. Thuſc. 4. *pract. concl.* 146. Damh. *in pr. crimin. c.* 76. Dubium tamen non eſt, quin æquè ad hanc claſſem deciſio *l.* 11. quam ad L. Aquiliam pertineat, cum † paribus in cauſis jura paria deſiderentur, Eberh. *in top. in loc. à pari. numer.* 2. Nam ut Pedius ait, quotiens lege aliquâ unum vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certè juriſdictione ſuppleri, *l.* 13. *ff. de ll.* non ſecus ut Evangelium non in verbis ſcripturæ ſed ſenſu, non in ſuperficie ſed medulla non in ſermonum foliis, ſed radice rationis conſiſtit. *c. Marchion.* 1. *q.* 1. 16

Sunt vero in præſentiarum † indica ¹· ut qui præ cæteris naturâ & mo- 17
ribus promptior ad manus conſerendas fuerit, non ſecus, uti homicidio in rixa commiſſo, is qui † litigioſiſſimus erat, vulnus lethiferũ intuliſſe dicitur, in- 18
diciis prædictis urgeatur, Vent. de Valent. *in parth. litig. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. Maſc. *de probat. vol.* 2. *concl.* 1005. *num.* 55. Gail. *obſ.* 109. *num.* 4. nam ut Plato de Ente loquitur: homo litigioſus varium eſt animal & audax nimium, non altera duntaxat, ſed manu utraq; apprehendendus. Tholoſan. *lib.* 28. *ſyntag.* 3. *num.* 2. ²· Porrò ſi dubitetur, ecquis coëgerit homines ad vim inferendam? conſiderandum eſt, quo cum homine vim paſſus principaliter lites vel civiles vel domeſticas foverit, *arg l.* 11. §. 3. *ad l. Aquil.* deinde an rixoſus ille una etiam † faſtuoſum agat hominem, qui inſolita ut plurimum ſolet geſtire, cõ- 19
ſueta (actiones ordinarias) faſtidire, ſeq; ipſum ulciſci, qui quoque præ aliis leviſſimè irritatur inprimis, ut ex Salomone *Proverb.* 15. Parthen. Litig. refert,

fert, primos in conviviis concubitus non habet, ſalutatione in foro, non perſonæ, ſed fortunæ nomine haud appelletur, qui ut Dominus excelſus non homo vult videri, incedens ſublimis, vult omnes ſibi aſſurgere, & ſingulos inclinare. Innocent. *3. in lib. de contempt. mundi. 2. c. 34.* 3. Quemadmodum in
20 rixa ubi homo periit, is arguitur cædis author † qui candelam extinxit, ſic noctu commiſſa vis hujuſmodi is videtur quoque vim majorem intuliſſe, pulſaſſe hominem, qui noctu junctis ſociis ædes vel villas alienas intrans, lumen accenſum amovet vel delet, clauditve fores, ne pulſandus, offendendus facilè evadat. Berlich. *p. 4. concl. pract. concl. 11. num. 70.* 4. Si unus vel alter fuſtibus invadat offendendum ille præ cæteris vim majorem intuliſſe quoque dicetur, non ſecus ac qui armatus accedit ad locum rixæ, ubi cædes facta eſt, cenſetur ſolus homicidii reus. Zang. *de qq. & tort. c. 2. num. 164.*

21 Sed urgeri † hic poteſt, ſupervacaneum de indiciis quæri, cum vis privata pœnam mortis haud præ ſe ferat, *l. 1. ff. h. t.* ergo nec quæſtione opus in præſentiarum, quæ non niſi ad pœnas aperire viam ſolet. *l. 1. ff. de qq.* Reſp. 1. evenire ſæpenumero, ut delinquentes in bonis, quibus mulctetur, (quam pœnam vis privata infert) nihil habeât, imo inferri vim perſonis ſæpè nobilioribus à viliſſimis & famoſis hominibus, uti ipſe Imperator conqueritur *in auth. habita. C. ne fil. pro patre.* pluſquam abſurdum verò foret, propter famæ & bonorum defectum concedere veniam reis, ut ſic meritò in corpore luat, *qui in ære non habet*, per notiſſima. 2. Quod delicta quædam etiam non capitalia ita comparata ſint, ut non niſi indiciis probari poſſint, qualia ſunt crimina noctu patrata, vel quoque furti, homicidii, verberum noctis tempore illatorum, ut ait in terminis Menoch. *1. præſumpt. 58. num. 12.* ubi nervosè tradit, quæ delicta capitalia, quæ actiones civiles indiciis non probationibus directis probentur. 3. Vim, quam accuſat actor, feciſſe præſumitur, qui torvo vultu, conviciis factis de villa vel domo inimici exire viſus fuit, non aliter ac qui gladio ſtricto cruentoq; venit de domo occiſi, cædem feciſſe præſumitur. Gram.
22 *q. 2.* Menoch *d. lib. 1. quæſt. 69. num. 7.* 6. Si poſt † vim commiſſam reus aufugiat, caſu poſito, vim degenerare in delictum pœnam ſanguinis inferens, prout hinc inde reperiuntur ſtatuta, (qualia etiam Hildeſiæ in viridi obſervantia eſſe comperimur) quæ ultimum ſupplicium præ ſe ferre ſolent, vi privatâ ſaltem commiſſâ, non aliter, uti cæde in turba patratâ, aliquis cædentium aufugerit. Farin. *p. 3. de pœn. temp. q. 96. num. 84.* Mynſing. *cent. 6. obſ. 98. num. 2.* Gail. *2. obſ. 109. num. 6. & ſeqq.* quod indicium tamen nobilem etiam ex carceribus aufugientem haud aggravare ſtatuit Pett. Santerna *de affec. p. 3. num. 70.* Diximus ſub hac ſpecie ſecunda, *in c. præcedenti.* dominum regulariter ex familiæ delicto non teneri, niſi indicia aliud ſuggerant. Gail. *de pignor. obſervat. 5. num. 5.* videndum itaque eſt in præſentiarum, quænam † indicia
23 mandatum vel ratum domini arguant. 1. Si offenſus contra vim inferentem familiam

familiam agat in judicio, familia reſpondeat, agat judicialiter ſciente & patiente domino. Innoc. *in c. ex parte. de re jud.* Alex. *in l. ſæpè. ff. eod. & conſil. 157. n. 12. lib. 2. & lib. 4. conſil.* 80. Matth. de Afflict. *in deciſ. Neapol. deciſ.* 308. Vant. *de nullit. tit. quib. mod. ſent. null. repar. num.* 91. [2] Si ex facto familiæ nonnihil commodi receperit vel ſperet dominus, ſive id facti ſit ſive juris. Aretin. *in c. 1. num. 14. de probat.* Dec. *ibidem num.* 27. ut quoties novi acquirendi juris ergò familia vim inferat, pignoret res alterius, vel perſonam ejus capiat, ſiſtat, abducat, *arg. c. qui facit. ext. de reg. jur. in 6.* [3] Si familia delinquat in illo officio & miniſterio, cui principaliter dominus eandem conſtituerat, vel in quo ejus opera familiariter utebatur. *l. quoties. §. 1. ff. de noxal. act. l. 1. §. familiæ. ff. de publ. & vectig.* Gail. *d. obſ. 5. num. 5.* [4] Si familia vim faciens expreſsè dicat ſe mandato domini pulſare alios, de vineâ, horto, domo expellere. Gabriel. *in concl. 2. n. 1.* Ruin. *conſil. 35. lib. 1. num. 20. & ſeqq.* imò ſi communiter præſumatur non niſi domini voluntate vim factam. Gabr. *d. loc.* [5] Si evincatur, familiam nullâ in re lites privatas, ſimultates vel inimicitas cum offenſis antehac foviſſe. Ebeth. *in top. in loc. de tanquam ſeu reſpect.* vera enim cauſa rei ejuſve ἐνέργεια in materiam ſuſcipientem eſt reſtringenda. *l. in agris. ff. de acq. rer. dom.* Felin. *in c. cum ordinem. ext. de reſcript.* Eberh. *d. loc. num. 19. & num. 5.* ibi: hinc quotidie in practica dicimus inſpiciendū eſſe, quo nomine aliquid fiat, quo reſpectu, & quâ ſeu cujus contemplatione. Dauth. *de teſtam. nu.* 150. ubi ait: quod † ſtatus hominis ſit dividuus, admittatq; diſtractionem, atque 24
hinc quoque evenit jure, ut offendens Principis legatum inimicitiâ quadam privatâ, non odio in Principem, læſæ majeſtatis notam & periculum non incurrat. Bart. *in l. hoſtes. num. 15. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* And. Gail. *d. obſ. 5. num. 7.* [6] Denique ratificatio præſumitur, quando vis commiſſa jam diuturna eſt, per regulam tritam: quod licet mandatum per † temporis diutur- 25
nitatem non præſumatur, ratificatio tamen regulariter inde arguatur. Socin. Sen. *in conſil. 46. lib. 3.* Dec. *conſil.* 297. Jaſon. *in l. 1. C. qui admitt. num.* 40. cumprimis ſi alia quæpiam conjectura etiam levis, cum rato ita præſumpto concurreret. Ruin. *conſil. 107. num. 6. lib. 4.* quam conjecturam quoque mandatum arguere, temporis accedente diuturnitate, non pauci reſponderunt Bertrand. *conſil. 56. lib. 3.* Cravett. *de antiq. temp. p. 2. princ. num. 69.* Gabriel. *d. concl. 1. num. 10.* Menoch. 2. *de præſ. præſ. 33. num.* 27.

Præterea ſpeciei tertiæ indicia ſunt [1] latitatio & contemptus magiſtratus poſitivus, de quo Menoch. *de arb. qq. caſ. 416. num.* 29. ut ſi facere juſſus adſerat ſe nolle parere, ſe mandata ſuperioris ſui flocci facere. Frid. Mind. *de mandat. jud. lib. 2. cap. 17. num. 1.* [2] † contumacia & conſpiratio quæ eſt fa- 26
ctio in præjudicium jus dicentis vel ipſius Principis, ut ait Mart. Laud. *in tr. c. 2. laſ. maj. q. 16.* quæ quoque † ſeditioſa contumacia dicitur Dd. *ad rubr. C. de* 27
ſedit. Nebel. Præceptor noſter *diſp. 29. th. 2.* qui & rebellis dicitur opera rebel-

lionis tractans. Socin. *conſil.* 121. *lib.* 4. *num.* 2. adeò, ut quoque hæc delicti ſpecies, ut facilè in ſeditionem popularem degenerare poteſt, ita pro re natâ læſæ majeſtatis indicium parit. Farinac. 4. *tract. crim. q.* 113. Sophocl. *in Philoctete pag. mihi* 411. ibi: Quibus mens mala eſt, eos etiam ad ſcelera alia (cumprimis vicina & conjuncta) inſtruit. O homines iniquos de medio tollendos: qui ſtatus rerump. interturbare, quietem inquietare, homines ad tumultum côcitare & clamare turbulenter audent arma, arma, Parth. Litig. *lib.* 1. *cap.* 6.
28 *num.* 4. 3. Reſpectu † eximentium indicia ſunt, conviciorum luxuria, alias civitatis ægræ certiſſimum indicium, vociferatio turbâ jam factâ, vel etiam ad concitandam plebem. Dd. *in l. qui cædem. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* adeò ut graſſante hac turba, ſæpenumero pœna homini infligenda vel remittatur vel ſuſpendatur. Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 46. *num.* 1. in tantum, ut hæc indicia vel quoque ſpecies hujus delicti antehac quondam à reo patrati indicium pariat exemptionis etiam in cauſa criminali, ne executio fieret, factæ, quâ de re Aleman. *in conſul. de cæde miniſtri juſtitiæ.* 9. *in palæſtr.* quam tragædiam cruentam ego ita aſpexi, uti ab Alemanno recitatur. 4. indicia ſunt amicitia & neceſſitas ſanguinis. Zaſ. *in ſumm. ff. in jus voc. ut eant.* Tiraquell. *de pœn. cauſa* 51. *num.* 80. Præſumitur enim, *ait* idem, quod neceſſarius affinis ſuum neceſſarium illaqueari non permittat, quia nemo præſumitur odiſſe carnes ſuas. *gloſſ. in rub. d. tit.* Eſt ergo præſumptio contra conſanguineos, quod intellige, ſubjicit, ubi vel famæ vel vitæ periculum immineret, non aliter, uti in com-
29 modis privatis quoque † fraus inter conjunctos citius præſumitur quam inter extraneos. *l. data. C. de donat.* quod indicium adverſus amicos exemti, ſiquidem in authores turbæ excitatæ inquirendum eſt, quoque dominatur, *l. cum allegans. C. de caſtr. pecul. lib.* 12. ubi ſi frater ex commilitio amicior factus fratri commilitoni quippiam donaverit, id in peculio habeatur caſtrenſi dicitur, nempe conſideratâ potius qualitate amicitiæ, quæ ex commilitio proceſſit, quam fraternitatis. Quapropter Alberic. de Roſat. ſcitè reſpondit *in l.*
30 *ſed & hæ perſonæ. ff. de in jus vocand.* † amicitiam plus ponderis præ ſe ferre quam fraternitatem, & Thom. de Aquin. 2. *q.* 27. ſanguine conjunctos in iis duntaxat, quæ naturam imitantur præferendos, in cæteris poſtponendos, vel ut *Proverb.* 18. dicitur: Vir amicabilis ad ſocietatem magis, quam frater erit: & extat Homeri locus in hanc ſententiam *Odiſſ.* 8. ibi:

> Ἠ τίς που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς
> Ἐσθλός, ἐπεὶ οὐ μὲν ἢ κασιγνητέω χερείων,
> Γίνεται ὅσκεν ἑταῖρος εἰδὼς πεπνυμένα εἰδῇ.
> *Si quis forſan amicus ſit gratusq; bonusq;,*
> *Quando is non inferior vel fratre putandus.*

Tiraquell. *ad l.* 8. *Cod. de revocand. donat. num.* 98. *& ſeqq. pag. mihi* 127. ita ut planè dubium non ſit, conjunctum magnâ amicitiâ, reputari ac ſi eſſet ſanguin-

guine conjunctus, Joh. Bonifac. *de ſurt. §. eſt. nu* 38. Petr. Mollus Hiſp. *in reſp.*
pro amico. dub. 1. *n.* 136. & talem amicum contineri ſub appellatione ſuorum,
tradit Petr. Moncad. *in addit. ad Crotitr. de teſt. p.* 3. *n.* 180.

5. Indicia præbet litis conſortium & ſocietas non tam ob affectio-
nem ſimilem, quam ſocietas præ ſe fert litis, quàm periculum commune,
cum vel nominare poſſet reus ſocios in cauſa criminali, vel ex identitate cau-
ſæ condemnato citato, ſociis non leve enaſciturum erat præjudicium. Et licet
† exempla vel facti contingentia jus non faciant, nec inde argumentum de- 31
promendum, *gloſſ. in c. auditis in verbo ex poſt facto ext. de elect. & in c. Abbate*
de re judic. Tiraquell. *d. loc. num.* 37. *pag.* 100. *l.* 13. *C. de ſent. & interloc.* Arniſ. *de*
transl. imper. cap. 7. *num.* 8. Imò nec Cameralia præjudicia ad exemplum tra-
henda, cum cauſas eorum ignoremus, & minima circumſtantia jus variet,
conſil. Marp. volum. 1. *conſil.* 34. *num.* 53. *conſil. monet. excuſ. Erphordii anno* 625.
conſil. 1. *num.* 8. non tamen hoc eò ſpectat, quaſi cauſæ paritas & ipſa continen-
tia ſeparari judiciumq; in connexis mutari jure poſſit, *l.* 3. *C. de jud. l.* 1. *& ſeqq.*
Cod. d. ordin. jud. hinc vulgata illa practica: quoties contra litis conſortes de-
cernuntur denunciatoriales, *l.* 49. *ff. de jud.* Oportet quippe jus dicentem o-
mnibus eò intendere nervis, ut quâ par brevitate lites forenſes contrahat, &
quod uno abſolvi judicio poterat, non duas admittat tresve, unius vel con-
nexæ cauſæ inſtantias, proceſſus, ſententias, *l. properandum. Cod. de jud. l.* 4. *§.* 1.
ubi Ulpian. ad edict. 13. prætorem, ait, non improbare factum ejus, qui po-
tius habet re aliquâ carere, quam ſæpius propter eam litigare, hæc enim vere-
cunda cogitatio ejus, qui litem execratur, non eſt vituperanda, *ff. de alien. jud.*
mut. Petr. Frider. Mindan. *de cont. cauſ. cap.* 2. Wilhelm Antonii *de reſcr. mo-*
rat. concluſ. 64. *num.* 28. Præjudicia quoque non paſſim omnia nullius ſunt
momenti, ubi enim de cauſæ identitate & convenientiâ planè & plenè con-
ſtar, in omnibus ferè circumſtatiis, iſta demum præjudicia ſe habent inſtar
referentis, cui, viſo relato, id eſt actis integris, ad quæ ſunt lata, ſæpenumero
creditur. Cothman. *volum.* 3 *conſil.* 13. *numer.* 124. adde Ræyard. *in opuſc. de præ-*
jud. 1. & 2. Reinkingk *de reg ſec, lib.* 1. *claſſ.* 3. *c.* 14. *num.* 37. Et ſæpe exempla ex-
emplis, præjudicia præjudiciis truduntur, debilioraque à fortioribus demer-
guntur: ut advertit D. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concl.* 33. *num.* 28.
ad fin. in ſecundâ edit.

Sed de privatorum exemtione quantum ſatis, exemtionem à ſtatibus
imperii, vel etiam à privatis baſſam vel ſuperiorem præ ſe ferentibus juriſdi-
ctionem, reſpectu imperii litigioſi commiſſam, quod attinet, eam per indi-
cia explicare hic nedum operæ precium, nec neceſſarium. Quandoquidem
delicta ſuperiorum, niſi ſint excepta, utplurimum impunita coram mundo
relinqui ſoleant, pœnâ judicio omnipotentis inevitabili reſervatâ. Peucer. *de*
divinat. pag. 38.

32 Delicta † excepta, ut loquuntur, à pœnis nunquam excepta, quia potius pœnis ut maximè præ maleficiis aliis obnoxia obligare ad pœnas luẽdas, proceres & magnates autumo non aliter, ut leviora & delicta quævis privatos ad ſatisfactionem urgent, vel in ære, famâ, vel corpore præſtandam, ut ea propter proculdubio aſſerendum, eadem quæ privatos aggravant, quoq; magnates premere & indigitare indicia, ex locis indiciorum generalium & ſpecialium repetenda.

33 Sed ut è diverticulis in viam redeamus, reliquas † hujus delicti ſpecies per indicia ſua evolvamus. Quartæ itaq; ſpeciei indicia ſunt, 1. avaritia idolorum, ſervitus & malorum omnium mater, *c. avaritia. ext. de præb. & dignit.* §.1.*anthent. ut jud. ſine quoq; ſuff. col.* 2. cum in avaro concurrant duritia cordis, mentis inquietudo, violentia, fallacia, perjurium, fraus & proditio, Dur. de Paſc. *reg.* 160. Neviz. *in ſylv. nupt.* 5. *n.* 160.

34 2. Calumnia † retro commiſſa, juxta illud Sophoclis *in Philoctete pag.* 411. Quibus mens mala eſt, eos etiam ad ſcelera alia adducit, item: malum videtur bonum illi, cui Deus mentem impellit ad facinora & exitium ſui ipſius, idem Sophocl. *pag.* 207. *in Antig.* vel ut vulgariter dici ſolet: qui ſemel malus ſemper præſumitur malus, *c. ſemel. de reg. jur. l.* 3. *§. item. ff. de ſuſp. tut. l. Caſſius. ff. de ſenat.* adeò ut cautionem offerens dehinc audiendus non ſit, cum cautio animum pravum mutare non poſſit nec ſoleat, ſed diutius graſſandi in re aliena facultatem præſtet, § *fin. inſt. de ſuſp. tut. remov. l. ſuſpectus. ff. eodem.* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concl.* 49. *n.* 33.

3. Perjurium calumniæ pediſſequa, cum omne jurandi beneficium perdat perjurus, nempe in quo nulla eſt religio, pietas vel conſcientia, adeò ut admiſſus ad juramentum, non niſi peccatum peccata augeat & ſine jurejurãdo deponat, Farin. *in conſil. crim. conſil.* 20. *num.* 3. *vide ſupr.* 1. *de judic. perjurii cap.* 51. Mynſ. *cent.* 3. *obſ.* 58. Hyppol. de Marſil. *in ſing. ſing.* 74. imò qui actione experiri nequeat, nec ſtare amplius in judiciis ante legitimam abſolutionem ad effectum agendi, *d. cap.* 51. quanquam enormiſſimè ſit læſus vel deceptus, Cavalcan. *dec.* 9. Sed quia ſine dolo perjurium non committitur, conſequens eſt, ut qui errore, dolo adverſarii & facti impoſſibilitate ea, quæ juratò promiſit, præſtare nequeat, perjurii notam non incurrat, adeoq; indicium præſens in paſſu tali parum vel nihil ſtringat, Anton. Gomez. 2. *reſol.* 10. Surd. *de-*
35 *ciſ.* 234. *num.* 12. Perinde eſt, ut ſi quis † factum alienum expromiſerit juratò, isq; quantum potuit, præſtitit, licet quoque ab initio ſciret facti difficultatem, Hering. *de fidei. c.* 19. *num.* 112. Andr. Kohl. *exerc.* 12. *num.* 66. quoniam in genere impoſſibilitas, neceſſitas & ſumma difficultas excuſationem præbet à perjurio, *c. brevi. x. de jurejur. cum concord.* Wilhelm Antonii *de reſcript.*
36 *morat. concluſ.* 15 *num.* 29. Sic † nec perjurium incurrit, qui poſitionem indiſtinctè articulatam totaliter vel in genere negat, licet alteram partem ejus ve-

ram.

tam, alteram falſam eſſe haud ignoraret, Fulv. Pacian. *1. de probat. negat. c.* 18. *num.* 5. Giæv. *ad Gail. 1. obſ.* 82. Denique ut juramentum extrajudiciale, quando quis † animi levitate per Diabolum jurat, nec minus ſolenne, ut quoties 37
formaliter & decẽter non juratur, juramentum propriè non inducit, Setzer. *de jur. lib. 1. c.* 18. *num.* 11. ita nec perjurium exinde incurrit jurator, cum causâ ſublata, effectus quoq; tollatur, & à privatione ad habitum, ubi is nullus erat, non detur regreſſus, Eberh. *in topic. in loc. à priv.*

Alias dicitur, † alleganti cauſam perjurii non commiſſi, onus probandi incumbere, Hering. *de fidei. c.* 19. *num.* 121. uti cauſa juſta non ſolventis in 38
termino, non privar debitorem beneficiis dilationum jure & conſuetudine conceſſorum, quibus in genere propter contumaciam carere cogitur, Jacob. Marchiſell. *quæſt.* 69. *lib.* 1. non ſecus ac ex contrario judicium contra contumacem mutari poteſt, idque contra communes juris regulas de indiciis non mutandis vel dividendis, *t. t. C. de quib. reb. ad eund. jud. eat.* cum enim ait Frider. Mindan. *de contin. cauſ. lib.* 3. *num.* 22. *pag.* 89. reus acuſatus vel conventus eſt † contumax tunc non obſtante cæpto litigio coram uno judice, ubi con- 39
tumacem ſeſe gerit, poteſt accuſari & conveniri coram alio judice, ubi melius cogi & normæ ſubjugari queat, quo caſu judex ſecundus neq; ad inſtantiam partis neque ad inſtantiam judicis prioris in cauſa ſuperſedere tenetur, vel cauſam priori judici remittere, ſed non attentis exceptionibus, poteſt in cauſa procedere: quippe cum reus per contumaciam priori inſtantiæ renunciaſſe videatur. *Hæc ille.* allegans Bald. pluresque Doctores, qui in judiciis hoc ipſum omninò obſervandum eſſe aſtruunt.

4. Indicia hujus ſpeciei ſunt inimicitia, cum † de inimico præſuma- 40
tur omne malum, Bonacoſſ. *de præſumpt. in verb. inimic.* quin quod inimicitia dicatur calumniæ & perjurii mater, Farin. *de teſtib. quæſt.* 53. *num.* 70. adeò ut judex inimicum ex officio teneatur ab accuſatione arcere, cùm † reipublicæ 41
interſit, ne ſubditi calumniis & litigiis non neceſſariis vexentur, Decian. *in tract. crimin. p. 1. lib. 3. cap.* 25. Bald. *in l. fin. num.* 175. *ff. de qq.* ubi diſputat an ſola inimicitia pariat quæſtionem? & quanquam Dd. paſſim inter capitalem & non capitalem inimicitiam diſtinguant, Decian. *conſil.* 63. *volum.* 3. aſſerentes, non niſi capitalem hìc conſiderari inimicitiam, Idem *d. loc.* dubium tamen nobis nullum ſubeſt, quin † inimicitia quæ vis præſumpta, non vana 42
& deſultoria, hìc indicium ſuggerat, Bonacoſſ. *d. loc.* Curt. *in tract. de teſtib. n.* 52. quæ à teſtimonio quoq; inimicum repellit, Marſil. *conſ.* 15. *n.* 7. Jaſon *conſil.* 167. *num.* 8. *volum.* 4. Marſil. *in ſing.* 178. Alexand. *conſil.* 126. *lib.* 4. *in fine.* ubi hanc concluſionem quoque ad amicitiam occultam, nondumq; publicè notam, extendit, Menoch. *de arbit. jud. 1. quæſt.* 28. *num.* 7. imò ſi ex cauſa minus probabili deſcendat inimicitia, Alexand. *conſil.* 99. *num.* 3. *lib.* 1. Pariſ. *conſil.* 53. *num.* 28. & *conſil.* 61. *num.* 16. *volum.* 4. Porrò quæ † inimicitia dicatur capita- 43
lis, ut

lis, ut maximè hic coitionem pravam & calumnioſam arguens, judicis arbitrio relinquit, Menoch. *lib. 2. de arb. jud. qq. caſ. 110. cent. 2.* communiter autem capitalis dicitur [1] qui reo convento præter actionem motam vel movẽdam, eundem capitali accuſavit de crimine, Bart. *in l. filio. §. ſeja. ff. de ad. legat.* [2] Si litem movit de omnibus bonis vel majori bonorum parte, Maſcard. *de prob. concl.* 898. *num.* 7. Cravett. *conſil.* 31. *num.* 3. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concl.* 5. *n.* 147. [3] causâ pecuniariâ magnæ cujuſdam quantitatis, Gramm.
44 *deciſ. Neap* 86 *num.* 11. cum hodie præſertim † pecuniæ ſint loco ſanguinis, ut ait Menoch. *dict. caſ.* 110. *num.* 6. D. Antonii *d. concl.* 5. *num.* 146. *& concl.* 15. *num.* 113. Bonifac. *in tr. de furt.* §. *est. n* 108. *&* §. *invito Domino. n.* 5. allegans illud protritum: *Non eſt amicus noſter, qui bona noſtra tollit.* [4] Si ſuper ſpolio vel retentione rei particularis agatur. Abb. *in c. accedens. clem. 2. ut lit. non conteſt.* [5] actione famosâ vel injuriarum motâ quoque capitale ſuboritur odium. Curt. *d tr. de teſt. num.* 52. quod lite ſopitâ durare non minus præſumitur. Blanc. *de ind num.* 133. Equidem verò verius eſt, lites rerum modicarum raro aut nunquam odii & vindictæ cupiditatem non præ ſe ferre, homines ad arma & effuſionem ſanguinis inſtigantem. Ant. Palaz. *p. 3. del gover. c. 2.* Ut enim frutices Camarinæ commoti & diſcuſſi rami odorem ferunt ingratum & amarum; Sic lites forenſes magis magisq; agitatæ odium generant capitale, cædes, patrocinia, calumnias, perjuria. P. Greg. Tholoſan. 28. *ſyntag.* 3. Refert Goſt *in mem. l* 1. Quod Frãciſcani Monachi cum Dominicanis capitales habuerint lites coram rota Romana, illis contendẽtibus, ad ſeſe prærogativam in pulſando ſalutatione Divæ virgini ſpectare, Dominicanis ſuas quoque adducentibus rationes, ob Doctorum ſui ordinis multitudinem, ordinis vetuſtatem & veſtem candidam, tandem lis dirempta, cum pluſquã 30000. aureorum inſumpſiſſent, & ſententia lata hoc modo: Qui prior ſurgit, prior pulſet. Sic deriſui litigantes ob leviculam rem ſeſe multis propinarunt. Quã Diabolica res odium, quam invidioſus honorum ſtimulus, in quot contentiones calumnitatesq; ſæpè homines ſapientiſſimos detrudit, in quæ damna volvit miſerum hominum genus? ait Joan. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag.* 435. [6] Quod odium quoque cauſarum patronos procuratoresve, ut umbra corpus ſequitur, imò judicem ipſum, *c. qualiter. clem. 2. §. licet autem de accuſat. l. cum & filii. C. qui bon. ced poſſ.* ita enim vulgò comparatum eſt, ut plebs belluina & ferox in lite facta, judiciorum legumq; miniſtros infenſius odiſſe, ac ut canis lapide petitus, lapillos ut plurimum admordet, ſuccenſere iis mordicus ſoleant, adeò ut indicium hinc emergat in præſentiarum, non quidem legis miniſtrorum reſpectu, ſed vulgi litigaturientis, nec non falſitatis indicium contra eundem, non judicem advocatum procuratorem, in cauſa quadam alia in teſtem adverſus partem productum: *arg. c. ſuſpect. & nullus.* 31. *q.* 5. Aufr. *de repr. teſt. num.* 85. ratio diverſitatis in eo hæret, quod vir egregius, vir

bonus

bonus non præſumatur calumniari, falſam dixiſſe vel dicere velle, niſi probe-
tur. *l.fin.in fine.ff.de act. & oblig.* Tiraquell. *latè de pœn.cauſ.* 51.*num*.3. † vir le- 45
vis & rixoſus tale quid machinari, moliri ſedulo, inſidiari viris bonis omnino
cenſeatur, unde Guev. *de inſtit.vit.aul.cap.*10. ait: quod homines ejuſmodi
iraſcantur judici, inſaniant contra adverſarium, maledicant advocatis, impre-
centur leges, quoties reſcripta ex voto non correſpondent, ſi litem alterius
dirimi viderint, invideant obmurmurentque paſſim, quaſi judex magis col-
litigatori faverit, referens minus diligenter legerit acta, intellexeritve eadem.
Parrh. Litig.1.*cap*.4.*num*.32. 7. Ejuſdem farinæ ſunt minæ & diffidationes
capitales. Blanc. *in l.fin.ff.de qq.num*.91.*& ſeqq*. adeò ut ſi ſalvus conductus dif-
fidato detur, non tamen is ſecurè fidem habere teneatur, cum † inimicus pro 46
nihilo habere præſumatur ſalvum conductum. Cæpoll. *conſil*.17.*num*.5. quò
pertinent inſidiæ & fraudes capitales, Menoch.*d. loc.* Ut enim mari ſcopuli
ſub aquis latentes illis, qui in conſpectu eminent, navibus multo ſunt nocen-
tiores, ita inimicitiæ occultæ ſub ſpecie amicitiæ falſæ majora dare damna ſo-
lent. Lucill. *in antholog lib*.3. Philipp. Camerar. 3.*med. hiſtor.cap*.54.

5. Quintæ ſpeciei quoque † indicia ſunt ceſſio actionum ſuſpecta & 47
maligna, redemptio litis reproba & malitioſa. *arg.d.c.ſuſpect.& c. nullus*.3.*q*.5.
ſuſpecta verò dicitur ceſſio, 1. quoties alteri perſonę pars actionis donata, al-
teri vendita fuerit, atque ſic diſtracta actio, quæ in judicio vexandi reum, præ-
ſupponit conſilium & conatum. *l.per diverſas*.22. ubi Bart. *num*.9.*C.mandati*.
2. Si non apparet, quo titulo duobus pluribuſve actio ceſſa ſit, quæ incertitu-
do & ſimulationem & coitionem, de quâ hìc quæritur, conſequenter infert
*d.l.*22.*l*.23.*C.eod.* Bald. *in l.ejus* 9.*C.de compenſ.* quod indicium titulus ſuperve-
niens non tollit, Bald. *in d.l.per diverſas.num*.11.*q*.7. nec titulus ſaltem confeſ-
ſatus ab actoribus. Bald. *in d.l.num*.13. 3. præſumitur ſimulatio pravaq; coi-
tio, quando uni duobuſve potentioribus ceditur actio. Idem Bald. *in d.l.num.*
23.*& in l*.2.*C.ne liceat.potent.* potentiores autem quinam ſint & dicantur?
invenies apud hos, quos allegat Wilhelm Antonii *in addit.ad tract.Kohlii de
ſubfeud.cap*. 2.*num*.82. Inter eos reputantur quoque ceſſionarii omnes, qui
terrori ſunt reis. Bald.*d.loc.l*.1.*C.ne liceat.potent.* 1. ut qui exercet merum
& mixtum imperium. Bald.*conſil*.151.*vol*.1. Crav. *conſil*.205.*num*.43. 2. qui
divitiis & authoritate pollent, quanquam ſint privati. *arg.d.l*.1. Guid. Pap. *q*.
461. Menoch.*de arb.jud.qq*.2.*caſ*.169.*nu*.12. ubi ſtatuit, † in litis expenſas ut 48
plurimum condemnandos eſſe divites cum tenuioribus litigantes. Boër.
quæſt.303. 3. qui militari præditi ſunt poteſtate, Dd. *in d.l*.1. non tam ob po-
tentiam quam rigoroſam militum importunitatem. Abbas *in c*.2.*ext.de alien.
jud.mut.cauſ.* ubi in genere ait, hic pertinere omnes, qui poteſtatem aliquam
exercent ſive jure ſive facto. 4. qui militia pollet legali, ut ſunt Doctores juris,
advocati, cauſidici, quos milites appellavit Bald. *in l. huic ſcriptura*.15.*ff. ad l.*

Aquil. Jac. Benius *de privileg. JCtorum. part. 2. priv. 38. num. 2.* Anton. Scapp. *in tract. de jure non ſcript. lib. 5. c. 112. num. 9.* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ. 70. num. 14. in ſecundâ edit.* [5] Porrò qui cœleſti implicati ſunt militiæ, ut clerici, Anchoran. *conſil. 165.* Cravett. *conſil. 205.* qui Deo militare
49 dicuntur. *gloſſ. in l. miles. ff. de re jud.* Reig. *in theſ. jur.* ubi triplicem † militiam ſtatuit *pag. 165.* Matth. de Afflict. *in deciſ. Neap. deciſ 241.* qui quoad beneficiorum fructus, quos peculium caſtrenſe vocat clericorum, militiam ſecularem cum Eccleſiaſtica æquiparat. [6] Inter potentiores quoque recenſeātur hi, quibuſcum difficulter litigatur. Anch. *d. loc.* Menoch. *d. loc. n. 57.* quanquam
50 in dubio hanc concluſionem relinquat *ibidem.* Res autem † plana eſt *in d. l. 2. C. h. t.* ubi non tam potentia quam malitioſa adverſarii voracitas, ut textus ait, & oppreſſio tenuiorum conſideratur, quæ divi Claudii vera fuit cauſa πρoκατηγoρικ. Bald. *in d. l. 2.* ſolam territionem pro cauſa conſtitutionis allegat. adde Cujac. 7. *obſ. 31.* leges hujuſmodi ad ſuſceptores litium, ubi de bonis vel agricolis alienis defendendis agitur extendentem, *l. 1. & 2. C. ut nemo ad ſuum pat. ſuſcip. vic.*

4. Ceſſio ſimulata præſumitur, cum ſub ipſo ceſſionis actu quidem precium numeretur, juxta diſpoſitionem *d. l. 22. C. mandati,* id verò paulò poſt reſtitutum probetur creditori. Bart. *in d. l. 22. num. 17.* Bald. *ibid. num. 20.* Socin. Jun. *conſil. 97. num. 70. vol. 2.* Sive in ſolidum ſive pro parte, non ſecus ac ſi pars crediti vendatur, pars donetur, *l. 23. C. eod.* juxta illud: Quicquid eſt juris in toto, idemq; eſt in ſingulis ejuſdem partibus. *l. 2. §. 6. ff. de pact. l. quæ de tota. ubi gloſſ. & Bart ff. de R. V. l. ſi cui. ff. de leg. 1.* Eberh. *in top. in loc. à tot. ad part. num. 2.* Joh. Gœdd. *in l. 25. ff. de V. S. n. 5.*

5. Porrò ſimulata præſumitur ceſſio, eaq; par eſt fictioni modo dictæ, quoties vel pretium totum, vel partem ejus poſt ceſſionem commiſſam ceſſionarius demum erogat, ceſſionario, quaſi retrò & longè antea numeraſſet precium, confitente. Bald. *in d. l. 23. Roman. ſing. 26.* vide Donell. *in d. l. 22. & 23.* Menoch. 3. *præſ. 129. n. 21. & præſ.* 12. ubi latè. cum quod jura præſumant frau-
51 des contra variantem, Dd. *varior. conſil. tom. 2. p. 118.* quæ dicta enim † repugnantia vel contradictionem implicant, nihil prorſus operantur. *c. ubi repugnantia. de reg. jur. in 6.* Vergin. de Bocat. *de interd. uti poſſidetis. cap. 6. num. 8.* tum ubi de titulo, precii numeratione non conſtat liquidò & decenter, nulla ceſſio præſumatur juſta, Ferr. *in pr. in form. libell. in cauſ. vendit.*

6. Ceſſio ficta præſumitur cumprimis, quoties ratio vel cauſa aſſignari non poteſt, quare facta ſit, niſi ut reus vexetur, *l. in fundo. ff. de R. V.* Pan. *in c. 1. num. 6. ext. de alien. jud. mut. cauſ. fact.* ubi & hoc quærit, numquid Edicti proviſio *de alien. jud. mut. cauſ.* etiam contra reum locum habeat? & affirmat
52 *in c. ex part. ex. eod.* Quinimò † reus agere poteſt contra actorem in factum, qui jura ſua malitioſè extraneo cedit. Dd. *var. conſil. 9. vol. 2. in fin.*

7. Por-

7. Porrò ficta præſumitur ceſſio, cum modico tenuiq; precio ea fuit interveniente facta. *d.l.23.* conſideratur autem ille precii tenuitas, quando impenſis deductis, quib. litem actionis ceſſæ proſequi, atque ad finem veriſimiliter perducere poſſit, adhuc precium videatur parvum, Bart. *in d.l.22.n.6.* Ludov. Rom. *conſil.85.num.*10. nemo ſanæ mentis enim ſuum jactare velle præſumitur, tametſi unuſquiſque rei ſuæ ſit moderator & arbiter. *l.21.ubi Donell.C.mandati.* Bart. *in d.l. 22.cod.* ubi in venditore hereditatis præſumptionem hanc quoque locum habere ait, exiguo precio illâ ceſsâ vel divenditâ. Ruin. *conſil.37.num.16.vol.*1.

8. Imò actione dubiâ, intricatâ & incertâ ceſsâ, ſimulatio præſumitur Dd. *varior. conſil.conſil.9.d.vol.2.* cumprimis potentiori, rixoſo & forenſi factâ, per modo deducta *num.5.* Quemadmodum promiſſiones actionum cedendarum ſponte factæ patem inducunt fraudis ſuſpicionem. Ruin. *volum.1. conſ.145. in fine.*

9. Præſumitur ceſſio fraudulofa & calumniæ plena, de quâ paulò poſt quoq; dicemus, quandocunque actio criminalis ceditur. Jacob. de Arena *in tr. de ceſſ. jur. & act. rub.46. n.55.* Joann. à Graſſis *in tract. de ceſſ.§.5.n.1. & 2.* quanquam † injuriarum actionem rectè cedi poſſe tradat Reig. *in th.* 53 *jur. in loc. ceſſ.* quam intellige ſententiam valere, modo civilis injuriarum actio cedatur, & ubi procurator admitti poſſit in judicio. Jacob. de Aren. *d.loc.* Cōfer David Döring *tom.1.Biblioth. Juriſc. verb. actio injuriarum num.*202.

10. Denique ſimulata & nulla eſt omnis ceſſio ab his, qui efficaciter obligari nequeunt, facta, vel quibuscum paciſci non licet, rebusq;, extra hominum commercia poſitis, ceſſis & translatis earum actionibus. Joan. à Graſſ. *in d.tr.§.2.* Jacob. de Aren. *in rub. 3.4.& 5. de ceſſ. action.*

Atque tantum de indiciis pravæ injuſtæq; ceſſionis: 4. caput ſpeciei præſentis erat calumnia, cujus † indicia ſunt 1. calumnia ante acta, qui enim 54 malus in uno, cōtra ſe non modicam habet ſuſpicionem malitiæ in ſimilibus. *c.ſi gens Angelorum.55. diſt.* Alciat. *de præſ. reg.2.præſ.6.num.3.* unde expreſſus hujus indicii textus eſt *in l. 7.§.3.ff. de accuſat.* ibi: ſi alio crimine poſtuletur ab eodem, qui in alio crimine cum calumniatus eſt, puto non facilè admittendum eum, qui ſemel calumniatus ſit, quamvis filium accuſatoris admitti oportere aliam accuſationem inſtituentem adverſus eum, quem pater accuſaverat, &c. porrò textus ejuſdem farinæ eſt *in c. parvuli. 22.q 5.c. teſtimoniū. de teſtib.c.literis.de præſumpt.* ſic perjurus ſemel, perjurus dehinc præſumitur. *d.c.literis.in fine. d.c.parvuli.* cum † tempus præſens connexitatem quandam 55 cum præterito habere dicatur. Menoch. *lib.1.præſ.24.num.44.* Sic negligens olim vel nuper in officio, de præſenti quoque talis præſumitur. *c.mandata. c. ſcribam. de præſumpt.* inde idem Menoch. *d.præſ.24. num. 24. & ſeqq. & lib.5. præſ.45.* Alciat. *de præſ. reg.2.præſ.26.* Eberhard. *in top. in loco à temp. ad temp.*

Digitized by Google

ubi per 10. prædicamenta hoc indicium exhibet & declarat: adde, quod quãdocunque à præſenti ad præſens arguatur, indicium ſtruatur idem, ut quoties actor in eodem vel diverſo calumniari dicatur momento. *gloſſ. in d. c. ſcribam. c. qui crimen. 6. quæſt. 1. c. 1. de accuſat.* Eberh. *d. loco. num.* 17. ibi: ſi quis de præſenti eſt criminoſus, præſumitur contra eũ, quod accuſet non bono zelo, &c. adeo ut ſocios nominans delicti nihil præſtet, ſcilicet cui nec in perniciem & diſpendium conſortis jure credatur, Eberh. *d. loco.* Menoch. *de præſ.* 14. *nu.* 34. vide Menoch. 2. *de arb. jud. cent.* 4. *caſ.* 301. *n.* 17.

2. Calumniæ indicium eſt ſuſpecta ingeſſio in rem ad ſe non pertinentem. *l. 36. ff. de R. J.* ubi Dec. Cagnol. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 64. *num.* 63. Farinac. *in prax. lib. 2. de indic. & tort. quæſt.* 52. *num.* 93. *& ſeq.* & Petr. Pecc. *in reg. 19. de reg. jur.* ubi eleganter & nervoſè: quandoquidem hanc ob rem potiſſimum calumniæ juramenta jure ſunt inventa, quibus inſidioſa litigantium ingeſſio, atque in rebus alienis per lites temeraria graſſandi cupido coërcetur. *l. 1. ubi Goth. C. de jur. propt. cal. dand. Novell.* 49. *c. fin.* cujus capita verſiculis hiſce continentur:

Juro meam litem, mihi fultam jure videri
Nec delaturam, ſi qua rogatus ero,
Nec promiſſurum, neq; cauſæ falſa levandæ
Dicere, nec litem ducere velle meam.

Quanquam calumnioſo hoc ſeculo mundus pro ludibrio habeat juramenta, iisque, ut pueri ſtragulis falluntur, utatur, Bodin. 5. *de rep.* 5. Wilhelm Antonii *de reſcript. morator concluſ.* 30. *numer.* 58. & ait Johan. Schneid. *in princ.*
56 *inſtit. de jur. calumn.* quod † juramentum calumniæ hodie ne obuli a ſtimetur, cum contemptores Dei facti ſimus, ac religionis ejus, Bald. *in l. 24. nu. 1. de evict.* & Oldendorp. *in claſſ. 1. prog. for. act.* 7. habemus (*inquit*) calumniæ juramentum, quo perjuria magis introducuntur, quam excludatur calumnia, & Socin. *in c. cæterum* 5. *num.* 8. *de cal. jur.* hodie magis de calumnia committenda, quam evitanda juratur, &c. Anton. Del Re Tiburt. *in tr. de juram. calumn. cap. 1. num.* 34. Porrò quam variè quis rei alienæ & ad ſe non pertinenti immiſcere dicatur, prolixè tradit Petr. Peck. *d. loc.*

3. Præterea calumniæ indicia ſunt, quoties actor cauſam ineptam allegat: Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 5. *num.* 71. item probationis inopia & defectus, *argum. gloſſ in c. non eſt. de conſuet. in 6.* Menoch. 2. *arb.*
57 *qq. cent. caſ.* 321. *num.* 4. *cum multis ibidem citatis*, ſecundum illud: quod † viri boni allegare non ſoleant id, quod probare non poſſint, *l. 4. C. de edend.* 2. *quæſt. 7. c. qua pleriq; & clem. 1. de reſt. in integ. & c. ſuper eo. de app.* Bald. *in l. minorum. Cod. de præd. minor.* Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concl.* 22. *n.* 23. atque hinc contra pravos litigantes atq; moleſtatores judiciorum, conſtitutæ pœnæ, non ſecus ac calumniatores ipſos, *l. 1. ubi Dd. ff. de his qui not. infam.*

*fam.*Vent. de Valent. 2. *cap. 6. Dd. ad princip. inſt. de pœn. tom. litig.* modo ne per non uſum hic titulus præſcriptione eſt extinctus, quibus ſimiles ſunt rei ipſi ſæpenumero occultantes veritatem facti ad defatigandum & fruſtrandum actorem, quod ſi demum allegetur ſub litis exitum, retrò quoq; calumniatos fuiſſe arguitur reos, in pœnam & litis expenſas jure cõdemnandos, Idem *d. loc.* proinde toto jure adverſus inficiatores factorum, expreſſæ pœnæ, Zaſ. Jaſon & Dd. *in §. maleficio. inſtit. de lib. 23. §. pen. ff. ad l. Aquil. l. 4. C. de cond. indeb.* Donell. 14. *comm.* 15. D. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 25. *n.* 3. Ego *in diſp. meis ad inſtit. jur. diſput.* 15. *th.* 13. & extat *conſt. Athal. Goth. reg. art.* 11. ſi poſſeſſor (*ait*) legibus pulſatus non reddiderit rem petitam, & ſub cognitionis eventu adverſus eum ſententia lata eſt à die, quâ per auctoritatem fuit conventus, expenſas litis omninò perſolvet, ut enim infirmitas humana in dies accreſcit, ſic malitia tanquam morbo infirmitatis contracta, pœnarum medicamine ſananda vel prorſus eradicanda, Gio. Ant. *de Palazz p.* 4. *c.* 11 adeò ut juxta nonnullos virtus non infima ſit reſiſtere calumniis, atque quâ par ſeveritate, obviare hominum malitiis, *l.* 8. §. 20. & 22. *ff. de tranſact. l. in fundo. ff. de R. V.*

4. Indicium eſt, quoties actor ne juramentum calumniæ præſtet, ſubterfugium quærit, vel ſi prorſus id deponere nolit, Joachim. à Beuſt. *in l. admonendi. num.* 54 *pag. mihi* 148. qui licet de juramento purgationis in cauſa criminali loquatur, dubium tamen non eſt, quin idem quoq; in delato calumniæ juramento locum habeat, cum utrobique par dominetur ſtringatque juris ratio, Parth. *litig.* 2. *cap.* 6. *n.* 6. ubi hanc cautelã, non tamen ex omni aſſe tutam, refert, ut ab actore reus calumniæ juramentum exigens, illo ſeſe confeſtim haud offerente, taceat, nec ulterius inſiſtat, quoniam ſentẽtia dehinc pro actore lata ipſo jure reddatur nulla, *hæc ille*, vide Andr. Gail. 1. *obſerv.* 84. *num.* 4. Anton. Del Re Tiburt. *in tract. ſolenni de juram. calumn. cap.* 11. ubi pleno cornu examinat hanc quæſtionem: An terminus ſeu dilatio ad deliberandum concedenda ſit de calumnia jurare debenti? non abſimilis † jurare de- 58
trectanti de calumnia ex alio capite juraturus, qui vel jurare recuſat, vel ſiquidem juravit, ambiguè admodum nimiſque captioſè mediantibus poſitionibus de quo jure conſtitutum apparet, ut juxta intentionem & in favorem deferentis ambiguitas exponatur, *c. quæcunq;* 22. *quæſt.* 5. quoniam dolus authori haud prodeſſe imò nocere debeat per brocardicum: quod † dolus dolo 59
ſum, uti lepra leproſum ſequatur, *c. cum intelleximus. ext. de jud. l.* 18. §. 1. *ff. de jud.* quãquam regulariter verbo quovis pacto prolata adverſus ſtipulatorem, qui apertius legem contractus dicere debebat, explicari ſoleant, *auth. præterea. Cod. de lib. præt. l. non aliter. ff. de leg.* 3. *c. intelligentia. de verb. ſig.* Anton. de Petrucia *in tract. de effect. juram. effect.* 50. *pag.* 127. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. concl.* 55. *n.* 51.

Digitized by Google

5. Indicium calumniæ eſt, ſine mandato litigium, ut quoties ſine o-
mni mandato procurator agſt nomine alterius, vel ſiquidem mandatum ha-
bet generale, id verò ad cauſam eſt impertinens, *gloſſ. in l ſi procuratori. ff. de*
60 *cond. causâ dat. l falsò. Cod. de furt.* adeò, ut † hæc calumnia, falſiq; procu-
ratoris exceptio, demùm poſt ſententiam poſſit imponi, And. Gail. 1. *obſ.* 47.
Mynſing. *cent. 1. obſerv.* 49. ſed an hoc indicium purgari poſſit Domino ratum
habente ſententiam? idem Gail. *ibidem num.* 3. Notandum verò hic eſt cum-
61 primis, domini ratihabitionem nihil præſtare, 1. Cum per eam aufertur jus
tertio, Alexand. *conſil.* 78. *lib.* 5. 2. Cum repugnat æquitas. *idem n.* 251. *d. loc.*
3. Nec res eſt integra, *l. diſpenſatorem. ff. de ſolut.* 4. Quoties mandatum
pro formâ certo tempore requiritur, Bald. *in l.* 4. *§.* 6. *ff. de off. proconſul.* 5.
Quando id, quod ratum haberi petitur, ipſo jure eſt extinctum, *l. 1. ff. de appell.*
recip. 6. Quando actus nullus eſt, Bald. *d. l.* 7. cum ratihabitio & manda-
tum ſunt diſparis conditionis & naturæ, Roman. *in l. ſi quis mihi bona. § ſi quid*
num. 4. ff. de acq. hered. 8. Cum non apparet principium vel habilitas confir-
mandi. 9. Vel actus plures adhuc patitur defectus, præter conſenſus abſen-
tiam, *l. fin. §. neceſſitate. C. de bon. quæ lib.* 10. Cum actus novus non admittit
ſuſpenſionem, *l. receptum. ff. com. præd.* 11. cum actus medius repugnat con-
nexioni cum extremis, *l. cum decem. ff. de ſolut.* 12. fallit in maleficiis, uti ad-
ulterio, quod alterius nomine fieri non poteſt, nec ratihabitionem admit-
tit, cum fictio non cadat in id, quod de naturâ eſt impoſſibile, nempe quæ na-
turam imitatur, *§. 5. I. de adopt.* lex enim impoſſibilia non fingit de natura vel
62 jure, *gloſſ. in l. gallus. ff. de lib. & poſt.* quæ † alibi fictiones ll. præſcripto, non
hominum arbitrio regulariter fundari, ait *in §. ſed hæc. inſt. de V. O.* Batt. *in l. ſi*
fortè. ff. de conſt. pec. Alciat. *de præſ. p.* 4. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat.*
concluſ. 18. *num.* 31. 13. Nemo ratam jure habet confeſſionem metu tormen-
torum factam, Roland. à Valle *conſil. 2. num.* 74. Sic quidem ut ratificatio con-
feſſionis facta per delinquentem coram iiſdem tormentis, in quibus fuit facta
confeſſio, metu tormentorum quoq; facta dicatur, Auguſ. de Arimin. *in ad-*
dit. ad tract. Angeli. de malefic. in verb. fama publica. poſt nu. 117. Cantat. *in pract.*
de interrog. reis, lib. 4. c. 1. num. 146. 14. Porrò ignorantia ratum tollit, cum ni-
hil tam contrarium ſit conſenſui, quam error, qui imperitiam detegit, Wil-
helm Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 14. *num.* 74. ex quo ratificatio non tra-
hitur ad incognita, Jaſ. *conſil.* 207. *col. fin. lib.* 4. Ruin. *conſil.* 48. *num.* 12. *lib.* 1.
dicens, quod ratificatio debeat fieri à certo, & de omnibus inſtructo, non ab
errante: quia non ſufficit ſcire factum niſi cum omnibus ſuis qualitatibus,
Wilhelm Antonii *d. tract. concl.* 48. *num.* 148. Theodor. Reinkingk *de retract.*
conſanguin. quæſt. 7. *num.* 107. 15. quoties agitur de irregularitate incurren-
da, Baldus *conſil.* 310. *lib.* 1. & *conſil.* 39. *eod.* Alciat. *conſil.* 146. Etenim clericus

ratum

ratum habens homicidium, irregularitatem non ubivis incurrit, *c.ſicut tuis.de ſimon.* Hyppol.de Marſil.*ſing.*184.

6. Indicium eſt † injuſta frivolaq; appellatio, cum vexatio omnis judicialiter facta contra fas & æquum, calumnia quoq; dicatur, Zaſ. *in ſumm. ff.de calumn.in tit.6.in princ.* in tantum, ut ſeculis hodiernis, ubi ab omni actu appellabili ſive non appellabili vulgò ſolet provocari, priuſquam de calumnia fuerit juratum, vel potius cauſa denuo deciſa ſit, niſi inſpectis actis, confeſtim gravamen & † cauſa appellandi juſta reperiatur, calumniari appellator in genere præſumatur, Parth. litig. *lib.1.cap.9.* cum primis, quod moribus depravatis gloriari ſoleant litigantes dicendo: *Toties appello, quoties fuerit rejecta:* & refert idem Parth. *d.loc.num.29.* calumniatores ejuſmodi ſæpenumero ipſam Dei incurrere vindictam, uti † accidit advocato moribundo cuidam, qui hora mortis imminente ſpretâ, omni pœnitentia continuò elocutus hæc verba: *appello appello*, quibus in fata conceſſit. Idem *d. loc.* ut non injuria ille exclamaverit: 63 64 65

O vos juridici. qui linguam venditis illi,
Vos vocat infernus, vos reſpuit ordo ſupernus.

quod citat Döring. *tom.1.Bibl.juriſc.verb. Advocatus.nn.* 778. ſimiles ſunt appellatoribus hi, qui judices causâ quavis fictâ recuſant, in quem ſemel conſenſerunt, litemq; fuerunt orſi, *l.apertis.ubi Jaſon C. de jud.* Burſ. *conſ.261.lib.8. num.12.* & licet gradatim ſoleant inſcendere appellationes, nec quoq; omiſſo judice inferiori, pro juſtitia adminiſtranda interpellari ſuperiores: *ordin.Cam. p.2 t.19.* Denaiſ. *reg.32.pag.* 43. non dubium tamen eſt, quin calumniæ evitādæ ergo † medius judex ſæpenumero poſſit præteriri, imò rectâ medius neglecto inferiori interpellari, vide Thilem. de Benign. *in ſyntag.juris Camer. rel.3. dec.2.vot.1.* Marant. *quæſt.*537. Idem Thil. de Benign. *ad ord.Cam.p.2.tit.* 29. ubi quatuor recenſet omiſſionis cauſas. 66

7. Ceſſio malitioſa & injuſta præbet calumniæ indicium, quò cumprimis redemtio litium ſpectat, Johan. Oldendorp. *in enchirid. except. de except.ſimulta.pag. mihi* 117. *num.* 3. ſed quia paulo ante ceſſionis malitioſæ materiam explicavimus, hic plura adferre non operæ eſſe precium video.

8. Indicium calumniæ ſuggerit inimicitia capitalis, cum de inimico omne malum præſumatur, Hipp. Bonacoſſ. *de præſ.*1. *Seraph. de privileg.13.nu.* 108. *hinc.gloſſ.in l. data. C. de donat.* ait: quod † inimicus ſit pejor omni peſte, Bald. *in l. idemq; de uſuf.* Hyppol. de Marſil. *in l.1.§. præterea. ff. de qq.ubi prolixè*, hinc eſt, quod regulariter quoq; accuſare non poſſit inimicus, Hypp. *d.loc.* Blanc. *de indic.ad l.fin. ff. eod.num.*91. *& ſeqq.* Wilhelm Antonii *in not ad reſp. Reinkingk de proceſſ. contra ſag null. inſtit.quæſt.2.num.*257. nec teſtari adverſus inimicum, *l. 3.ff. de teſtib.auth.ſi teſtis.C. de teſtibus.c.repellantur.extr.de teſtib.* etiam in delictis exceptis, *c.per tuas.ext. de ſimon.* Spec. *de accuſ.§.1.in fine.* Fri- 67

Digitized by Google

ne. Frider. de Sen. conſil. 252. Gomez. 3. reſol. 12. de probat. Menoch. de arb. qq. 1. quæſt. 28. cauſis privilegiatis & factis occultis difficilioris probationis, Go-
68 mez. d. loc. cui † nedum in articulo mortis quicquam deponenti credatur; Marſil. in l. 1. § præterea. num. 8. Imò nec Princeps reſcribere poteſt, ut teſti
69 inimico fides tribuatur, Pariſ. conſil. 2. num. 71. vol. 4. cujus † dictum juratum atque etiam quæſtione expreſſum ſaltem indicium facit, Farin. de teſt. 2. q. 53. tit. 6. num. 12.

9. Indicium parit paupertas & invidia, Dd. in l. nonnulli. C. de accuſat. arg. l. 3; ibi: ut lucri cauſa quid facilè admittat, per quem textum ait Farin. de teſtib. d. loc. quæſt. 57. num. 3. paſſim & ubique Dd. omnes exclamant, de paupertate exoriri præſumptionem calumniæ, mendacii & corruptionis, quæ cauſæ tantò magis ab accuſatione actorem repellunt, quanto plus fidei requiritur in teſte, cum ex actis & probatis, non figura accuſationis inſtitutæ judex
70 teneatur ferre ſententiam, l. 4. C. de edend. Farinac. d. loc. hinc eſt, quod † pauperi non deferatur juramentum in litem, Crot. de teſt. p. 3. num. 22. Farinac. d.
71 loc. num. 1. item † ne decernantur inhibitiones, appellante ad Cameram paupere, priuſquam acta, promulgatis pridem compulſorialibus, prò editione actorum, referens percurrerit, Chriſtoph. Schwanman. de proceſſ. Cam. l. 2. c. 2. in fin. Deinde debet de paupertate conſtare teſtimonio vicinorum vel inſtrumento publico, antequam appellatio ſuſcipiatur, Gail. 1. obſ. 142. num. 7. idque extra appellationē quoque in aliis caſibus procedere colligitur ex dictis Wilhelmi Antonii in tract. de reſcript morator. concluſ. 29. num. 19. Porrò
72 paupertas Comitem habet † invidiam activam, huc ſpectantem, cujus filia eſt calumnia, cujus radix malevolentia, cujus flores illuſio, cujus fructus æmulatio, cujus cortex, livor & pallor. Archidiac. in c. qualis. diſt. 25. Johan. Schneid. in princ. inſtit. de l. Fuſ. Can. tollend. nulla in homine malitia eſt, quæ argutiis & ſophiſmatis careat, quibus actionis vel replicationis ictus declinet excepta invidia. quæ accuſat nihil habet, quod reſpondeat in fine, ſæpe prodeunt & manifeſtantur in homine latentia delicta, invidia exceptâ, quam omnes celant, quod hic affectus adeò ſit turpis & ſordidus, ut vel fœteat in quo hæret, Johan. Spinæ. de tranquill. anim. lib. 4. pag. 156. & idem d. loc. pag. 173. Invidiæ nulla cauſa eſt legitima, nullumque juſtum argumentum, invidemus enim aut virtuti & felicitati alienæ, invidia paupertatis ſoror & calumniæ, quâ de re prolixius infrà part. 3. cap. 10.

10. Indicium eſt malitioſa litis dilatatio, Parth. litig. diſ 1. cap. 9. n. 27. hinc coarctatæ dilatationes etiā in ipſo puncto probationis, ut non niſi juramento præſtito atque mandato ſpeciali deſuper exhibito, dilatio ſolennis detur, ſcilicet ad excludendam calumniam & malitioſam litigantium procra-
73 ſtinationem, Ruland. de com. part. 1 lib. 2. cap. 4. Quanquam † quintam aliquando etiam datam fuiſſe pro cauſæ gravitate per nobile judicis officium,

tradat

tradat Gilman. *in deciſ. Camer. tom. 2. ſymph. pag.* 107. *in præjudic. Camer.* Lu-
dov. Galliæ Regem dixiſſe ferunt, † advocatos ſutorum artificia ſibi impu- 74
denter vendicare, nam quod ſutoris eſt proprium, dentibus alutam protra-
here, hoc patronorum in dilatandis litibus legumque reſponſis, Arnold, Fer-
ron. *de reb. geſt. Ludov. 12. pag. mihi 76.*

Porrò prævaricationis & pactionis de quota litis indicia ſunt 1. præva-
ricationes & pactiones ejuſmodi retrò commiſſæ, nō aliter, ut qui calumnia-
tus eſt antehac, calumniaturum quoque dehinc præſumatur, Felin. *in c. 2. de
cal. in 6.* Menoch. *2. arb. qq. cent. 4. caſ. 321. n.* 17. Alciat. *de præſ. reg. 2. præſ. 26.*
neque enim eſt facilis vitæ humanæ mutatio, quæ cum animæ labore, quo
difficilius nihil eſt, perficitur, *Novell. de monach. c.* 1. hinc graviter Cicero *pro
Sylla.* omnibus, *inquit*, in rebus judices, quæ graviores majoreſq; ſunt, quod
quiſq; voluerit, cogitaverit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus,
qui arguitur, eſt ponderandum, neque enim noſtrum quiſque poteſt ſubito
fingi, neque cujuſq; repente vita mutari, aut natura converti, *hæc ille.* & Sene-
ca *de ira cap.* 18. † naturam mutare difficile eſt, nec licet ſemel mixta naſcen- 75
tium elementa convertere, refert Remig. *de dæmon. lib. 2. cap. 9.* Extat quoque
hac de re Quintil. locus egregius *in decla. cujus tit. eſt paries palmatus.* Quid
ante (*inquit*) perditè, quid flagitioſè, quid impiè fecerit, per quæ ſe parri-
cidā ſcelera promiſerit, innocentia per gradus certos ab homine diſcedit, &c.

2. Indicia prævaricationis ſunt conſilium malignum & inſtigatio, ut
cliens tranſigeret cum adverſario, conditionibus iniquioribus, quaſi cauſa
(alias bona) non habeat fundamentum, & lis ſit futura diuturnior, Vent. de
Valent. *in part. litig. c. 9. lib. 1. n. 28.*

Quanquam dextra ad concordiam exhortatio jure magis commende-
tur quam explodatur *l. item ſi res. §. poteſt. ff. de alien. jud. mut. cauſ.* factâ, ubi
tranſactio dicitur ſalubris, laudatum tantopere à prætore ſtudium ejus, qui
lites execratur, Schurff. *cent. 3. conſil. 59.* niſi forte jus clientis eſſet lucidum, &
ita comparatū, ut ipſe cauſę victoriam in manu quadantenus habere videatur,
eo enim caſu ſive ab advocato ſeu judicibus (qui ſæpe ſæpius abutūtur tranſ-
actionibus) minimè ſuadenda erit concordia, quin potius ſi eam urſerint, ru-
ſticorum more procedere, contra conſcientiam facere, & jus alteri eripere
cenſeantur, de quo plura vide apud Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. con-
cluſ. 63. num. 124. ad fin. in ſecunda edit.* An verò prævaricationem incurrat is,
qui poſtquam in cauſa principali judex fuit, in causâ appellationis alterum
clienti patrocinium præbuit? Expedivit Specul. *in tit. de off. deleg. §. ſupereſt.
verb. quid è converſo. & tit. de advocat. §. 1. verb. item quod olim fuit judex.* Jaſon
in l. ita demum num. 8. C. de procur. Weſenbec. *in parat. C. de advoc. div. jud.
num. 5. circa fin.* ſecundum quæ jura Collegium JCtorum Colonienſe 7. die
Maji Anno 1614. in causâ Lorbach contra Lorbach / D. G. W. in 1. inſtantiâ

Giſſæ referentem & Adſeſſorem, in ſecundâ Advocatum Darmbſtadii agente, reſpondiſſe ex Dn. Wilhelmo Antonii pyladeo noſtro advertimus:

2. Indicium eſt litium induſtrioſa protractio, quo clientes moræ impatientes vel cauſam deſerant, vel conditionis legem quamcunque à prævaricatore ſibi ſuggeſtam, acceptent. Idem Vent. de Valent. *d. cap. 9. num.* 28. uti in caſu converſo ſtipulator quotæ litis, quò citius prædam capiat, dilationes ægrè admittit, quâ par celeritate omnia ſatagit, de quo JCtus, nimium properas Marcelle, ait *in l. 1. C. de except. rei judicat.* Weſenbec. 1. *conſil. 46. in fine.* ibi: liquet, nimis tempeſtivè repreſſalias miſeris & innocentibus ſubditis minitatur, &c.

76 3. Si † Prævaricaturi notarios juvenes intrudunt in ordinem cauſidicorum, ad ſpeciem ſuſcipientes clientum cauſas, cauſidicus vero ille, qui prævaricationi operam dabit, inſtruit juniorem, quaſi adhuc imperitum, quæ informatio non eſt ſine ſuſpicione, quoniam hoc prætextu furtivè prævaricari ſolent, ait Vent. *d. loc. num.* 28. luculenter hoc indicia exponit Menoch. 2. *arb. qq. cent.* 4. *caſ.* 323. porrò ſi ſubſtituit imperitum ſine omni inſtructione, ut ſi cauſa perdatur ab eodem, is eo facilius dilabatur, culpam in alium transferendo. Ala *in tr. de adv. Chriſt. q.* 42. *&* 97.

4. Si probetur, munera ſuſcepiſſe cauſidicum ab adverſario, quæ re-
77 ceptio mille fraudes arguit. *text. in c. quarectè.* 11. *q.* 3. ubi dicitur, quod † munerum acceptio ſit veritatis prævaricatio, & quod inde juſtitia violetur, imo aurum & munera faciunt nolentem velle, hinc illud: Ecquis reſiſtet tot armatis, &c. Cunrad Hartʒ *de inquiſit. reor. concluſ. ult. num.* 1. *& ſeq.* ibiq; Anonym. *in not.* Et dicitur *Deuteron. c.* 15. quod munera excæcent oculos ſapientum, mutentq; verba juſtorum: planè advocati prævaricantes tyrannicam ſibi ſumunt autoritatem in clientes, nihil penſi habentes, quomodocunque patrimonium conficiant poſteriſq; relinquant, quod à Diabolo poſtremo diſſipatur, lupis voraciores, docti legumq; tyranni, crudeliores corvis, qui cum non niſi funus extincti lacerent, iſti vivos ſcalpunt & ſugunt animam,

Nec miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

Petr, Gregor. Tholoſan. *lib.* 49. *ſyntag. cap.* 8. *num.* 11. quorum ſi nares afflaverit cujuſquam rubiginoſi aura marſupii, confeſtim videbis illis oculos Argi, manus Briarei, Sphyngarum ungues, perjuria Laomedontis, Ulyſſis argutias, Sinonis fallacias, fidem Polymneſtoris adhiberi: Caſſiodor. *citante Schonborn.* 3. *polit. c.* 14. Wilhelm Antonii *de reſcript. morat. in proœm. num.* 25. quoniam omnia mala mundi norunt, nihilq; præter burſam hydropicam curant. *l. fin.* §. 1. *C. mandat.* David Döring *tom.* 1. *Bibl. Juriſc. verb. Advocatus. num.* 763.

78 Eadem † indicii ratio ſtringit contra ſtipulatores quotarum litis, qui licet non partem litis paciſcuntur, tamen ne crimen hoc in iis appareat, ſic emungunt & dilaniant clientes, ut ſatius eſſet, pactum de litis quotâ fuiſſe factum,

ctum, cumprimis ſtatuto vel conſuetudine dictitante, quid quantumve cauſidicus vel procurator ſalarii nomine recipere debeat. Joachim. à Beuſt *in l. admonendi. ff. de jure. num.* 165.

5. Eſt familiaritas, affinitas, ſanguinis † conjunctio & converſatio 79
cum adverſario litis ſuſpecta, *c. quatuor.* 11. *quæſt.* 3. *& c.* 1. *de ſent. excom. in* 6. ubi textus ajunt, quod affectio & amor pervertant jus & judicia, & Plato 5. *de ll. ſcriptum* reliquit, amorem in judiciis cœcutire, quamobrem jus Canonicum diſponit, ne Epiſcopus œconomatum committat conſanguineis, nempe propter fraudis ſuſpicionem, *c. decenter. ubi gloſſ. diſt.* 89. & alibi ſtatutum extat, ut quoties Papa conſanguineum promovet ad honores, ei caro & ſanguis dicatur illud revelaſſe, Bald. *in l. tutor.* §. *quæ tutores. ff. de exc. tutor.* certè eadem præſumitur, pacto inter principalem & cauſidicum conſanguineum facto, fraus & turpitudo, non tam quoad pactionem de quota litis, *l. data. C. de donat.* ex quo textu paſſim eliciunt, inter conjunctos potius præſumi fraudem quam extraneos, quam quod conjuncti improbè litigaturi, ſoleant coire, ut quicquid ex lite lucrentur, id commune ſit utrique, *l. 6. ubi Dd. ff. ad l. Jul. de vi privat. l.* 1. §. 1. *ff. ad l. Cornel. de falſ.* unde div. Gregor. 7. moral. perveneſtè, plerique (*inquit*) ſunt, qui non ſolum non aliena appetunt, verum etiam cuncta, quæ poſſederant in mundo, derelinquunt, ſemetipſos deſpiciũt, nullam præſentis vitæ gloriam requirunt, ab hujus mundi ſe actionibus ſeparant, & penè, quicquid proſperitatis arriſerit, calcant. Sed tamen adhuc vinculo carnalis cognitionis obligati, dum amori propinquitatis indiſcretè deſerviunt, ad ea ſæpè per affectum cognationũ redeunt, quæ jam & cum proprio deſpectu ſubegerunt. Cumq; pluſquam neceſſe eſt, carnis propinquos diligunt, retracti exterius à cordis parente dividuntur. Nam ſæpè quoſdam videmus, quantum ad proprium ſtudium ſpectat, jam præſentis vitæ deſideria nõ habere, mundum & opere & profeſſione reliquiſſe. Sed tamen pro inordinatis affectionibus propinquorum prætoria irrumpere, terrenarum rerum jurgiis vacare, libertatem intimæ quietis relinquere, & mundi ſtudia in ſe jam dudum deſtructa reparare. *Hæc Gregorius.*

6. Indicium eſt, ſi de malitia jurare juſſus nolit jurare, Socin. *in c. fin. de confeſſ in* 6. quoniam contumacia vel ſubterfugium ejuſmodi alias jure ſit punibile, *l. ſancimus. C. de jud. d. c. fin.* atq; hoc † juramentum toties exigi, toties 80
præſtari debet, quotieſcunq; contra litigantẽm ſiniſtri quid præſumitur, Gail. 1. *obſ.* 87. *n.* 3. idem quoq; reſpectu calumniæ juramenti obtinet, quod meritò cauſidici & procuratores æquè ac principales ipſi in propriam animam præſtare debebant, de quo latè & diſtinctè Ant. Del Re Tibutt. *in tr. de jur. calum. c.* 16. *nu.* 1. *& ſeqq.* idq; graviter admodum monet & ſuadet Vent. de Valent. *in part. litig.* 2. *c.* 7. ibi: Abroganda igitur eſt conſuetudo, hoc præſertim malitioſo ſeculo, quo Advocatis calumniæ juramentum remittitur, & jus civile in fo-

81 rum reducendum atq; conſtituendum, ut non ſolum colitigatores, ſed & † Advocati & procuratores unusquiſq; in propriam, non alterius animam juret, jejuno ſtomacho, majore ſolennitate atq; ceremoniâ, quam huc uſq; magno Reipubl. detrimento & pluribus perjuriis factum. Litigaturientes enim dum vident, per procuratorem calumniæ juramentũ pręſtari poſſe, faciliores ſunt ad jurandum, parum conſiderant aut intelligunt, ut illud juretur, quod lis ſibi juſta videatur, hoc procurator ſciat, quod quidem juravit nomine tuo, ſed non tuo nomine deſcendet in gehennam. *Hactenus ille.*

ANTIQVA VIRTVTE, GENERE ET PLVRIFARIA ERVditione Lectiſſimo vereq; Nobili ICto,

DN. CHRISTOPHORO CRUSIO, PATRICIO APUD Hannoveranos, &c. amico ſuo medulliter colendo.

VVILHELMVS ANTONII FREVNDEBERGICVS D.

S. P.

EN tandem, Mi CRUSI, ſubſequam illam ſeu mediam Indiciorum tuorum, quæ jam pridem huc typis concreduiſti, non minori, quod ſpero, curâ ſedulitateq; impreſſorum ac eventilatorum partem: De quâ quod alicubi ſemel atque iterum vectigalia quaſi penſitâſti, id certè ut ingratiis noſtris accidit; ſic pro eâ, quæ hîc colitur, ratione ſtatus, non neutrobi ſuſtinendum fuit, vel non illibentius eò, quod in aprico ſit, quam ſaluberrima auth. Habita. *C. ne fil. pro patr.* eo in genere & ante hæc tempora ſitu atque ſenio ferè obliterari cœperit, ut in nonnullis magis habita quam haberi exiſtimari potęſſit, hâc præprimis literarum infeſtâ ac infauſtâ tempeſtate, quæ non rarenter à protritâ ſolitâq; conſtitutarum Legum Civilium normâ recedere, vela retrorſum dare, & è ſpeculo juris gentium novas meditando depromere formas pro neceſſitatis ſuæ imperio, vel ipſos Megiſtanes, cæteroqui inleges flectit & ad rget. Sunt enim ut hominum, ſic & temporum laudes, vitia, neceſſitates, ut ea propter ſæpè ſententias, quæ nullis rationibus refelli poſſe videbantur, dies atque uſus ipſe refellat, *ceu Bonfin. alicubi ſcripſit:* idq; non ignorâſſe latinitatis Principem, è ſubſequenti ejus loco patet: *Ego verò* (inquit ille) *hæc didici, hæc vidi, hæc ſcripta legi, hæc de ſapientiſſimis & clariſſimis viris, & in hâc republ. & in aliis civitatibus monumenta nobis literæ prodiderunt, non ſemper eaſdem ſententias, ſed quaſcunq; Reipubl. ſtatus, indignatio temporum, ratio concordiæ poſtularet, eſſe defendendas:*

Sic volvendo ætas commutat tempora rerum,
Quod fuit in precio, fit nullo deniq; honore:
Porrò aliud ſuccedit, & è contemptibus exit,
Inq; dies magis appetitur, floretq; repertum
Laudibus, & miroſt mortaleis inter honore.

ceu ve-

ceu veter ille Poëta exclamabat. Hæc cauſa eſt, ut quod uno loco vel tempore rectum ac honeſtum eſt, id alio commutatis vicibus improbetur, ingruatq; ſequendum, quod ante ſemiſeculum Philomela juris (ita *Claudium Cantiunculam* appellito) admodulando è pectore ſuo erudito recluſit: Nonnunquã (*adſtruens*) imitandos venire Lesbios fabros, ut ſi lapidis natura haud facilè ad regulam ſtructuræ adcommodari valeat, norma ad lapidem applicetur.

Veruntamen hanc rem dextro Hercule aggredirier, in eâq; reſpirantem bene odorem ad poſteros trãſplantare, ut non uniuſcujusq; noſtrûm è vulgo, ſed exercitatiſſimi & ingeniati mactè JCti, res longi ſubſellii, ſummæque omnium dexteritatis opus eſt: ſic ſæpe ſæpius in eodem multis aquam hæſitâſſe, ac non ſine diſcrimine femoralia decidiſſe, vel iis ipſis, qui ingenio ſuo confidentes, fungisq; reliquos æquare habentes, ſe ſolos corcla cati conſilii reputaverunt, cùm ex anteceſsâ non nullorum ſeculorum memoriâ conſtat, tum noſtrâ etiam ætate in his,

Quos gignit, quoties voluit Natura jocari,

præjudicando quandoq; replicatur. Hujus generis principia ſibi imbibere, ut non difficile eſſe videtur è JCtorum monumentis, eorum maximè, quos citerius ſeculum ad nos provexit; ſic nemo omnium, quos ego novi, in hâc parte magis excellere, magis ſobriè jurisgentium rivulos conſectari, & in communes uſus novo more deducere atq; digerere identidem mihi viſus eſt, quã magnus ille Batavus, *Hugo Grotius*, in iis præſertim, quæ de jure belli pronuper edidit, divinis certè Commentariis, cui dein agglutinandus memoratiſſimus ille *C. Beſoldus* in plerisq; meditaminibus ſuis, JCti ſanè utriq;, quos ob prærogatam ac multigenerem nedum legum, ſed & cæterarum artium famulantium cognitionem, meritò omniſcios nuncupaveris, ac proin, quorum funerea buſta tandem aliquando poſt longos Neſtoris annos cupreſſo frundeant, neutiquam indignos. Eſt ergò, ut quilibet jurium cultores & præſertim Conſiliarii principum has duûm JCtorum lucubrationes ſibi penitus reddant familiares, cùm ecquo hodie mundus noſter frequentius regatur, quam prædicto iſto gentium jure, ſanè conſpici non poſſit, licet juxtim fatendum ſit, & hoc quandoque æquo nimis licentiori ac more ferè inaudito, tranſpoſitis nempe & poſtergatis in utramq; partem illiuſce juris terminis, dum aut in naturalia divinaque jura, à quibus illud regi debebat, ſub ejus velamine peccatur, aut civilium legum & Conſtitutionum Imp. quas eidem ſubſervire, quoad ejus fieri poteſt, addecebat, nullus habetur reſpectus, eorum loco dogmatis, neſcio quibus, regnandi & bellandi gratiâ tantùm non pro dictatoriâ affectione ſubſtratis, quæ populariter *Rationem ſtatus* appellitant: Egregiam verò Rationem, quæ ſine ratione in hoc verbo conſtat:

Sic volo, ſic jubeo, ſtat pro ratione voluntas!

Cujus tamen Rationis quẽdam tolerabilem ſtatum videri, ſi reſecto ejus vero

 fonte

fonte(quod meo judicio, nullũ aliud eſt proximius, quam jus gentium ſecũdariũ,ut vulgus Dd,loquitur)neq; illac in exceſſu, neq; hac in defectu impingamus,creditu nõ eſt difficile. Hujus n.juris gentium introductioni cùm ipſe uſus & neceſſitas humana anſam dederit,hæc certè ante omnia, quam ingrediatur illud,probanda fuerit,ita ut non aliter quam ipsâ neceſſitate perpellẽte huc eundum ſit:quâ probatâ,ex toto tranſitus tamen non fiat à ratione naturali ſeù honeſtate & bonis moribus,nec etiã undiquaq; tunc civilium juriũ conſtitutiones deſpernantur,quaſi eis in præſens vel futurum in aliquo caſu nihil ſit loci,quin potiùs ceſſante neceſſitate & incompatibilitate ilico ad ſolitas communium ſeu poſitivarum jurium traditiones fiat recurſus,idq; etiam in uno eodemq; caſu & individuo; nec enim utraq; jura ejus ſunt generis,ut in omnibus ſe invicem expellant, aut quandoq; amicabiliter congruere non poſſint, præſertim ſi priſtinarum conſtitutionũ uſus expreſsè necdum ſit abrogatus,ſed ſaltim temporis injuriâ aliquantiſper obnubilatus, earumq; vigor quaſi cineribus interibi ſepultus. Et hoc eſt, quod Ulpianus noſter alibi: *In rebus novis conſtituendis*, inquit, *evidens eſſe utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt*: nimis enim verum eſt id, quod apud Platonem Socrates ait,eos,qui leges ferunt emendantq;, ſemper confidentes,ſe finem aliquem reperturos,citra ea,quæ iniquè in commerciis committũtur, ignorare,quod revera tanquam hydræ capita amputant: Hoc malum ut præverteret Zaleucus,legem Locrenſibus tulit,ut quiſquis ſtatutum novum introducturus eſſet,circũpoſito cervici laqueo id facere deberet, ut autor ejus mox ſuffocaretur, niſi eximiam utilitatem novæ legis ad antiquum Reipubl. ſtatum comparatæ declararet. Quę cùm ita ſint, iſta utilitas ſeu neceſſitas non fingi,ſed,quod dixi,probari,eâq; ceſſante,& ratio ſtatus ceſſare, vereresq; leges in vigorem reduci & poſtliminio quaſi reſtitui debent,excepto, ſi quæ ſanior novarum legum latio has ritè aboleverit.

Habes,optime Cruſi,quę mihi de ratione ſtatus ſit ſententia,quã hâc occaſione hic inſerendam putavi, cùm quod vix è centũ unus, licet is eruditus ſit, qui vera illius rei principia calleat,nec hoc literis huc uſq;,quod ego ſcio,proditum inveniatur (ut maximè nihil tritius jam in ore hominum illo termino, quodcunq; fas nefasq; eo pallIantium,quæ verè ſtratiotica,infernalis, gygantea & Diabolorum ratio,imò ipſa ſtatûs turbatio, omniumq; divinarũ & humanarum rerum everſio vocari poſſet, ad extremos uſq; Garamantas Sauromataſq; amandanda: Qui n. quod contra rationem eſt, ab eâ denominari & colorem ullum ſibi mutuari quiret? Bellè *Cornificius*, cujus rationis ratio nulla eſt, *inquit*, ejus rationis rationem quærere, ratio nulla eſt) tum potiſſimũ verò tibi hæc eapſe etiam in memoriâ revocanda fuêre, ut eò celeriùs tibi perſuaderes,non tam civili & ordinario, quàm potiùs novo quodam gentium jure tecum actum fuiſſe,ut pleraq; pauxilla, quæ rationem ſtatus noſtri nõ in neutrâ par-

trâ parte ſtatuminare videbantur, & variato temporum curſu ad ſecundam fortè editionem nihilominus redigi poterunt, ex hâc ipsâ indiciorũ tuorum parte hâc vice exenterarentur, & aliquantiſper cimmeriis quaſi involuta tenebris ſuſpenderentur: quâ in parte & tecum mihi (credas velim) pariliter acquieſcendum fuit, utcunq; hîc jam liberiori, forenſi & ad ripas patriæ (ô ſi ſiniſtris avibus!) propè excluſiſſimo: noſti enim verſum:

Si fueris Romæ, Romano vivito more,
Si fueris alibi, vivito ſicut ibi.

Et hoc ipſum an ſortitò, aut pariter gentium jure morevè, qui fortè neſapus fueram? ſatagei mei viderint, aſſentior tamen ipſis, poſtquam ad verum fontem ejus perlatus ſum quodam in loco apud eloquentiæ magiſtrum, ubi ſequentem in modum ingeminat: *O conditiones miſeras adminiſtrandarum civitatum & provinciarum, in quibus diligentia plena ſimultatum eſt, negligentia vituperationum, ubi ſeveritas periculoſa eſt, liberalitas ingrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes* Prætores *exſpectant, præſentibus inſerviunt, abeuntes deſerunt.* At hæc tragula in me quorundam duntaxat, cætera lætus, qui hanc ædilitatem geſſiſſe me experior non ſine populi ſuffragio: dehinc exſpectans & iſtorum plauſum, quem tamen mihi artè haud venabor, ſine hoc certus ex Plinio: quod fides in præſentiâ eos, quibus reſiſtit, offendat, deinde ab illis ipſis ſuſcipiatur laudeturq;.

Cæterùm ne longius te hiſce demorer inaniis, amice Cruſi, quæſo adhuc pauxilliſper verba mea auribus clepito. Noſti, nil jam proximius eſſe, quàm ut indiciorum tuorum partem reliquã ad nos etiam quanto citius viam devorare ſinas, quò temporius & ad hanc typis excoquẽdam quaquaverſum fiat prçſtructio. Ubi de duobus incidit admonitio, quç tu tibi fortè utplurimũ animum non induxeris. Primum omnium *Index* ſit, quem vocant, rerum & verborum, poſt omnes illas partes non injuriâ ſubjiciendum. Hic enim coronat opus, hic illa clavis eſt, quæ nos præfiſcinè ſine cuniculis ducit rectâ ad operum tuorum divitias: earum ergò ne condus ſed promus eſſe videaris hoc pacto, ne indice hoc indicia tua egeant, tu omnibus modis procura, & quoniam non depectus es hanc partem in teipſum cum calcographo, eſt tamen, quod eundem urgeas calidiſſimè (nam callos habet) ne inde quicquam tuæ, quod nolim, imputetur diligentiæ, aut laborum dignitati fiat detractio. Nec enim ego ipſe tanti facio ullius cujuſquã, quantus quantus etiam ille ſit, monumenta, quin, ſi ejuſmodi theſaurum non compererο, ſtatim nauſeabundus hylam exclamare cogar, quandoq; etiam, neſcio quæ, verborum tela mittere in autores, qualia nuſquam non per inane vacuum meare volitareq;, vix ego mihi perſuaſero. Sed de hoc ſatis. Alterum, de quo admonendus fueras, etſi adæquè non neceſſe cuiquam videatur, id tui tamen gratiâ, Mi care Cruſi, &

ad

Digitized by Google

ad decus compoſitionis hujus plurimum ſpectare arbitrarer: Id ſi conjeceris, vatem te perhibebo optimum: Quid hæres? *Icon* eſt ſeu *imago tua*, quam, ſi me amas, cum inſignibus & metro quodam ære ſeu cupro incidendam nobis repræſentabis, in hoc ut operi tuo pro cujuſque deſiderio præponatur, quo ex hoc oculari & quaſi phyſignomico paradeigmate ſapientes deprehendere & quaſi teſtari poſſint, ſcripta à tanto Cruſio noſtro haud videri eſſe degenerantia, neſcio enim quid ſiniſtri ſæpius improba laverna vel de magnis viris immurmurat: Planè hoc fieri, & per id poſteris, velut è ſpeculo lumen, quod ſequantur, oſtendere, multum utilitatis habet, arrogantiæ & jactantiæ nihil: pergratum quoq; illis, qui te, cum de facie non nôrint, videre tamen geſtiunt, quibus tu tunc ad ſcripta tua divina relatione factâ perinde habeberis, ut imago ad prototypum.

Cum quo tandem, Vir Ampliſſime, pauſo & finio has nugas meas, te perdiu valere & ſalvere jubens, utq; affini tuo Dn. *Antonio Bulleo* JCto Clariſſimo, de me plurimam ſalutem impertias, etiam atque etiam rogitans, quem pronuper me non uno nomine literis dulciloquis exhilarantem, oblato nuncio pergratè reſequar: Id enim operum meorum eſſe tantum non agnoſco, atque adeo veris

Omnibus amicis, quod mihi eſt, cupio eſſe.

Iterum Valete mea corcla:

Noſtros non rumpet funus amores.

Exanclabam in prælustri Cattûm Academiâ 13. Decemb. Anno 1634.

F I N I S.

598444

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by

Digitized by Google